TRENT UNIVERSITY

LIBRARY
OF RELIGION

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Kahle/Austin Foundation

https://archive.org/details/corpusscriptorum0057unse

# CORPVS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS

VOL. LVII.

## S. AVRELI AVGVSTINI OPERVM SECTIO II.

S. AVGVSTINI EPISTVLAE

EX RECENSIONE

AL. GOLDBACHER.

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG (G.M.B.H.)

MDCCCCXI.

Reprinted with the permission of the original publishers

JOHNSON REPRINT CORPORATION

NEW YORK and LONDON

# S. AVRELI AVGVSTINI

# HIPPONIENSIS EPISCOPI

# EPISTVLAE.

RECENSVIT

ET

COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT

AL. GOLDBACHER.

PARS IV.

EP. CLXXXV—CCLXX.

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG (G.M.B.H.)

MDCCCCXI.

Reprinted with the permission of the original publishers

JOHNSON REPRINT CORPORATION

NEW YORK and LONDON

First reprinting, 1961, Johnson Reprint Corporation

LR
BR60.C6 v.57, sect.2, pt.4

Printed in Germany

Lessingdruckerei Wiesbaden

# CLXXXV.

## ⟨DE CORRECTIONE DONATISTARUM LIBER.⟩

I 1 Laudo et gratulor et admiror, fili dilectissime Bonifati, quod inter curas bellorum et armorum uehementer desideras ea nosse, quae dei sunt. uere hinc te apparet etiam de ipsa uirtute militari fidei seruire, quam habes in Christo. ut ergo breuiter insinuem dilectioni tuae, inter Arrianorum et Donatistarum quid intersit errorem, Arriani patris et filii et spiritus sancti diuersas substantias esse dicunt, Donatistae autem non hoc dicunt, sed unam trinitatis substantiam confitentur. et si aliqui ipsorum minorem filium esse dixerunt, quam pater est, eiusdem tamen substantiae non negarunt; plurimi uero in eis hoc se dicunt omnino credere de patre et filio et spiritu sancto, quod catholica credit ecclesia. nec ipsa cum illis uertitur quaestio, sed de sola communione infeliciter litigant et contra unitatem Christi rebelles inimicitias peruersitate sui erroris

6 Philem. 5

*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*C* = *cod. Casinensis 16*[19] *s. XI.*
*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

*K* = *fragm. cod. Coloniensis 118 s. X—XI a p. 39, 3—40, 11* mansit.

*Retract. II 48:* Eodem tempore scripsi etiam librum de correctione Donatistarum propter eos, qui nolebant illos legibus imperialibus corrigi. hic liber sic incipit: 'Laudo et gratulor et admiror'. Incipit epistula sancti augustini ad bonifatium *MAP* incipit ad bonifatium *C* epistola augustini ad bonefacium *R* *Inscriptio deest in codd.* 6 militare *A* 11 dixerint, *m. 1 corr.* dixerunt *M* 12 negauerunt *R* 14 ne *A* ipsa cum illis] cum ipsis *C* 16 inimicias *R*



37029

exercent. aliquando autem, sicut audiuimus, nonnulli ex ipsis uolentes sibi Gothos conciliare, quando eos uident aliquid posse, dicunt hoc se credere, quod et illi credunt. sed maiorum suorum auctoritate uincuntur, quia nec Donatus ipse sic credidisse adseritur, de cuius parte se esse gloriantur.

2 Non te autem ista conturbent, fili dilectissime. haereses enim et scandala futura praedicta sunt, ut inter inimicos erudiamur ac sic et fides et dilectio nostra possit esse probatior, fides utique, ne ab eis decipiamur, dilectio autem, ut etiam ipsis corrigendis, quantum possumus, consulamus non solum instantes, ne infirmis noceant atque ut ab errore nefario liberentur, sed etiam orantes pro eis, ut aperiat illis dominus sensum et intellegant scripturas, quia in sanctis libris, ubi manifestatur dominus Christus, ibi et eius ecclesia declaratur. isti autem mirabili caecitate, cum ipsum Christum praeter scripturas nesciant, eius tamen ecclesiam non diuinarum litterarum auctoritate cognoscunt, sed humanarum calumniarum uanitate confingunt.

3 Agnoscunt nobiscum Christum in eo, quod legitur: Foderunt manus meas et pedes, dinumerauerunt omnia ossa mea; ipsi uero considerauerunt et conspexerunt me; diuiserunt sibi uestimenta mea et super uestem meam miserunt sortem, et nolunt agnoscere ecclesiam in eo, quod post paululum sequitur: Commemorabuntur et conuertentur ad dominum uniuersi fines terrae et adorabunt in conspectu eius uni-

6 I Cor. 11, 19  19 Ps. 17—19  24 Ps. 21 28—29

1 audimus *AR*  4 conuincuntur *edd.*  qui, *m. ut uid. 2* quia *R*  5 se *om. MA*  6 disturbent ista *R*  delectissime *A*  8 probabilior *R*  10 quantum] in quantum *R*  consulemus, *m. 2* consulamus *P*  11 stantes *codd.* (*in P m. 2* instantes)  infirmi**s *C*  noceamus *R*  ut *om. C*  12 dominus illis *R edd.*  13 et intellegant] ut intelligerent *A*  ubi *om. A*  18 configunt *C*  19 agnoscant, *m. 1 corr.* agnoscunt *M*  20 pedes] pedes meos *PR edd. sec. Vulg.*  23 uestimentum meum *PR*  nolint *aut* noluit *A*  24 paulum, *m. 1 corr.* paululum *C*

uersae patriae gentium, quoniam domini est regnum et ipse dominabitur gentium. agnoscunt nobiscum Christum in eo, quod legitur: Dominus dixit ad me: 'Filius meus es tu, ego hodie genui te', et nolunt agnoscere ecclesiam in eo, quod sequitur: Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae. agnoscunt nobiscum Christum in eo, quod ipse dominus in euangelio loquitur: Oportebat Christum pati et resurgere a mortuis tertio die, et nolunt agnoscere ecclesiam in eo, quod sequitur: Et praedicari in nomine eius paenitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes incipientibus ab Hierusalem. et innumerabilia sunt testimonia sanctorum librorum, quae in hunc librum coartare non debui. in quibus sicut apparet dominus Christus siue secundum diuinitatem aequalem patri, quae in principio erat uerbum et uerbum erat apud deum et deus erat uerbum, siue secundum susceptae carnis humilitatem, quia uerbum caro factum est et habitauit in nobis, sic apparet etiam eius ecclesia non in sola Africa, sicut isti inpudentissima uanitate delirant, sed toto terrarum orbe diffusa.

4 Testimoniis enim diuinis lites suas praeferunt, quia in causa Caeciliani, quondam ecclesiae Carthaginensis episcopi, cui crimina obiecerunt, quae nec potuerunt probare nec possunt, se ab ecclesia catholica, hoc est ab unitate omnium gentium diuiserunt. quamuis et si uera essent, quae ab eis obiecta sunt Caeciliano, et nobis possent aliquando monstrari, ipsum

3; 5 Ps. 2, 7—8 8; 10 Luc. 24, 46—47 16 Ioh. 1, 1 18 Ioh. 1, 14

8 pati christum *C* 9 tertia *PR edd. sec. Vulg.* 13 numerabilia *A* librorum sanctorum *MR edd.* 15 dñm Xp̄m *P* equalis patri qui *CP* qua aequalis est patri qui *edd.* 18 humanitatem *R* qua *AP edd.* 19 habitabit, *m. 1 corr.* habitauit *aut contra M* etiam apparet *R* ecclesiā *C* 21 orbe terrarum *edd.* 23 aecclesiae carthaginensi *A* cartaginiensis aecclesiae *R* 24 obicerunt *M* probare potuerunt *R* 25 ab (*post* se) *bis A* 26 ceciliano obiecta sunt *R*

iam mortuum anathematizaremus. sed tamen ecclesiam Christi, quae non litigiosis opinionibus fingitur, sed diuinis adtestationibus comprobatur, propter quemlibet hominem relinquere non debemus, quia bonum est confidere in domino, quam confidere in homine. neque enim, quod sine iniuria innocentiae illius dixerim, si peccauit Caecilianus, ideo hereditatem suam perdidit Christus. facile est homini seu uera seu falsa de altero homine credere, sed sceleratae inpudentiae est propter crimina hominis, quae orbi terrarum non possis ostendere, communionem orbis terrarum uelle damnare.

5 Utrum Caecilianus a traditoribus diuinorum codicum fuerit ordinatus, nescio; non uidi, ab inimicis eius audiui; non mihi de lege dei, non de praeconio prophetarum, non de sanctitate psalmorum, non de Christi apostolo, non de Christi eloquio recitatur. ecclesiam uero toto terrarum orbe diffusam, cui non communicat pars Donati, uniuersarum scripturarum testimonia consona uoce proclamant. in semine tuo benedicentur omnes gentes, lex dei dixit; ab ortu solis usque ad occasum sacrificium mundum offertur nomini meo, quoniam glorificatum est nomen meum in gentibus, per prophetam deus dixit; dominabitur a mari usque ad mare et a flumine usque ad terminos orbis terrae, per psalmum deus dixit; fructificans et crescens in uniuerso mundo, per apostolum deus dixit; eritis mihi testes in Hierusalem et in tota Iudaea

4 Ps. 117, 8 17 Gen. 22, 18; 26, 4 18 Mal. 1, 11 21 Ps. 71, 8 23 Col. 1, 6 25 Act. 1, 8

1 christi aecclesiam *R* ecclā *in ras. m. 1 M* 2 sed qđ diuinis (qđ *m. ut uid. 1 del.*) *P* 3 comprobantur *C* 4 debemus, *m. 1 supra add.* deberemus *M* 7 perdidit] amisit *R* est] est enim *R* 8 celerate *A* 12 ab] sed ab *R* non enim mihi *R* 14 non de christi *bis C* de apostolo Christi *edd.* 15 orbe diffusam—scripturarum *bis, alterum m. 1 del. C* 16 uniuersarum] diuinarum *R* 18 dicit *A* 20 nomine *C* glorificatum (*sic!*) *A* 21 dixit deus *R* dominus *m* 23 terrarum *AC edd. sec. Vulg.* (*Septuag.* τῆς οἰκουμένης) dominus *edd.* 24 dixit deus *R* dominus *edd.*

et Samaria et usque in fines terrae, filius dei ore suo dixit. Caecilianus, ecclesiae Carthaginensis episcopus, humanis litibus accusatur, ecclesia Christi in omnibus gentibus constituta diuinis uocibus commendatur. ipsa pietas, ueritas, caritas nos non permittit contra Caecilianum eorum hominum accipere testimonium, quos in ecclesia non uidemus, cui deus perhibet testimonium; qui enim diuina testimonia non sequuntur, pondus humani testimonii perdiderunt.

II 6 Addo, quod Caeciliani causam ipsi ad imperatoris Constantini iudicium accusando miserunt, immo uero ipsum Caecilianum post episcopalia iudicia, ubi eum opprimere non potuerunt, ad supra dicti imperatoris examen pertinacissimis persecutoribus perduxerunt. et quod in nobis modo reprehendunt, ut decipiant inperitos, dicentes non debere Christianos contra inimicos Christi aliquid a Christianis imperatoribus postulare, ipsi priores fecerunt. quod etiam in conlatione, quam simul apud Carthaginem habuimus, negare non ausi sunt, immo et gloriari ausi sunt, quod apud imperatorem maiores eorum criminaliter Caecilianum fuerint insecuti, insuper addentes mendacium, quod eum illic uicerint fecerintque damnari. quo modo ergo ipsi non sunt persecutores, qui cum accusando persecuti sint Caecilianum et ab eo fuerint superati, falsam sibi gloriam inpudentissimo mendacio adrogare uoluerunt non solum culpam non putantes uerum etiam pro sua laude iactantes, si probarent Caecilianum maioribus suis accusantibus fuisse damnatum? quem ad modum autem in ipsa conlatione modis omnibus uicti sint, quoniam ualde prolixa sunt gesta et tibi aliis rebus Romanae paci necessariis occupato multum

1 et in Samaria *edd.* dixit filius dei ore suo *P* 2 cartaginiensis *R* 5 nos *om. A* 6 cui, *m. 2* quib' *M* 9 quod] quod et *R* 13 persecutionibus *m* 14 inperitos dicentes] imperatores *A* 15 a *in fine u. om. A* 16 quod] et quod *R* collocatione (oc *m. 2 exp.*) *M* 20 illic eum *R* uicerunt, *m. 1 supra add.* uicerint *R* 22 sint *ras. ex* sunt *P* sunt *MACR a* 23 uolunt *A* 24 reputantes *A* 27 sunt *AR* (*m. 1 corr.* sint) 28 pacis *MACP* (s *eras.*) *R a e f*

est ut legantur, breuiarium eorum tibi legi forsitan poterit, quod credo habere fratrem et coepiscopum meum Optatum aut, si non habet, potest facillime accipere de ecclesia Sitifensi, quando quidem etiam liber iste iam sua prolixitate curis tuis forsitan onerosus est.

7 Hoc enim contigit Donatistis, quod accusatoribus sancti Danihelis. sicut enim in illos leones, sic in istos conuersae sunt leges, quibus innocentem opprimere uoluerunt, nisi quod propter misericordiam Christi magis pro eis sunt istae leges, quae illis uidentur aduersae, quoniam multi per illas correcti sunt et cotidie corriguntur et se esse correctos atque ab illa furiosa pernicie liberatos gratias agunt. et, qui oderant, diligunt molestasque sibi fuisse saluberrimas leges, quantum in insania detestabantur, tantum recepta sanitate gratulantur et in residuos, cum quibus fuerant perituri, iam simili dilectione nobiscum, ut pariter instemus, ne illi pereant, excitantur. molestus est enim et medicus furenti phrenetico et pater indisciplinato filio, ille ligando ille caedendo, sed ambo diligendo. si autem illos neglegant et perire permittant, ista potius falsa mansuetudo crudelis est. si enim equus et mulus, quibus non est intellectus, morsibus et calcibus resistunt hominibus, a quibus eorum curanda uulnera contrectantur, et, cum inter dentes eorum et ungulas saepe homines periclitentur et aliquando uexentur, non tamen eos deserunt, donec per dolores et molestias medicinales reuocent ad salutem, quanto

6 Dan. 6, 24 20 Ps. 31, 9

1 u, *m. 1 corr.* ut *M* breuiarum *C* potuerit *A* 4 curis tuis *ex corr. m. 2, fuisse uid.* curistius *P* 6 accusantibus *A* 7 conuersi *M* 8 quod propter] per *A* 10 sunt per illas correcti *R* 11 se *ex* si *factum uid. P* 12 qui oderunt *A* quae oderant *R* quod erant *C* 13 molestiasque *A* molestias *C* 16 ipsi *R* 17 frurenti *del. priore* r *C* 18 litigando *A* ille caedendo *om. A* iste *Clrm* cedendo *CR* 20 mansuetudo falsa *edd.* equis, *m. 1 corr.* equus *C* 22 contrectentur, *m. ut uid. 2* contrectantur *R* 23 dentes *om. A* aut *R* calces *edd.* saepe] sepe arripuerint *R* hominis, *m. 1 (?) corr.* homines *C* 24 donec per *in fine u. om. A*

magis homo ab homine et frater a fratre, ne in aeternum pereat, non est deserendus, qui correctus intellegere potest, quantum sibi praestabatur beneficium, quando se persecutionem perpeti querebatur!

8 Sicut ergo apostolus dicit, infatigabiles, cum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. qui possunt catholicorum praedicatorum sermonibus, qui possunt catholicorum principum legibus partim per eos, qui diuinis admonitionibus, partim per eos, qui iussis imperialibus parent, omnes ad salutem uocentur, omnes a pernicie reuocentur, quia et imperatores quando pro falsitate contra ueritatem constituunt malas leges, probantur bene credentes et coronantur perseuerantes, quando autem pro ueritate contra falsitatem constituunt bonas leges, terrentur saeuientes et corriguntur intellegentes. quicumque ergo legibus imperatorum, quae contra dei ueritatem feruntur, obtemperare non uult, adquirit grande praemium; quicumque autem legibus imperatorum, quae pro dei ueritate feruntur, obtemperare non uult, adquirit grande supplicium. nam et temporibus prophetarum omnes reges, qui in populo dei non prohibuerunt nec euerterunt, quae contra dei praeceptum fuerant instituta. culpantur et, qui prohibuerunt et euerterunt, super aliorum merita laudantur. et rex Nabuchodonosor cum seruus esset idolorum, constituit sacrilegam legem, ut simulacrum adoraretur; sed eius impiae constitutioni qui oboedire noluerunt, pie fideliterque fecerunt. idem tamen rex diuino correctus miraculo piam et laudabilem legem pro ueritate constituit, ut, quicumque diceret blasphemiam in deum uerum

5 Gal. 6, 9—10 22; 25 Dan. 3, 5; 96

2 desererendus (re *m. 2 del.*) *R* potest] post *A* 3 se] pse, *sed del. C* 5 dum *M sec. Vulg.* 7 praeceptorum *edd. praeter m* 8 diuinis legibus et admonitionibus *R* 9 parere *MA* 10 a] ad *A* (d *m. 2 del.*) *C* (d *eras.*) 11 imperatores] in peccatores *A* 13 constiunt *A* 15 ergo *om. P* ueritatem dei *edd.* 17 autem] enim *M* ueritate dei *C* 20 dei praeceptum] praecepta diuina *R* dei praecepta *edd.* 24 constitutione, *m. 1 corr.* constitutioni *A* 25 feliciterque *A* 27 et, *m. 1 supra* ut *R* blasphemiam diceret *R*

Sidrac, Misac et Abdenago, cum domo sua penitus interiret. hanc legem si qui contempserunt et id, quod fuerat constitutum, merito perpessi sunt, debuerunt dicere, quod isti dicunt, se iustos esse, quia ex lege regis persecutionem patiebantur. quod utique dicerent, si ita insanirent, sicut isti insaniunt, qui diuidunt membra Christi et exsufflant sacramenta Christi et de persecutione gloriantur, quia prohibentur ista facere legibus imperatorum, quas constituerunt pro unitate Christi, et iactant fallaciter innocentiam suam et, quam non possunt a domino accipere, ab hominibus quaerunt martyrum gloriam.

9 Veri autem martyres illi sunt, de quibus dominus ait: *Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.* non ergo qui propter iniquitatem et propter Christianae unitatis impiam diuisionem, sed *qui propter iustitiam persecutionem patiuntur*, hi martyres ueri sunt. nam et Agar passa est a Sarra persecutionem et illa erat sancta, quae faciebat, illa iniqua, quae patiebatur. numquid huic persecutioni, quam passa est Agar, comparandus est sanctus Dauid, quem persecutus est iniquus Saul? ualde utique distat, non quia patiebatur, sed quia propter iustitiam patiebatur. et ipse dominus cum latronibus crucifixus est; sed quos passio iungebat, causa separabat. ideo in psalmo uox illa intellegenda est uerorum martyrum uolentium se discerni a martyribus falsis: *Iudica me, deus, et discerne causam meam de gente non sancta*; non dixit 'discerne poenam meam', sed '*discerne causam meam*.' potest enim esse impiorum similis poena, sed dissimilis est martyrum causa, quorum et

12 Matth. 5, 10 16 Gen. 16, 6 18 I Reg. 18, 8 sqq. 21 Matth. 27, 38; Marc. 15, 27; Luc. 23, 33 24 Ps. 42, 1

1 sidac, *m. 2* sidrac *M* et *om. AR* 2 si qui] sequi *A* 5 sicuti *edd. praeter a* 6 et *om. AP* 9 innocentiam, *m. ut uid. 1 corr.* in innocentiam *C* 13 ego, *m. 1 corr.* ergo *C* 14 sed—sunt *om. A* 16 persecutionem a Sara *edd.* quae faciebat sancta erat *R* 21 quo, *m. 1 corr.* quos *M* quod *C* 23 *post* discerni *parua ras. R* 26 impiorum similis esse *R* 27 sed similis (*m. 1 corr.* dissimilis) est *M* sed est dissimilis *R*

illa uox est: Iniuste persecuti sunt me, adiuua me; ideo se dignum existimauit, qui adiuuaretur iuste, quia illi persequebantur iniuste; nam si iuste illi persequerentur, non fuerat adiuuandus sed corrigendus.

10 Si autem putant, quod nemo possit iuste aliquem persequi, sicut in conlatione dixerunt illam esse ueram ecclesiam, quae persecutionem patitur, non quae facit, omitto dicere, quod superius commemoraui, quia, si ita est, ut dicunt, Caecilianus ad ueram ecclesiam pertinebat, quando eum maiores illorum usque ad imperatoris iudicium accusando persequebantur. nos enim dicimus ideo illum ad ueram ecclesiam pertinuisse, non quia persecutionem patiebatur, sed quia propter iustitiam patiebatur; illos autem ideo fuisse abalienatos ab ecclesia, non quia persequebantur, sed quia iniuste persequebantur. nos itaque hoc dicimus; illi uero si non quaerunt causas, quare quisque faciat persecutionem uel quare patiatur, sed hoc putant esse signum ueri Christiani, si persecutionem non faciat, sed patiatur, sine dubio Caecilianum in ea definitione constituunt, qui non faciebat, sed patiebatur; maiores autem suos ab ea definitione foras mittunt, qui faciebant, non patiebantur.

11 Sed hoc, ut dixi, omitto; illud dico: si ecclesia uera ipsa est, quae persecutionem patitur, non quae facit, quaerant ab apostolo, quam ecclesiam significabat Sarra, quando persecutionem faciebat ancillae. liberam quippe matrem nostram, caelestem Hierusalem, id est ueram dei ecclesiam in illa muliere dicit fuisse figuratam, quae affligebat ancillam. si

1 Ps. 118, 86 6 cf. Aug. ad Donat. post conl. 16, 20 24 Gal. 4, 21—31

3 persequebatur, *m. 1 corr.* persequebantur *R* illi iuste *R* 6 ueram esse *C* ecclesiam *om. C* 9 pertinebat ecclesiam *R* 11 dicimus enim *M* pertinuisse ecclesiam *R* 13 ideo autem illos *R* 15 si *om. CP* 16 ual, *m. 2* ł *M* 18 patiebatur (eb *eras.*) *C* diffinitione *ACR* 19 patiatur *C* 20 difinitione *M* diffinitione *R* 22 dixit *A* 23 est ipsa *M* patiatur *A* quaerant] quae *A*

autem melius discutiamus, magis illa persequebatur Sarram superbiendo quam illam Sarra cohercendo; illa enim dominae faciebat iniuriam, ista inponebat superbiae disciplinam. deinde quaero, si boni et sancti nemini faciunt persecutionem, sed tantum modo patiuntur, cuius putant esse in psalmo uocem, ubi legitur: Persequar inimicos meos et comprehendam illos et non conuertar, donec deficiant. si ergo uerum dicere uel agnoscere uolumus, est persecutio iniusta, quam faciunt impii ecclesiae Christi, et est persecutio iusta, quam faciunt impiis ecclesiae Christi. ista itaque beata est, quae persecutionem patitur propter iustitiam, illi uero miseri, qui persecutionem patiuntur propter iniustitiam. proinde ista persequitur diligendo, illi saeuiendo, ista ut corrigat, illi ut euertant, ista ut reuocet ab errore, illi ut praecipitent in errorem; denique ista persequitur inimicos et comprehendit, donec deficiant in uanitate, ut in ueritate proficiant. illi autem retribuentes mala pro bonis, quia eis consulimus ad aeternam salutem, etiam temporalem nobis conantur auferre sic amantes homicidia, ut in se ipsis ·ea perficiant, quando in aliis perpetrare non possunt. sicut enim caritas laborat ecclesiae sic eos ab illa perditione liberare, ut eorum nemo moriatur, sic eorum laborat furor aut nos occidere, ut suae crudelitatis pascant libidinem, aut etiam se ipsos, ne perdidisse uideantur occidendorum hominum potestatem.

III 12 Qui autem nesciunt consuetudinem illorum, putant eos modo se ipsos occidere, quando ab eorum insanissima dominatione per occasionem legum istarum, quae pro unitate sunt constitutae, tanti populi liberantur; qui autem sciunt, et

6; 15 Ps. 17, 38  10 Matth. 5, 10  17 Ps. 34, 12

2 Sarra] sarā *C*  3 superbae *A m*  4 si sancti et iusti, *in marg. m. 1 add.* al si boni et sancti *R*  5 esse *om. R*  9 iusta persecutio *edd.*  10 est itaque beata *R*  11 paciuntur *A*  miseri *postr. l. ex corr. m. 1* (*fuitne* misere?) *A*  14 in errore *C*  19 homicida, *m. 2* homicidia *P*  21 ut in eorum *A*  nemo riatur, *m. 2* nemo moriatur *C*  25 eorum *R*

ante ipsas leges quid facere soleant, non eorum mirantur mortes, sed recordantur mores. maxime, quando adhuc cultus fuerat idolorum, ad paganorum celeberrimas sollemnitates ingentia turbarum agmina ueniebant, non ut idola frangerent, sed ut interficerentur a cultoribus idolorum. nam illud si accepta legitima potestate facere uellent, si quid eis accidisset, possent habere qualemcumque umbram nominis martyrum; sed ad hoc solum ueniebant, ut integris idolis ipsi perimerentur; nam singuli quique ualentissimi iuuenes cultores idolorum, quot quis occideret, ipsis idolis uouere consueuerant. quidam etiam se trucidandos armatis uiatoribus ingerebant percussuros eos se, nisi ab eis perimerentur, terribiliter comminantes. nonnumquam et a iudicibus transeuntibus extorquebant uiolenter, ut a carnificibus uel ab officio ferirentur. unde quidam illos sic inlusisse perhibetur, ut eos tamquam percutiendos ligari et dimitti iuberet atque ita eorum impetum incruentus et inlaesus euaderet. iam uero per abrupta praecipitia, per aquas et flammas occidere se ipsos cotidianus illis ludus fuit. haec enim eos tria mortis genera diabolus docuit, ut mori uolentes, quando non inueniebant, quem terrerent, ut eius gladio ferirentur, per saxa se mitterent aut ignibus gurgitibusque donarent. quis autem illos haec docuisse credendus est possidens cor eorum nisi ille, qui et saluatori nostro, ut se de pinna templi praecipitaret, tamquam de lege suggessit? cuius suggestionem a se utique prohiberent, si magistrum

23 Eccli. 51, 28 Matth. 4, 5—7; Luc. 4, 9—13 25 Matth. 23, 10 al.

2 fuerat cultus *R* 4 frangerent *m. 2 in ras. P* facerent *cett. codd.* 5 ad cultores *A* 6 potestate legitima *C* accidissent (n *exp.*) *P* 7 umbra *A* 8 ipsis *R* 9 ualentissimini *C* 10 quot quis *scripsi;* quis quot *R edd.* quis quod *MACP* 14 a *om. A* 15 eos *M* sic inlusisse (c *ex corr. m. 2*) *A* sic inclusisse *C* 16 largiri *A* iuberet (iu *ex corr.*) *C* 17 incruentes, *m. 2* incruentus *M* abruta *C* 18 et in flammas *A* 19 dialus, *m. 2* diabolus *A* docuit diabolus *R* douit, *m. 1 corr.* docuit *M* 21 eis *C* saxas emitterent *M* ignibus] igniq; *C* 22 haec illos *R* haec *om., m. 1 add. M* 23 et *om. C*

Christum in corde portarent. sed quia in se diabolo potius dederunt locum, aut sic pereunt quem ad modum grex ille porcorum, quem de monte in mare daemonum turba deiecit, aut illis mortibus erepti et pio matris catholicae gremio collecti ita liberantur, quem ad modum est a domino liberatus, quem pater eius a daemonio sanandum obtulit dicens, quod aliquando cadere in aquam, aliquando in ignem soleret.

13 Unde magna in eos fit misericordia, cum etiam per istas imperatorum leges ab illa secta, ubi per doctrinas daemoniorum mendaciloquorum mala ista didicerunt, prius eripiuntur inuiti, ut in catholica postea bonis praeceptis et moribus sanentur adsueti. nam multi eorum, quorum iam in unitate Christi pium fidei feruorem caritatemque miramur, cum magna laetitia deo gratias agunt, quod illo errore caruerunt, ubi mala ista bona putauerunt, quas gratias modo uolentes non agerent, nisi prius etiam nolentes ab illa nefaria societate discederent. quid de illis dicamus, qui nobis cotidie confitentur, quod iam olim uolebant esse catholici, sed inter eos habitabant, inter quos id, quod uolebant, esse non poterant per infirmitatem timoris, ubi, si unum uerbum pro catholica dicerent, et ipsi et domus eorum funditus euerterentur? quis est tam demens, qui neget istis debuisse per iussa imperialia subueniri, ut de tanto eruerentur malo, dum illi, quos timebant, timere coguntur et eodem timore aut etiam ipsi corriguntur aut certe, cum se correctos esse confingunt, correctis parcunt, a quibus antea timebantur?

2 Matth. 8, 32; Marc. 5, 13 5 Matth. 17, 14—18; Marc. 9, 16—26

1 potius in se diabolo *R* 3 turba daemonum *edd.* 5 ista deliberantur *C* a domino est *R* 8 in eis *A* in eo *M* misericordia fit *R* 10 mendaciloqu*orum (∽ *m. 2*) *P* menda ciloquiorum *M* mendaci loquiorum *A* ista mala *R* 12 moribus] maioribus *codd. a* iam munitate *C* 13 feruorem fidei *M* 15 qua, *m. 1 corr.* quas *M* 19 id *om. R* 20 pro infirmitate *CP* pro catholica fide dicerent *MR* 21 euerterentur] perirent *M* 22 tam] adeo *R* 23 eruentur *C* euerterentur *A* timent *R* 24 eodem] eorum *CP* 25 configunt *C* 26 a quibus *in fine u. om., m. 1 add. M*

14 Si autem se ipsos occidere uoluerint, ne illi, qui liberandi sunt, liberentur, et eo modo liberantium terrere pietatem, ut, dum timetur, ne quidam perditi pereant, non eruantur perditioni, qui uel iam nolebant perire uel coherciti poterant non perire, quid hic agit caritas Christiana, praesertim cum illi, qui suas mortes uoluntarias et furiosas minantur, in populorum liberandorum comparatione perpauci sint? quid agit ergo fraterna dilectio? utrum, dum paucis transitorios ignes metuit caminorum, dimittit omnes aeternis ignibus gehennarum et tam multos uel iam uolentes uel postea non ualentes per catholicam pacem ad uitam uenire perpetuam relinquit in interitum sempiternum cauendo, ne quidam uoluntario moriantur interitu, qui uiuunt ad impedimentum salutis aliorum, quos non permittunt secundum Christi doctrinam uiuere, ut eos doceant quocumque tempore secundum consuetudinem doctrinae diabolicae ad eas, quae in illis modo timentur, mortes uoluntarias festinare? an potius conseruat, quos potest, etsi sponte pereant, quos conseruare non potest? ut enim omnes uiuant, ardenter exoptat; sed ne omnes pereant, plus laborat. gratias autem domino, quod et apud nos non quidem in omnibus sed ualde in pluribus locis et per alias Africae partes sine ullis istorum insanorum mortibus pax catholica currit et cucurrit. ibi autem illa funesta contingunt, ubi est tam furiosum et inutile hominum genus, qui et aliis temporibus eadem facere consuerunt.

IV 15 Et prius quidem quam istae leges a catholicis imperatoribus mitterentur, pacis atque unitatis Christi paulatim

2 terrore *M* 4 non poterant *R* 5 agit] ait *A* 7 sunt *CR* ait *AP* (*m. 2* agit) 10 uel *ante* postea *om. MA* non *om. MAR* (*in fine u.*) 11 perpetuam uenire *R* 12 in interitu *M* (in *m. 2 del.*) *A* (in *eras.*) 14 doctrinam christi *R* 15 ad eis qui *A* 16 mdo, *m. 2* modo *M* timentur (i *ex corr.; fuitne* u?) *C* mortes (e *ex corr. m. 2; fuitne* i ?) *M* 17 ponte, *m. 1 corr.* sponte *M* 18 ardente rexoptat *m. 2 corr. M* 19 omnes ne *edd.* autem in domino *M* 20 non] n̄os (s *eras.*) *C* 21 iustorum *MA* 22 cucurrit et currit *MR edd.* autem] enim *C* 24 consueuerunt *R edd.* 25 a *om., m. 1* (?) *add. C* 26 paucis (u *eras.*) *P*

doctrina crescebat et in eam quisque, sicut discebat et uolebat et poterat, ex ipsa parte transibat, cum tamen apud illos perditorum hominum dementissimi greges in diuersis causis quietem innocentium perturbabant. quis non dominus seruum suum timere compulsus est, si ad illorum patrocinium confugisset? quis euersori minari saltem audebat *aut* auctori? quis consumptorem apothecarium, quis quemlibet poterat exigere debitorem auxilium eorum defensionemque poscentem? timore fustium et incendiorum mortisque praesentis pessimorum seruorum, ut liberi abscederent, tabulae frangebantur. extorta debitoribus chirographa reddebantur. quicumque dura illorum uerba contempserant, durioribus uerberibus. quod iubebant, facere cogebantur. innocentium, qui eos offenderant, domus aut deponebantur ad solum aut ignibus cremabantur. quidam patres familias honesto loco nati et generoso cultu educati uix uiui post eorum caedes ablati sunt uel iuncti ad molam et eam in gyrum ducere tamquam iumenta contemptibilia uerbere adacti sunt. quod enim de legibus auxilium a ciuilibus potestatibus aduersus eos aliquid ualuit? quis in praesentia eorum officialis anhelauit? quis, quod illi noluissent, exactor exegit? quis eos, qui eorum caedibus extincti sunt, uindicare temptauit, nisi quod propria de illis poenas poscebat insania, cum alii prouocandis in se gladiis hominum, quos, ut ab eis ferirentur, morte terrebant, alii per uaria praecipitia, alii per

3 perditissimorum *R* gregis *M* 4 quietum *A* perturbarent *l r m* 6 euersiori *M* euersor *A* saltim minari *R* mari, *m. 2* minari *P* audebat auctori *codd. a e f* audebat (*om.* auctori) *cett. edd.; scripsi* audebat aut auctori 7 apothecarum *edd.* 8 debitorum *MA* timorē (i *ex corr.*) *C* timorem (*postr. l. m. 2 del.*) *P* 9 mortis quę *M* seruorum *om. A* 10 exorta, *m. 1 corr.* extorta *A* 11 illorum dura *R* 14 deponabantur, *m. 2* deponebantur *MP* cremebantur *M* 15 patrefamilias *C* edocati, *m. 2* educati *M* 16 uincti *MP* (*ras. ut uid. ex* iuncti) *R edd.* 17 gyro *M* contemptabilia, *m. 2* contemptibilia *M* 19 aliquid aduersus eos *R* 20 hanelauit *A* anhelabit *C* anhelabat *P* illis *C* 21 exegit (*m. 1?*) *factum uid. ex* exigit *M* exigit *C* 22 propriā (∼ *del.*) *C* 23 aliis *C* ut, *m. 2* ne *C* 24 ferirentur] terrerentur *MA* terrebant aliis *C*

aquas, alii per ignes se in mortes uoluntarias usquequaque mittebant et animas ferales a se sibi inlatis suppliciis proiciebant?

16 Horrebant ista plurimi in ipsa superstitione haeretica constituti et, cum innocentiae suae sufficere arbitrarentur, quod sibi talia displicerent, dicebatur eis a catholicis: si innocentiam uestram mala ista non polluunt, quo modo dicitis orbem Christianum uel falsis uel certe ignotis Caeciliani peccatis esse pollutum? quo modo uos nefario scelere ab unitate catholica tamquam ab area dominica separatis, quae usque ad tempus uentilationis necesse est ut habeat et frumentum in horreo recondendum et paleam ignibus consumendam? atque ita quibusdam ratio reddebatur, ut aliqui ad unitatem catholicam etiam inimicitias perditorum parati sustinere transirent; sed plures, quamuis id uellent, eos tamen homines, quibus tanta fuerat licentia saeuiendi, inimicos facere non audebant; nonnulli quippe illos, cum ad nos transissent, crudelissimos passi sunt.

17 Accidit etiam, ut apud Carthaginem quendam diaconum suum nomine Maximianum contra episcopum suum superbientem quidam episcoporum eiusdem partis facto schismate et in plebe Carthaginis diuisa parte Donati ordinarent episcopum contra episcopum. quod cum eorum pluribus displiceret, eundem Maximianum cum aliis duodecim, qui eius ordinationi praesentes adfuerunt, damnauerunt, ceteris autem ad eandem societatem schismatis pertinentibus die constituto facultatem redeundi dederunt. sed postea ex ipsis duodecim quosdam et ex illis, quibus dilatio data fuerat, post diem positum redeuntes propter pacem suam in suis honoribus susceperunt et, quoscumque

9 Matth. 3, 12; Luc. 3, 17

1 quas, *m. 1 (?) corr.* aquas *M* 3 plurimi ista *R* 5 dispicerent *R* 6 orbem christianum dicitis *R* 8 uos *om. M* 12 ab unitate catholica *MA* 18 suum *om. A* 19 maximanum *C* 20 chrismate *C* 22 displicerent *C* 23 ordinatione *M* 24 adfuerant *P edd.* 25 *scismatis *M* chrismatis *C* facultate, *m. 2* facultatē *M*

extra ipsorum communionem damnati baptizauerant, rebaptizare non ausi sunt. coepit hoc eorum factum contra illos pro catholica multum ualere, ut ora eorum penitus clauderentur. quae res cum, sicut oportebat, ad sanandos ab schismate animos hominum spargeretur instantius et, quaqua uersum poterat, catholicorum sermonibus ac disputationibus monstraretur eos pro pace Donati et damnatos suos in honorem integrum suscepisse et baptismum, quem damnati uel etiam dilati foris ab ecclesia eorum dederant, non ausos fuisse rescindere et orbi terrarum contra pacem Christi contaminationem nescio quorum obicere peccatorum et euacuare baptismum in illis quoque ecclesiis datum, unde in Africam uenit ipsum euangelium, plurimi confundebantur et manifestae ueritati erubescentes corrigebantur solito crebrius et multo magis, ubicumque ab eorum saeuitia respirabat aliquanta libertas.

18 Tum uero illi sic exarserunt et tantis sunt odiorum stimulis incitati, ut contra eorum insidias atque uiolentias et apertissima latrocinia uix ullae nostrae communionis ecclesiae possent esse securae, uix ulla uia tuta, qua iter agerent, quicumque aduersus eorum rabiem pacem catholicam praedicarent eorumque dementiam perspicua ueritate conuincerent. usque adeo prorsus non solum laicis uel quibuslibet clericis sed ipsis quoque episcopis catholicis quodam modo proponebatur dura condicio; aut enim tacenda erat ueritas aut eorum immanitas perferenda. sed si ueritas taceretur, non solum nemo fuerat eius silentio liberandus sed multi etiam illorum seductione perdendi; si autem ueritatis praedicatione furor eorum ad saeuiendum prouocaretur, aliquibus liberatis nostrisque

1 contra, *m. 1 supra* ł extra *R* communitionem *A* baptizauerat, *m. 1 corr.* baptizauerant *M* 3 multum] multitudine *R* 5 quaqua *cum ras. super utrumque* a *M* quaquam *A* 6 ac] et *R* 7 suos *om. C* in honorem suum integrum *P edd.* 13 manifesta ueritate *A m; cf. ep. CXX p. 710, 4* 14 ubique *R* 16 tunc *R* tanti *C* 18 communiones *P* 19 securae] curae *A* 23 qđ ad modo *M* dura proponebatur *R* 24 condicio *postr. l. m. 2 corr. aut inducta M* perferenda immanitas *R* 26 sedutione *A*

firmatis rursus a sequenda ueritate formido impediret infirmos. cum igitur his angustiis affligeretur ecclesia, quisquis existimat omnia potius sustinenda quam, dei auxilium ut per Christianos imperatores ferretur, fuisse poscendum, parum adtendit non bonam de hac neglegentia reddi potuisse rationem.

V 19 Quod enim dicunt, qui contra suas impietates leges iustas institui nolunt, non petisse a regibus terrae apostolos talia, non considerant aliud fuisse tunc tempus et omnia suis temporibus agi. quis enim tunc in Christum crediderat imperator, qui ei pro pietate contra impietatem leges ferendo seruiret, quando adhuc illud propheticum complebatur: Quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania? adstiterunt reges terrae et principes conuenerunt in unum aduersus dominum et aduersus Christum eius. nondum autem agebatur, quod paulo post in eodem psalmo dicitur: Et nunc, reges, intellegite; erudimini, qui iudicatis terram; seruite domino in timore et exultate ei cum tremore. quo modo ergo reges domino seruiunt in timore nisi ea, quae contra iussa domini fiunt, religiosa seueritate prohibendo atque plectendo? aliter enim seruit, quia homo est, aliter, quia etiam rex est; quia homo est enim, seruit uiuendo fideliter, quia uero etiam rex est, seruit leges iusta praecipientes et contraria prohibentes conuenienti uigore sanciendo, sicut seruiuit Ezechias lucos et templa idolorum et illa excelsa, quae contra dei praecepta

11 Ps. 2, 1—2 16 Ps. 2, 10—11 24 IV Reg. 18, 4

4 poscendam (*m. 2* poscendum) fuisse *M* 5 bonum *A* potuisse* *M* 6 quod] quid *C* 7 uolunt, *m. 2* nolunt *P* petiisse *m* 8 tunc fuisse *R* 9 in christum tunc *R* 13 adsteterunt, *m. 2* adstiterunt *M* 15 in eodem psalmo paulo post *R* 18 ei *in fine u. om. M* 21 quia] qui *A* aliter qui etiam *A* aliter | etiam quia (ter *in fine u. postea add. et* etiam *in ras. m. 1; fuisse uid.* ali | ter quia) *C* aliter etiam quia *R* quia enim homo est *R* qui homo est *A* quia homo est ei *edd.* 22 quia] qui *A* 23 legi iusta praecipienti et contraria prohibenti conuenienti *A* 25 praecepta dei *edd.*

fuerant constructa, destruendo, sicut seruiuit Iosias talia et ipse faciendo, sicut seruiuit rex Nineuitarum uniuersam ciuitatem ad placandum dominum compellendo, sicut seruiuit Darius idolum frangendum in potestatem Daniheli dando et inimicos eius leonibus ingerendo, sicut seruiuit Nabuchodonosor, de quo iam diximus, omnes in regno suo positos a blasphemando deo lege terribili prohibendo. in hoc ergo seruiunt domino reges, in quantum sunt reges, cum ea faciunt ad seruiendum illi, quae non possunt facere nisi reges.

20 Cum itaque nondum reges domino seruirent temporibus apostolorum, sed adhuc meditarentur inania aduersus eum et aduersus Christum eius, ut prophetarum praedicta omnia complerentur, non utique tunc possent impietates legibus prohibere, sed potius exercere. sic enim ordo temporum uoluebatur, ut et Iudaei occiderent praedicatores Christi putantes se officium deo facere, sicut praedixerat Christus, et gentes fremerent aduersus Christianos et omnes patientia martyrum uinceret. postea uero quam coepit impleri, quod scriptum est: Et adorabunt eum omnes reges terrae, omnes gentes seruient illi, quis mente sobrius regibus dicat: 'Nolite curare in regno uestro, a quo teneatur uel oppugnetur ecclesia domini uestri; non ad uos pertineat, quis uelit esse siue religiosus siue sacrilegus', quibus dici non potest: 'Non ad

1 IV Reg. 23, 4—20 2 Ion. 3, 6—9 3 Dan. 14, 21; 41 5 Dan. 3, 96 15 Ioh. 16, 2 19 Ps. 71, 11

4 frangendo *A* in potestate *C* 6 ad (d *m. 2 exp.*) blasphemando deo *M* ab blasphemando deo *R* ad blasphemandum deum *A* 7 ergo *om. A* 9 quae] qui *C* 11 eum] deum *f l r* dominum *m* 12 aduersum *P* 13 prohiberi *R edd.* 14 sed potius exercere *in fine u. om. A* sed potius exerceri *R edd.* temporum ordo *C* 15 Iudaei *om. C* praedicatores christi occiderent *R* putant ēe, *m. 2* putantes se *M* se *om., m. ut uid. 1 s. u. add. P* 16 frem*erent *P* fre ment *M* 18 quam] cum *R* implere *C* 20 seruiunt *C* ei *MR sec. Vulg.* dicat regibus *R* 22 nr̄i *M* pertinet *R* pertineat in regno uestro *edd.* 23 ditio, *m. 2* dici *M*

nos pertineat, in regno uestro quis uelit pudicus esse, quis inpudicus'? cur enim, cum datum sit diuinitus homini liberum arbitrium, adulteria legibus puniantur et sacrilegia permittantur? an fidem non seruare leuius est animam deo quam feminam uiro? aut si ea, quae non contemptu sed ignorantia religionis committuntur, mitius uindicanda, numquid ideo neglegenda sunt?

VI 21 Melius esse quidem quis dubitauerit ad deum colendum doctrina homines duci quam poenae timore uel dolore compelli? sed non, quia isti meliores sunt, ideo illi, qui tales non sunt, neglegendi sunt. multis enim profuit, quod experimentis probauimus et probamus, prius timore uel dolore cogi, ut postea possint doceri aut, quod iam uerbis didicerant, opere sectari. proponunt nobis quidam sententiam cuiusdam saecularis auctoris, qui dixit:

Pudore et liberalitate liberos
retinere satius esse credo quam metu.

hoc quidem uerum est; sed sicut meliores sunt, quos dirigit amor, ita plures sunt, quos corrigit timor. nam ut de ipso auctore istis respondeatur, apud illum etiam legunt:

Tu nisi malo coactus recte facere nescis.

porro autem scriptura diuina et propter illos meliores dixit: *Timor non est in caritate, sed perfecta caritas foras mittit timorem*, et propter hos inferiores, qui plures

16 Ter. Ad. 57—58 21 Ter.? 23 I Ioh. 4, 18

1 pertinet *R* esse pudicus *R* pedicus, *m. 2* pudicus *P* 2 impedicus, *m. 2* impudicus *P* homine, *m. 2* homini *M* 3 puniatur, *m. 2* puniantur *M* 5 contemptus *M* (s *m. 2 exp.*) *A* (s *eras.*) 6 religioni (*m. 2* religionis) | *cōmittuntur *M* religioni *cōmittuntur (*fuit* s) *A* 8 esse quidem] est enim *C* est quidem *P edd.* a dō *M* 10 non] num *R* iusti (u *del.*) *C* 11 neglegenda, *m. 1 corr.* neglegendi *M* 12 probauimus et *om. MA* (*in fine u.*) prius] prius uel *R* 13 possent *m* 16 libertate *MCPR a e* 18 hoc] quod *R* diligit *MAC* (*m. 2* dirigit) *R* 19 de ipso auctoritate (*sic!*) *A* 20 istis] ipsis *R* illam *A* 22 dixit meliores *M* 24 foras........ m.......................re....plures sunt *detrita, m. 2 restituta M*

sunt, ait: Verbis non emendabitur seruus durus; si enim et intellexerit, non oboediet. cum dixit eum uerbis non emendari, non eum iussit deseri, sed tacite admonuit, unde debeat emendari; alioquin non diceret: Verbis non emendabitur, sed tantum modo diceret 'non emendabitur.' alio quippe loco dicit non solum seruum sed etiam filium indisciplinatum plagis esse cohercendum et magno fructu; nam: Tu quidem, inquit, percutis eum uirga, animam uero eius liberabis a morte, et alibi dicit: Qui parcit baculo suo, odit filium suum. da enim, qui recta fide ueroque intellectu totis animae suae uiribus dicat: Sitiuit anima mea ad deum uiuum; quando ueniam et apparebo ante faciem dei? et huic tali non solum temporalium poenarum uel imperialium legum sed nec gehennarum timor est necessarius, cui tam desiderabile bonum est adhaerere deo, ut non solum ab illa felicitate alienari tamquam magnum supplicium perhorrescat, uerum etiam differri moleste ferat. sed tamen antequam dicant boni filii: Concupiscentiam habemus dissolui et esse cum Christo, multi prius tamquam mali serui et quodam modo inprobi fugitiui ad dominum suum temporalium flagellorum uerbere reuocantur.

22 Quis enim nos potest amplius amare quam Christus, qui animam suam posuit pro ouibus suis? et tamen cum Petrum et alios apostolos solo uerbo uocasset, Paulum, prius Saulum, ecclesiae suae postea magnum aedificatorem sed horrendum

1 Prou. 29, 19 8 Prou. 23, 14 9 Prou. 13, 24 11 Ps. 41, 3 15 Ps. 72. 28 18 Phil. 1, 23 23 Ioh. 10, 15 Matth. 4, 18—22; Marc. 1, 16—20; Luc. 5, 1—11; Ioh. 1, 35—43 24 Act. 9, 1—18; 13, 9

2 obaedierit *R* uerbis eum *edd.* 3 tacite eum admonuit *R* 6 dicitur *R* 10 suo *om. M edd. sec. sacr. litt.* 11 utroque, *m. 2* ueroque *P* 13 domini *PR* tali (i *detritum, m. 2 restitutum*) *M* 15 tam̃ *M* (~ *eras.*) *CP* tamen *AR* 17 differre moleste *A* moleste differre *M* 18 concupiscimus, *m. 1 supra* ał concupiscentiam habemus *R* 19 tamqui *C* 20 qđ ad modo *M* fugitiuii *C* 23 ponit *C* petro, *m. 1 corr.* petrū *M* 24 et alios] aliosque *R* Saulum *in fine u. om. P* 25 aedificarem *A*

antea uastatorem, non sola uoce compescuit, uerum etiam potestate prostrauit atque, ut infidelitatis tenebris saeuientem ad desiderandum lumen cordis urgeret, prius corporis caecitate percussit. si poena illa non esset, non ab ea postmodum sanaretur et, quando apertis oculis nihil uidebat, si eos saluos haberet, non ad inpositionem manus Ananiae, ut eorum aperiretur obtutus, tamquam squamas, quibus clausus fuerat, inde cecidisse scriptura narraret. ubi est, quod isti clamare consuerunt: 'Liberum est credere uel non credere; cui uim Christus intulit? quem coegit'? ecce habent apostolum Paulum; agnoscant in eo prius cogentem Christum et postea docentem, prius ferientem et postea consolantem. mirum est autem, quo modo ille, qui poena corporis ad euangelium coactus intrauit, plus illis omnibus, qui solo uerbo uocati sunt, in euangelio laborauit et, quem maior timor compulit ad caritatem, eius perfecta caritas foras mittit timorem.

23 Cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios, ut redirent, si perditi filii coegerunt alios, ut perirent? quamuis etiam illos, quos non coegerunt, sed tantum modo seduxerunt, si per terribiles sed salubres leges in eius gremium reuocentur, blandius

14 I Cor. 15, 10   16 I Ioh. 4, 18   20 Matth. 18, 12—13; Luc. 15, 4—7

1 solum *R edd.*   2 atque ut infidelitatis tenebris saeuientem ad desiderandum lumen cordis surgeret *M* atque ut infidelitatis tenebris seuientem ac desiderandum lumen cordis surgere *A* atque ut infidelitatis tenebris seuientem ad desiderandum lumen cordis ut surgeret *C* atque infidelitatis tenebris seuientem ut ad desiderandum lumen cordis surgeret *R* atque infidelitatis tenebris saeuientem ad desiderandum lumen cordis ut surgeret *P edd. praeter l m*   3 cecite, *m. 2* cecitate *A*   4 postemodum (e *del.*) *C*   5 sana ..... *et* eos sal ... *detrita, m. 2 restituta M*   6 impositionis *MAPR*   ut] et *MA*   7 clausus fuerant (n *m. 2 exp.*) *M* clausi fuerant *A*   8 narrat *A*   illi *R*   consueuerunt *edd.*   10 cogit *MA*   Paulum apostolum *edd.*   12 consulentem *MA*   16 misit *f l r m*   17 cu//////////go, *m. 2* cur ego (*sic!*) *M* cu* (*fuit* m) ergo *A*   18 ...diti fi... *detrita, m. 2 restituta M*   cogerunt (unt *in ras. m. 1*) *A*   19 cogerunt *A*   .....bil.s *detrita, m. 2 restituta M*   20 sed, *m. 2* et *M*   gremio *M* (*m. 2* gremiū) *APR edd. praeter m*   reuocaretur *M* (*m. 2* reuocarentur) *A*

pia mater amplectitur et de illis multo amplius quam de his, quos numquam perdiderat, gratulatur. an non pertinet ad diligentiam pastoralem etiam illas oues, quae non uiolenter ereptae sed blande leniterque seductae a grege aberrauerint et ab alienis coeperint possideri, inuentas ad ouile dominicum, si resistere uoluerint, flagellorum terroribus uel etiam doloribus reuocare, praesertim quoniam, si apud fugitiuos et praedones seruos fecunditate multiplicentur, plus habet iuris, quod in eis dominicus character agnoscitur, qui in eis, quos suscipimus nec tamen rebaptizamus, minime uiolatur? sic enim error corrigendus est ouis, ut non in ea corrumpatur signaculum redemptoris. neque enim, si quisquam regio charactere a signato desertore signetur et accipiant indulgentiam atque ille redeat ad militiam, ille autem esse in militia, in qua nondum erat, incipiat, in aliquo eorum character ille rescinditur. an non potius in ambobus agnoscitur et honore debito, quoniam est regius, adprobatur? quia ergo non possunt malum esse ostendere, quo coguntur, nec ad bonum se cogi oportere contendunt. sed a Christo coactum ostendimus Paulum; imitatur itaque ecclesia in istis cogendis dominum suum, quae prius, ut neminem cogeret, expectauit, ut de fide regum atque gentium praedicatio prophetica compleretur.

24 Etiam hinc enim non absurde intellegitur apostolica illa sententia, ubi Paulus beatus dicit: *Parati ulcisci omnem inoboedientiam, cum completa fuerit prior oboe-*

21 Ps. 71, 11    24 II Cor. 10, 6

3 pastorem, *m. 1 corr.* pastoralem *P*  4 a rege *C*  5 dñi cū *M* si *om. C*  7 seruos et praedones *m*  8 uiris *C*  9 dominicus *om., m. 2 add. M*  10 baptizamus *A*  12 caracter, *m. 2* caractere *M* a signato, *m. 2* assignato *M* assignato *P* (*pr.* s *eras.*) *R*  13 deserto resignetur *AP* (*m. 2 corr.*)  accipiant (n *m. 2 exp.*) *M* accipiat *CP edd. praeter m*  illi, *m. 2* ille *P*  14 esse in qua militia nondum *C*  15 ille *om. C*  an, *m. 2* ac *P* ac *A m*  17 regius est *edd.* regius (*om.* est) *P*  possū *C*  20 in (*in ras. m. 1*) istis *M* iustis *A*  cogendi, *m. 2* cogendis *C*  qui *ex ras., fuisse uid.* quę *P*  21 cogerit *C*  23 illa apostolica *edd.*  25 inobedientiam uestram cum *CP*

dientia uestra. unde et ipse dominus ad magnam cenam suam prius conuiuas adduci iubet, postea cogi; nam cum e serui respondissent: Domine, factum est, quod iussisti, et adhuc locus est, Exite, inquit, in uias et saepes et, quoscumque inueneritis, cogite intrare. in illis ergo, qui leniter primo adducti sunt, completa est prior oboedientia, in istis autem, qui coguntur, inoboedientia cohercetur: nam quid est 'cogite intrare', cum primo dictum esset 'adducite' et responsum esset 'factum est, quod iussisti, et adhuc est locus'? si miraculorum terroribus cogendos uoluisset intellegi, magis ad eos, qui prius uocati sunt, diuina miracula multa facta sunt, maxime ad Iudaeos, de quibus dictum est: Iudaei signa petunt. in ipsis quoque gentibus talia temporibus apostolorum miracula euangelium commendarunt, ut, si talibus cogi iuberentur, priores, ut dixi, potius conuiuae coacti esse merito crederentur. quapropter si potestate, quam per religionem ac fidem regum tempore, quo debuit, diuino munere accepit ecclesia, hi, qui inueniuntur in uiis et in saepibus, id est in haeresibus et schismatibus, coguntur intrare, non, quia coguntur, reprehendant, sed, quo cogantur, adtendant. conuiuium domini unitas est corporis Christi non solum in sacramento altaris sed etiam in uinculo pacis. de ipsis sane possumus uerissime dicere, quod neminem cogant ad bonum; quoscumque enim cogunt, non cogunt nisi ad malum.

VII 25 Verum tamen antequam istae leges, quibus ad conuiuium sanctum coguntur intrare, in Africam mitterentur, nonnullis

1 Luc. 14, 16; 21—23 13 I Cor. 1, 22 22 Eph. 4, 3

2 adduci iubet conuiuas *edd.* eis erui *C* eis serui *P* ei serui sui *edd.* 4 est locus *MPR edd.; cf. u. 10* in *bis M* 7 istas, *m. 2* istis *M* 12 Iudaeos] eos *M* 14 gentilibus *edd. praeter r* 15 commendauerunt *edd.* 17 potestatē *codd.* (*in P* ~ *eras.*) *a* 19 chismatibus, *m. 2* scismatibus *M* 20 reprehendat, *m. 1 corr.* reprehendant *M* 21 gantur, *m. 2* coguntur (*sic!*) *C* adtendat, *m. 1 corr.* adtendant *M* 23 sane *in fine u. om. A* 24 bon,um *P* quodcunque *R* 27 in africa *M* (*m. 2* africā) *A*

fratribus uidebatur, in quibus et ego eram, quamuis Donatistarum rabies usque quaque saeuiret, non esse petendum ab imperatoribus, ut ipsam haeresem iuberent omnino non esse poenam constituendo eis, qui in illa esse uoluissent, sed hoc potius constituerent, ut eorum furiosas uiolentias non paterentur, qui ueritatem catholicam uel praedicarent loquendo uel legerent constituendo. quod eo modo fieri aliquatenus posse arbitrabamur, si legem piissimae memoriae Theodosii, quam generaliter in omnes haereticos promulgauit, ut, quisquis eorum episcopus uel clericus ubi libet esset inuentus, decem libris auri multaretur, expressius in Donatistas, qui se negabant haereticos, ita confirmarent, ut non omnes ea multa ferirentur, sed in quorum regionibus aliquas uiolentias a clericis uel Circumcellionibus uel populis eorum ecclesia catholica pateretur. ut scilicet post protestationem catholicorum, qui fuissent ista perpessi, iam cura ordinum ad persoluendam multam episcopi siue ministri ceteri tenerentur. ita enim existimabamus eis territis et nihil tale facere audentibus posse libere doceri et teneri catholicam ueritatem, ut ad eam cogeretur nemo, sed eam, qui uellet, sine formidine sequeretur, ne falsos et simulatores catholicos haberemus. et quamuis aliis fratribus aliud uideretur iam aetate grauioribus uel multarum ciuitatum et locorum exempla curantibus, ubi firmam et ueram catholicam uidebamus, quae tamen ibi talibus beneficiis dei constituta esset atque firmata, dum per priorum imperatorum leges ad communionem homines catholicam cogerentur, obtinuimus tamen, ut illud potius, quod dixi, ab imperatoribus peteretur.

8 cf. Theodos. libr. XVI 5, 21 p. 862 ed. Mommsen.

1 uidebantur *M* (n *m. 2 exp.*) *A* 2 non] nos *C* 3 ipsa, *m. 2* ipsā *C* heresem, *m. 2* heresim *M* heresim *R edd.* 6 legere *A* 11 mutaretur, *m. 1* (*?*) *corr.* multaretur *R* 13 uel a Circumcellionibus *edd. praeter r* 16 persoluendum *M* 18 audientibus *MP* (*pr.* i *eras.*) liberi *A* 20 sine formidine uellet *edd.* 21 catholicis, *m. 2* catholicos *M* quamus fratribus (*om.* aliis) *A* 22 *post* uel *s. u. m. 2* p *P* 23 currentibus *codd. edd. praeter m* cernentibus *m; emendabam* curantibus

decretum est in concilio nostro, legati ad comitatum missi sunt.

26 Sed dei maior misericordia, qui sciret harum legum terror et quaedam medicinalis molestia quam multorum esset prauis uel frigidis animis necessaria et illi duritiae, quae uerbis emendari non potest, sed tamen aliquantula seueritate disciplinae potest, id egit, ut legati nostri, quod susceperant, obtinere non possent. iam enim nos praeuenerant ex aliis locis quaedam episcoporum querelae grauissimae, qui mala fuerant ab ipsis multa perpessi et a suis sedibus exturbati; praecipue horrenda et incredibilis caedes Maximiani catholici episcopi ecclesiae Bagaiensis effecit, ut nostra legatio iam, quid ageret, non haberet. iam enim lex fuerat promulgata, ut tantae immanitatis haeresis Donatistarum, cui crudelius parci uidebatur, quam ipsa saeuiebat, non tantum uiolenta esse, sed omnino esse non sineretur impune non tamen supplicio capitali propter seruandam etiam circa indignos mansuetudinem Christianam sed pecuniariis damnis propositis et in episcopos uel ministros eorum exilio constituto.

27 Supra dictum quippe episcopum Bagaiensem, quoniam apud ordinarium iudicem dicta inter partes sententia obtinuerat basilicam, quam illi, cum catholica esset, inuaserunt, stantem ad altare inruentes horrendo impetu et furore crudeli fustibus et cuiusce modi telis, lignis denique eiusdem altaris effractis immaniter ceciderunt; pugione etiam percusserunt in inguine, quo uulnere sanguis effluens eum exanimem redderet, nisi ei

1 ad commitati missi sunt *C* 3 maior *om. C* 5 frigidis] fragilib' *M* 6 emendare *C* 7 superant (u *eras.*) *C* 9 male (e *ex corr.; fuitne* a?) *C* 11 incredibiles, *m. 2* incredibilis *PR* caedis *M* episcopi catholici *edd.* 12 uagaiensis *codd.* (*in C* u *ex corr.*) Vagiensis *edd. praeter m* qd *ex* qđ *M* 15 ipse *C* uiolentia (*post.* i *m. 1 exp.*) *M* 16 non *post* esse *om. C* 18 pecuniaris, *m. 1 corr.* pecuniariis *M* 19 constitutos *codd.* (*postr. l. in P exp.*) *a* 20 uagaiensem *codd.* (*in C post.* a *eras.*) Vagiensem *edd. praeter m* 22 cum *om. A* catholicā *C* inuaserant *R m* 24 cuiusce, *m. 2* ł huiusce *P* huiusce *AR edd. praeter m; cf. ep. CXXXVII p. 112, 9* lignis, *m. 2 supra* ł tigni (*sic!*) *M* effracti *MA m* 26 exanimum *A*

ad uitam maior eorum saeuitia profuisset. nam cum grauiter sauciatum per terram insuper traherent, exundanti uenae puluis obstrusus sanguinem abstinuit, cuius effusione ibat in mortem. deinde cum ab eis tandem relictum nostri cum psalmis auferre temptarent, illi ira ardentiore succensi eum de portantium manibus abstulerunt male mulcatis fugatisque catholicis, quos ingenti multitudine superabant et facile saeuiendo terrebant. inde in quandam turrem leuatum iam defecisse arbitrantes, cum ille adhuc uiueret, abiecerunt. sed quodam molli aggere exceptus et a quibusdam nocte transeuntibus per lucernam conspectus, agnitus atque collectus et ad religiosam domum adportatus adhibita magna cura post multos dies ab illa desperatione recreatus est. sed occisum tamen eum fama scelere Donatistarum etiam trans mare nuntiauerat; quo posteaquam uenit et uita eius inopinatissima apparuit, cicatricibus suis tam multis, tam ingentibus, tam recentibus non frustra famam mortuum se nuntiasse monstrauit.

28 Auxilium ergo petiuit ab imperatore Christiano non tam sui ulciscendi causa quam tuendae ecclesiae sibi creditae. quod si praetermisisset, non eius fuisset laudanda patientia sed neglegentia merito culpanda. neque enim et apostolus Paulus uitae suae transitoriae consulebat sed ecclesiae dei, quando contra illos, qui eum occidere conspirauerant, consilium illorum tribuno ut proderetur, effecit; unde factum est, ut eum ad locum, quo fuerat perducendus, deduceret miles armatus, ne

21 Act. 23, 12—32

1 saeuitia eorum *edd.* 3 ob(s)tinuit *edd. praeter m* 5 illa *A* ardentiori *P* 6 abstulerint *M* mulcatis, *m. 2* multatis *P* multatis *ACRaem* mulctatis *flr* 8 turrem, *m. 2* turrim *M* 9 proicerunt *C* molli] modo *C* 11 ad *om. A* 12 portatus *M* 13 est sed *scripsi;* esset *MACP* (*m. 2* ē) *edd. praeter m* est *Rm* eum tamen *edd.* 14 scelera *C* celeri *A* intransmari *M* (*m. 2* in transmarina) *AP* (*m. 2* trans mare) in trans marinis *R* quod *C* 15 cicatribus *A* 17 fama *MACP* nuntiauisse *MAP* 18 petiuit ergo *C* 22 sed] se de (e *eras.*) *A* 23 conspirauerat, *m. 1 corr.* conspirauerant *M* 25 producendus *C*

illorum pateretur insidias. Romanas etiam leges inplorare minime dubitauit ciuem Romanum se esse proclamans, quos tunc affligi uerberibus non licebat. itemque, ne Iudaeis eum interimere cupientibus traderetur, Caesaris poposcit auxilium, Romani quidem principis sed non Christiani. ubi satis ostendit, quid facere postea deberent Christi dispensatores, quando imperatores Christianos periclitante ecclesia reperirent. hinc ergo factum est, ut imperator religiosus et pius perlatis in notitiam suam talibus causis mallet piissimis legibus illius impietatis errorem omnino corrigere et eos, qui contra Christum Christi signa portarent, ad unitatem catholicam terrendo et cohercendo redigere quam saeuiendi tantum modo auferre licentiam et errandi ac pereundi relinquere.

29 Iam uero cum ipsae leges uenissent in Africam, praecipue illi, qui quaerebant occasionem aut saeuitiam furentium metuebant aut suos uerecundabantur offendere, ad ecclesiam continuo transierunt. multi etiam, qui sola illic a parentibus tradita consuetudine tenebantur, qualem uero causam ipsa haeresis haberet numquam antea cogitauerant, numquam quaerere et considerare uoluerant, mox, ubi coeperunt aduertere et nihil in ea dignum inuenire, propter quod tanta damna paterentur, sine ulla difficultate catholici facti sunt; docuit enim eos sollicitudo, quos neglegentes securitas fecerat. istorum autem omnium praecedentium auctoritatem et persuasionem secuti sunt multi, qui minus idonei erant per se ipsos intellegere, quid distaret inter Donatistarum errorem et catholicam ueritatem.

1 Act. 22, 24—29 3 Act. 25, 11

2 ciuem] cui ē *C* 7 ęcclesię *C* 8 in nocentiam, *m. 2* in notitiam *M* in innocentiam *A* ad innocentiam *R* 10 omnium *A* 11 terendo, *m. 2* terrendo *A* 13 pseundi, *m. 2* pseq̃ndi *M* persequendi *A* 15 illi (*post.* i *in ras. m. 1*) qui *' (*in ras. fuit* q,) *M* 16 uerecondebantur *C* * ad (*in ras. fuisse uid.* &) *P* et ad *MA* 17 multi* *A* etiam] enim *C* sola (so *m. 2*) *M* illic apparentibus *C* tradita (*postr. l. m. 2*) *M* 18 consuetudinē (~ *eras.*) *M* ipsa* (*fuit* s) *P* 19 ante| *P* 22 /////cuit (*in ras. scriptum uid.* a) *C*

30 Ita cum magna agmina populorum uera mater in sinum gaudens reciperet, remanserunt turbae durae et in illa peste infelici animositate sistentes. ex his quoque plurimi simulando communicauerunt, alii paucitate latuerunt. sed illi, qui simulabant, paulatim adsuescendo et praedicationem ueritatis audiendo maxime post conlationem et disputationem, quae inter nos et episcopos eorum apud Carthaginem fuit, ex magna parte correcti sunt. in quibusdam uero locis, ubi pertinacior et inpacatior praeualuit multitudo, cui resistere non poterant pauciores, quorum erat melior de communione sententia, aut turbae auctoritati paucorum potentiorum subditae in malam partem obtemperarunt, aliquanto diutius laboratum est. ex his sunt, in quibus adhuc laboratur, in quo labore multa catholici et maxime episcopi et clerici horrenda et dura perpessi sunt, quae commemorare longum est, quando quorundam et oculi extincti sunt et cuiusdam episcopi manus et lingua praecisa est, nonnulli etiam trucidati sunt. taceo crudelissimas caedes et domorum depraedationes per nocturnas adgressiones et incendia non solum priuatorum habitaculorum uerum etiam ecclesiarum; in quas flammas non defuerunt qui et codices dominicos mitterent.

31 Sed nos huius modi afflictos malis consequens consolatus est fructus. nam ubicumque a perditis ista commissa sunt, ibi feruentius atque perfectius unitas Christiana profecit et uberius laudatur dominus, qui donare dignatus est, ut serui eius passionibus suis lucrarentur fratres suos et oues eius mortifero errore dispersas in pacem salutis aeternae suo san-

26 Matth. 18, 15; Ezech. 34, 5—6

1 ista (s *eras.*) *P* signum *M* (g *m. 2 exp.*) *A* 3 restentes, *m. 1 corr.* resistentes *C* resistentes *P* plurimis immolando (s *m. 2 exp.*) *M* 4 pauci, *m. 1 corr.* paucitate *C* 6 consulationem *A* 8 impatientior, *m. 1 supra* ł impatior (*sic!*) *R* 10 aut] ut *R* 11 potentium, *m. 1* (?) *corr.* potentiorum *C* 12 optemperarent *R* 13 multi *M edd. praeter m* catholica, *m. 1 corr.* catholici *C* 17 etiam] enim *M* 20 flammas *om. C* non defuerunt *om. MA* 25 uerius *R*

guine congregarent. potens est dominus et misericors, quem cotidie rogamus, ut etiam ceteris det paenitentiam et resipiscant de diaboli laqueis, a quo captiui tenentur secundum ipsius uoluntatem, qui non quaerunt, nisi unde nobis calumnientur et retribuant mala pro bonis, quia nec intellegere nouerunt, quem circa eos animum dilectionemque seruemus et quo modo eos uelimus secundum domini praeceptum, quod per Ezechielem prophetam pastoribus dedit, reuocare errantes et perditos inuenire.

VIII 32 Illi autem, quod et alibi aliquando diximus, et, quod nobis faciunt, sibi non inputant et, quod sibi faciunt, nobis inputant. quis enim nostrum uelit non solum aliquem illorum perire uerum etiam aliquid perdere? sed si aliter non meruit habere pacem domus Dauid, nisi Absalon filius eius in bello, quod contra patrem gerebat, fuisset extinctus, quamuis magna cura mandauerit suis, ut eum, quantum possent, uiuum saluumque seruarent, ut esset, cui paenitenti paternus affectus ignosceret, quid ei restitit nisi perditum flere et sui regni pace adquisita suam maestitiam consolari? sic ergo catholica mater bellantibus aduersus eam quid aliud quam filiis suis, quia utique ex ipsa magna arbore, quae ramorum suorum porrectione toto orbe diffunditur, iste in Africa ramusculus fractus est, cum eos caritate parturiat, ut redeant ad radicem, sine qua ueram uitam habere non possunt, si aliquorum perditione tam multos ceteros colligit, praesertim quia isti non sicut Absalon casu bellico sed spontaneo magis interitu pereunt, dolorem materni

2 II Tim. 2, 25—26 5 Ps. 34, 12 8 Ezech. 34, 4; 6 14 II Reg. 18, 5—15; 33; 22, 1—51 21 Luc. 13, 19; Matth. 13, 32; 24, 14; Marc. 4, 32 22 Es. 18, 5; Rom. 11, 17; 19 23 Gal. 4, 19

11 et quod—inputant *om. A* 13 pacem habere *edd.* 14 abysalon *A* abessalon *C* 17 ut] et *MAP* esse *C* 18 resistit *M* (*m. 2* restitit) *A* 20 quibus aliis *m* 21 porrectione *cum ras. super postr. l. M* porrectionē *ACP* 22 diffunditur (ur *m. 2 del.*) *P* factus *CR* (*m. 1 supra* ł fractus) 23 quā (~ *del.*) *C* 24 ceteros tam multos *edd.* 25 collegit *P* abysalon *A* abessalon *C*

cordis lenit et sanat tantorum liberatione populorum. quorum si uideas in Christi pace laetitias, frequentias, alacritates et ad hymnos audiendos et canendos et ad uerbum dei percipiendum celebres hilaresque conuentus multorumque in eis cum dolore magno recordationem praeteriti erroris et cum gaudio considerationem cognitae ueritatis et cum indignatione et detestatione mendacium magistrorum, quod modo cognoscant, de nostris sacramentis quam falsa iactauerint, multorum etiam in eis confessiones, quod olim uellent esse catholici nec inter homines tanti furoris auderent, horum ergo populorum congregationes per plurimas Africae regiones ab illa perditione liberatorum si sub uno conspectu uideres, tunc diceres nimiae fuisse crudelitatis, si, dum timeretur, ne homines desperati et istorum innumerabili multitudini nulla aestimatione comparandi suis et uoluntariis ignibus cremarentur, isti in aeternum perdendi et sempiternis ignibus cruciandi relinquerentur.

33 Si enim duo aliqui in una domo habitarent, quam certissime sciremus esse ruituram, nobisque id praenuntiantibus nollent credere atque in ea manere persisterent, si eos inde possemus eruere uel inuitos, quibus imminentem illam ruinam postea monstraremus, ut redire ulterius sub eius periculum non auderent, puto, nisi faceremus, non inmerito crudeles iudicaremur. porro si unus illorum nobis diceret: ‘Quando intraueritis eruere nos, me ipsum continuo trucidabo’, alter autem nec exire quidem inde nec erui uellet sed neque necare se auderet, quid eligeremus? utrum ambos ruinae opprimendos relinquere, an uno saltem per misericordem nostram operam

1 lenit////// (*fuit &*) et *A* lenit̃ (*om.* et) *M* linit et *P* 3 percipiendos *C* 5 praeterriti *M* 6 consideratione *M* 7 mendaciórum (or *del.*) *C* quo *M* 9 ne *M* 11 regiones (*post.* e *in ras. m. 1*) *M* regionis *A* 15 uoluntarii *C* 18 seruituram, *m. 2* ruituram *M* id *om. C* 19 possimus *M* 21 demonstraremus *edd.* 22 diiudicaremur *edd.* 23 diceret nobis *R* 26 qui delegeremus, *m. 2* quid elegeremus *M* quid eligegerimus *A* 27 salutem *C* misericordiae *C edd. praeter m*

liberato alterum non culpa uostra sed sua potius interire? nemo est tam infelix, qui non, quid fieri in talibus causis oporteat, facillime iudicet. et de duobus hominibus uno scilicet perdito et uno liberato similitudinem istam proposui. quid ergo sentiendum est de quibusdam paucis perditis et innumerabili multitudine populorum liberatorum? non enim uel tot sunt illi homines, qui sua uoluntate pereunt, quot liberantur per istas leges ab illa pestifera aeternaque pernicie fundi, pagi, uici, castella, municipia, ciuitates.

34 Si autem diligentius rem, de qua loquimur, cogitemus, puto, quod, si plurimi essent in domo ruitura et inde saltem unus liberari posset atque, id cum facere conaremur, alii se ipsos praecipitio necarent, dolorem de ceteris nostrum de unius saltem salute consolaremur, non tamen, ne se ipsos alii perderent, perire uniuersos nullo liberato permitteremus. quid igitur de opere misericordiae, quod pro uita aeterna adipiscenda et poena aeterna euitanda hominibus debemus inpendere, iudicandum est, si pro salute ista non solum temporali sed etiam breui ad ipsum tempus exiguum liberanda sic nos hominibus subuenire ratio uera et benigna compellit?

IX 35 Quod autem nobis obiciunt, quod res eorum concupiscamus et auferamus, utinam catholici fiant et non solum, quae dicunt sua, sed etiam nostra in pace nobiscum et caritate possideant! usque adeo autem calumniandi cupiditate caecantur, ut non adtendant, quam sint inter se contraria, quae loquuntur. ipsi certe dicunt et inuidiosissime sibi conqueri uidentur, quod eos in nostram communionem uiolento legum imperio coartamus. hoc utique nullo modo faceremus, si res eorum possidere uellemus. quis auarus quaerit conpossessorem? quis dominandi

1 culpa nostrā *C* nostra culpa *edd.* 2 causis] in causis (in *exp.*) *R* 6 multitudine* (*fuit* m) *P* 7 q*t̃ (t̃ *m. 2*) *M* quod, *m. 2* quot *CP* 10 rem] rex *A* 11 sal*tem *P* 13 praecipitione carent *m. 2 corr. M* 14 consolamur *A* 15 permitteremur *A* 17 uitanda *MAP edd.* 20 compellit (i *ex ras.*) *M* 24 autem] caū *sed del. C* 27 nostra, *m. 2* nostrā *M* uiolentum *MA* imperio (o *ras. et corr. ex* ū) *M* 29 quid *C* quis (s *ex corr.*) *C*

cupiditate inflammatus uel fastu dominationis elatus desiderat habere consortem? ipsos certe adtendant quondam suos iam nostros socios et fraterna nobis dilectione coniunctos, quem ad modum sua teneant non solum, quae habebant, sed etiam nostra, quae non habebant, quae tamen, si pauperum conpauperes sumus, et nostra sunt et illorum; si autem priuatim, quae nobis sufficiant, possidemus, non sunt illa nostra sed pauperum, quorum procurationem quodam modo gerimus, non proprietatem nobis usurpatione damnabili uindicamus.

36 Quicquid ergo nomine ecclesiarum partis Donati possidebatur, Christiani imperatores legibus religiosis cum ipsis ecclesiis ad catholicam transire iusserunt. cum ergo nobiscum sint plebes earundem ecclesiarum, nobiscum pauperes, qui eisdem possessiunculis alebantur, ipsi potius foris positi desinant concupiscere aliena, sed intrent in unitatis societatem, ut pariter gubernemus non illa tantum, quae dicunt sua, uerum etiam, quae dicuntur et nostra. scriptum est enim: Omnia uestra, uos autem Christi, Christus autem dei. sub illo capite in uno eius corpore unum simus et de istis talibus rebus faciamus, quod scriptum est in actibus apostolorum: Erat illis anima una et cor unum et nemo dicebat aliquid proprium, sed erant illis omnia communia. amemus, quod cantamus: Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum, ut sic experiantur

17 I Cor. 3, 22—23 19 Gal. 3, 28; Eph. 1, 22—23; 4, 15; 5 23; Col. 1, 18 21 Act. 4, 32 23 Ps. 132, 1

1 cupiditati, *m. 2* cupiditate *M* 2 adtendat, *m. 1 corr.* adtendant *M* 4 habeant, *m. 1 corr.* habebant *C* 5 habeant, *m. 1 corr.* habebant *C* compau*pere, *m. 2* compau*peres *C* 8 procurationem (procura *ex corr. m. 2*) *A* 11 legimus *C* ecclesiis *om. MA* (*in fine pag.*) 12 sunt *P* 13 plebes *om. Rm* plebs, *m. 1 corr.* plebes *M* nobiscum *om. Rm* eisdem possessiunculas (*m. 2* possessiunculis) *M* eiusdem possessiunculae *C* ab eisdem possessiunculis *edd. praeter m* 16 gubernemus (s *ex corr. m. 2*) *M* non in illa *R* 17 dicunt *A* est *om. A* 18 uestra] uestra sunt *edd. praeter a sec. Vulg.*

et sciant, quam ueraciter ad eos clamet mater catholica, quod scribit beatus apostolus ad Corinthios: Non quaero, quae sunt uestra, sed uos.

37 Si autem consideremus, quod scriptum est in libro sapientiae: Ideo iusti tulerunt spolia impiorum, item quod legitur in prouerbiis: Thesaurizantur autem iustis diuitiae impiorum, tunc uidebimus non esse quaerendum, qui habeant res haereticorum, sed qui sint in societate iustorum. scimus quidem illos tantam sibi adrogare iustitiam, ut eam se iactent non solum habere sed etiam aliis hominibus dare. a se quippe dicunt iustificari eum, quem baptizauerint, ubi nihil eis restat nisi dicere illi, qui baptizatur ab eis, ut in baptizatorem suum credat. cur enim non faciat, quando apostolus dicit: Credenti in eum, qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iustitiam? in ipsum ergo credat, si eum ipse iustificat, ut deputetur fides eius ad iustitiam. sed puto, quod etiam ipsi se ipsos horrent, si tamen ista uel cogitare dignantur. iustus enim et iustificans non est nisi deus. potest autem et de istis dici, quod dixit apostolus de Iudaeis, quia ignorantes dei iustitiam et suam iustitiam uolentes constituere iustitiae dei non sunt subiecti.

38 Absit autem, ut quisquam nostrum ita se iustum dicat, ut aut suam iustitiam uelit constituere, id est quasi a se ipso sibi datam, cum dicatur ei: Quid enim habes, quod non accepisti? aut sine peccato se esse iactare audeat in hac uita, sicut ipsi in nostra conlatione dixerunt in ea se esse

2 II Cor. 12, 14 5 Sap. 10, 19 6 Prou. 13, 22 sec. Septuag. 14 Rom. 4, 5 18 II Mach. 1, 25; Rom. 8, 33 20 Rom. 10, 3 24 I Cor. 4, 7

1 quam] quod *C* es, *m. 1 corr.* eos *M* 2 querunt *C* 4 dictum *flrm* 8 sunt *A* 11 eis nichil *R* 12 ut inbaptizarem suum *A* 13 credat, *m. 2* credāt *C* · 16 eius *om. R* 17 horreant *edd.* 19 dicit *edd.* 20 iustitiam *post* suam *om. M edd. sec. Vulg.* 22 autem] hoc *R* 24 enim *om. R* 25 accepistis (*postr. l. del. uid.*) *C* 26 consolatione *R*

ecclesia, quae iam non habet maculam aut rugam aut aliquid eius modi, nescientes hoc in eis modo compleri, qui uel post baptismum continuo uel dimissis debitis, quae dimittenda in oratione poscuntur, de hoc exeunt corpore, in tota uero ecclesia tunc futurum, ut sit omnino non habens maculam aut rugam aut aliquid eius modi, quando dicendum erit: Ubi est, mors, uictoria tua? ubi est, mors, aculeus tuus? aculeus enim mortis est peccatum.

39 In hac autem uita, ubi corpus, quod corrumpitur, adgrauat animam, si ecclesia eorum iam talis est, non ergo dicant deo, quod dominus orare nos docuit: Dimitte nobis debita nostra. cum enim in baptismo cuncta dimissa sint, ut quid hoc poscit ecclesia, si iam etiam in hac uita non habet maculam aut rugam aut aliquid eius modi? contemnant et apostolum Iohannem clamantem in epistula sua: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus et ueritas in nobis non est. si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est et iustus, qui dimittat nobis peccata et mundet nos ab omni iniquitate. propter hanc spem dicit uniuersa ecclesia: Dimitte nobis debita nostra, ut non superbientes sed confitentes mundet ab omni iniquitate atque ita sibi exhibeat dominus Christus in illa die gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam aut aliquid eius modi, quam modo mundat lauacro aquae in uerbo, quia neque aliquid remanet in baptismo, quod non

1; 6; 15 Eph. 5, 27 7 I Cor. 15, 55—56 10 Sap. 9, 15 12; 22 Matth. 6, 12 17 I Ioh. 1, 8—9 24 Eph. 5, 27 26 Eph. 5, 26

2 huiusmodi *edd.* modo in eis *edd.* 6 aut rugam] et rugam *MCPR* aut] ut *C* 7 dictum *A* 12 nos orare *M edd.* dimittere *A* 14 sunt *MA edd. praeter a* 15 huiusmodi *edd. praeter a* 18 seducimus *A sec. Vulg.* 20 dimittit *C* 23 confidentes *M* mundet] mundet nos *edd.* 24 dominus Christus exhibeat *edd.* 26 quam modo lauat lauacro, *m 1 supra* al quam mundo mundat lauacro *R*

dimittatur praeteritorum omnium peccatorum — si tamen ipse baptismus non frustra foris habeatur, sed aut intus detur aut, si iam foris datus est, non foris cum illo remaneatur —, et, quicquid ab eis, qui post acceptum baptismum hic uiuunt, humana infirmitate contrahitur quarumque culparum, propter ipsum lauacrum dimittitur. neque enim aliquid prodest non baptizato dicere: Dimitte nobis debita nostra.

40 Ita modo mundat ecclesiam suam lauacro aquae in uerbo, ut tunc eam sibi exhibeat non habentem maculam aut rugam aut aliquid eius modi, totam scilicet pulchram atque perfectam, quando absorbebitur mors in uictoriam. nunc ergo, in quantum uiget in nobis, quod ex deo nati sumus ex fide uiuentes, iusti sumus; in quantum autem reliquias mortalitatis ex Adam trahimus, sine peccato non sumus. et illud enim uerum est: Qui natus est ex deo, non peccat, et illud uerum est: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus et ueritas in nobis non est. dominus itaque Christus et iustus est et iustificans, nos autem iustificati gratis per gratiam ipsius. non autem iustificat nisi corpus suum, quod est ecclesia, et ideo, si corpus Christi tollit spolia impiorum et corpori Christi thesaurizantur diuitiae impiorum, non debent impii foris remanere, ut calumnientur, sed intrare potius, ut iustificentur.

41 Unde et illud, quod de die iudicii scriptum est: Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos,

7 Matth. 6, 12 11 I Cor. 15, 54 13 Hab. 2, 4; Rom. 1, 17; Gal. 3, 11; Hebr. 10, 38 15 I Ioh. 3, 9 16 I Ioh. 1, 8 19 Rom. 3, 24 21 Col. 1, 24 Sap. 10, 19 22 Prou. 13, 22 sec. Septuag. 25 Sap. 5, 1

1 omnium praeteritorum *edd.* omnium peccatorum *om. A* 3 est *om. M* (*in fine pag.*) *A* (*in fine u.*) *P* (*in fine u.; m. 2 add.*) remaneat *cum ras. supra* t *M* 5 infirmitate humana *edd.* quarumcumque *flrm* 8 mundet *C* 11 in uictoria *AR sec. Vulg.* (*Gr.* εἰς νῖκος) 15 uerum est] uerum (*om.* est) *R* natus est] natus (*om.* est) *C* 17 decepimus *A* 20 iustificans, *m. 1* t *super* ns *add. C* 22 corpore *MACP* 23 calumniantur *M* 24 intra *A* 25 de] die (i *del.*) *C*

qui se angustiauerunt et abstulerunt labores eorum, non utique sic intellegendum est, quia stabit Chananaeus aduersus Israhel, cum Chananaei labores abstulerit Israhel, sed stabit Nabuthaeus aduersus Achab, quoniam labores Nabuthaei abstulit Achab; Chananaeus quippe impius, Nabuthaeus iustus. eodem modo non stabit paganus aduersus Christianum, qui abstulit labores eius, quando idolorum expoliata uel donata sunt templa, sed stabit Christianus aduersus paganum, qui abstulit labores eius, quando martyrum strata sunt corpora. sic ergo non stabit haereticus aduersus catholicum, qui accepit labores eius, quando praeualuerunt leges catholicorum imperatorum, sed stabit catholicus aduersus haereticum, qui abstulit labores eius, quando praeualebant furores impiorum Circumcellionum. ipsa quippe soluit scriptura quaestionem, quae non ait 'tunc stabunt homines' sed 'tunc stabunt iusti' et ideo 'in magna constantia', quia in bona conscientia.

42 Iustus autem hic nemo est iustitia sua, id est tamquam sibi a se ipso facta, sed, ut dicit apostolus, sicut unicuique deus partitus est mensuram fidei. sequitur autem et adiungit: Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eosdem actus habent, ita multi unum corpus sumus in Christo. ac per hoc nemo potest esse iustus, quam diu fuerit ab unitate huius corporis separatus. quem ad modum enim membrum, si praecidatur ab hominis uiui corpore, non potest tenere

2 Ios. 17, 12—13 4 III Reg. 21, 1—16 18 Rom. 12, 3—5

3 labores abstulerit *cum ras. supra* it *et infra M* labores abstulerint *P* labores abstulerunt *R* abstulerit labores *a e m* abstulerint labores *f l r* 6 christianam, *m. 1 supra add.* christiauum *R* 7 eius] eorum *A* donata] denudata *R* diruta *m* 8 pagnum, *m. 2* paganum *A* paganorum, *m. 2* paganum *P* 9 quando] quanta *A* 10 si, *m. 2* sic *M* accipit *MR* abstulit *edd.* 11 imperatorum catholicorum *A* 12 hereticorum, *m. 2* hereticum *P* 13 furores praeualebant *edd.* 14 scriptura soluit *edd.* 18 a se ipso sibi *M* 21 eundem actum *l r m sec. sacr. litt.* 25 praedicatur, *m. 2* praecindatur (*sic!*) *A*

spiritum uitae, sic homo, qui praeciditur de Christi iusti corpore, nullo modo potest spiritum tenere iustitiae, etiamsi figuram membri teneat, quam sumpsit in corpore. in huius ergo compagem corporis ueniant et labores suos non dominandi cupiditate sed bene utendi pietate possideant. nos autem uoluntatem nostram, ut iam dictum est, ab huius cupiditatis sordibus quolibet inimico iudicante purgamus, quando eos ipsos, quorum labores dicuntur, ut nobiscum et illis et nostris in societate catholica utantur, quantum ualemus, inquirimus.

X 43 Sed hoc est, inquiunt, quod nos mouet: si iniusti sumus, quare nos quaeritis? quibus respondemus: Quaerimus uos iniustos, ne permaneatis iniusti; quaerimus perditos, ut de inuentis gaudere possimus dicentes: Mortuus erat frater et reuixit, perierat et inuentus est. Quare ergo me, inquit, non baptizas, ut abluas a peccatis? respondeo: Quia non facio iniuriam characteri imperatoris. cum errorem corrigo desertoris. Quare, inquit, apud te uel paenitentiam non ago? Immo nisi egeris, saluus esse non poteris; quo modo enim gaudebis te esse correctum, nisi doleas fuisse peruersum? Quid ergo, inquit, apud uos, cum ad uos transimus, accipimus? respondeo: Non quidem accipitis baptismum, qui uobis extra compagem corporis Christi inesse potuit, prodesse non potuit, sed accipitis unitatem spiritus in uinculo pacis, sine qua nemo poterit uidere deum, et caritatem, quae, sicut scriptum est, cooperit multitudinem peccatorum. quod tam magnum bonum, sine quo nec linguas hominum et angelorum nec scientiam omnium sacramentorum nec prophetiam

13 Luc. 15, 32 23 Eph. 4, 3; Hebr. 12, 14 24 I Petr. 4, 8 26 I Cor. 13, 1—3

1 praedicitur, *m. 2* praeciditur *A* 2 ///nullo (*parua ras.*) *P* tenere spiritum *C* 6 cupiditate *M* 11 uos] nos *A* 15 inquit baptizas *A* non baptizas inquit *C* a *om.*, *m. 1 add.* *C* 16 errore, *m. 2* errorē *M* 19 gaudebite, *m. 1 corr.* gaudebis te *C* 20 apud uos] apud nos *C* 22 compagem *in fine u. om.* *A* corporis *om.* *C* inesse] esse *P* 24 poterat, *m. 1 corr.* poterit *M*

nec tantam fidem, qua montes transferantur, nec omnia, quae possidet homo, distributa pauperibus nec corporis in ignibus passionem prodesse aliquid apostolus testis est, hoc ergo tam magnum bonum si paruum uel nullum putatis, merito infeliciter erratis, merito, si in unitatem catholicam non transitis, peritis.

44 Si ergo, inquiunt, oportet, ut nos extra ecclesiam et aduersus ecclesiam fuisse paeniteat, ut salui esse possimus, quo modo post istam paenitentiam apud uos clerici uel etiam episcopi permanemus? hoc non fieret, quoniam re uera, quod fatendum est, fieri non deberet, nisi pacis ipsius compensatione sanaretur. sed sibi hoc dicant et multo maxime humiliter doleant, qui in tanta morte praecisionis iacent, ut isto quodam uulnere matris catholicae reuiuiscant. cum enim praecisus ramus inseritur, fit aliud uulnus in arbore, quo possit recipi, ut uiuat, qui sine uita radicis peribat; sed cum receptus recipienti coaluerit, et uigor consequetur et fructus, si autem non coaluerit, ille quidem arescit, sed uita arboris permanebit. est enim et tale inserendi genus, ut nullo praeciso ramo, qui intus est, ille, qui foris est, inseratur non tamen nullo sed uel leuissimo arboris uulnere. ita ergo et isti cum ad radicem catholicam ueniunt nec eis quamuis post erroris sui paenitentiam honor clericatus aut episcopatus aufertur, fit quidem aliquid tamquam in cortice arboris matris contra integritatem seueritatis, uerum tamen, quia neque, qui plantat, est aliquid neque, qui rigat, ad dei misericordiam precibus fusis coalescente

25 I Cor. 3, 7

1 tam, *m. 2* tantam *M* possidet que *C* 2 in *om. C* 4 merito si infeliciter *P* nec merito si infeliciter (nec *m. 1 del.*) *C* 5 si *om. MP* (*m. 2 add.*) 11 paucis (u *eras.*) *P* 14 reuiuescant *M* 15 uiuant *C* 16 periebat *M* caluerit *AC* 17 uigor, *m. 2* uigorem *M* consequitur *CPm* fructum *MA* non *om., m. 2 add. P* caluerit *A* coluerit, *m. 1* a *super* o *add. C* 19 praecioso *A* 20 uel lenissimo *A* uelle **uissimo *m. 2 corr. P* 21 ad *om. A* 23 uel *edd.* 25 quia] quod *C* 26 calescente *M* (*m. 2* coalescente) *A*

insitorum pace ramorum caritas cooperit multitudinem peccatorum.

45 Ut enim constitueretur in ecclesia, ne quisquam post alicuius criminis paenitentiam clericatum accipiat uel ad clericatum redeat uel in clericatu maneat, non desperatione indulgentiae sed rigore factum est disciplinae; alioquin contra claues datas ecclesiae disputabitur, de quibus dictum est: Quae solueritis in terra, soluta erunt et in caelo. sed ne forsitan etiam detectis criminibus spe honoris ecclesiastici animus intumescens superbe ageret paenitentiam, seuerissime placuit, ut post actam de crimine damnabili paenitentiam nemo sit clericus, ut desperatione temporalis altitudinis medicina maior et uerior esset humilitatis. nam et sanctus Dauid de criminibus mortiferis egit paenitentiam et tamen in honore suo perstitit et beatum Petrum, quando amarissimas lacrimas fudit, utique dominum negasse paenituit et tamen apostolus mansit. sed non ideo superuacua putanda est posteriorum diligentia, qui, ubi saluti nihil detrahebatur, humilitati aliquid addiderunt, quo salus tutius muniretur, experti, credo, aliquorum fictas paenitentias per affectatas honorum potentias. cogunt enim multas inuenire medicinas multorum experimenta morborum. uerum in huius modi causis, ubi per graues dissensionum scissuras non huius aut illius hominis est periculum,

1 I Petr. 4, 8 7 Matth. 16, 19; 18, 18 13 II Reg. 12, 1—20; 24, 17 15 Matth. 26, 69—75; Marc. 14, 66—72; Luc. 22, 55—62

1 insi*torum (*fuit* s) *P* 4 conclericatum accipiat *C* 5 sedeat *K* in clericatu *cum ras. supra* u *M* in clericatum *AKC* 6 rigorem *K* 8 et *om. K* 9 etiam *om. K* detectis] de te et his *M* (*m. 2* detectis) *A* de uel (*uirgulis m. 1 corr.* uel de) tectis////ceteris (ec *in ras. et post* tectis *eras. uid.* de) *C* de ceteris *P edd. praeter m* ecclesiasticis *C* 10 animis, *m. 1 corr.* animus *M* egeret, *m. 2* ageret *P* siuerissime *A* 13 est (*m. 1 corr.* esset) humilitas *K* 14 paenitentiam egit *edd.* 17 non *om. K* posteriorum (i *eras.*) *P* 18 aliquid *om. R* 19 tutis *C* muniretur (i *ex ras.*) *C* muneretur *M* 21 morborum] menbrorum *A* 23 scissura *K* illis *C*

sed populorum strages iacent, detrahendum est aliquid seueritati, ut maioribus malis sanandis caritas sincera subueniat.

46 Habeant ergo isti de praeterito detestabili errore, sicut Petrus habuit de mendaci timore, amarum dolorem et ueniant ad ecclesiam Christi ueram, hoc est matrem catholicam; sint in illa clerici, sint episcopi utiliter, qui contra illam fuerunt hostiliter; non inuidemus, immo amplectimur, optamus, hortamur et, quos in uiis et saepibus inuenimus, intrare cogimus. et sic nondum quibusdam persuademus, quia non res eorum sed ipsos quaerimus. apostolus Petrus quando saluatorem negauit et fleuit et apostolus mansit, nondum acceperat promissum spiritum sanctum; sed multo magis isti eum non acceperunt, ubi a corporis compage diuisi, quod solum corpus uiuificat spiritus sanctus, extra ecclesiam et contra ecclesiam ecclesiae sacramenta tenuerunt et tamquam ciuili bello nostris contra nos erectis signis armisque pugnarunt. ueniant; fiat pax in uirtute Hierusalem, quae uirtus caritas est, cui sanctae ciuitati dictum est: F i a t p a x i n u i r t u t e t u a e t a b u n d a n t i a i n t u r r i b u s t u i s. non se extollant aduersus maternam sollicitudinem, quam pro ipsis et pro tantis populis, quos decipiunt uel decipiebant, colligendis et habuit et habet; non superbiant, quia sic eos suscipit; non referant ad elationis suae malum, quod facit ipsa propter pacis bonum.

47 Sic multitudinibus per schismata et haereses pereuntibus subuenire consueuit. hoc displicuit Lucifero, quia factum est in eis suscipiendis atque sanandis, qui ueneno perierant Arriano,

3; 10 Matth. 26, 69—75; Marc. 14, 66—72; Luc. 22, 55—62 8 Luc. 14, 23 11 Ioh. 14, 26; 16, 13 13 Ioh. 6, 64; II Cor. 3, 6 16 Ps. 121, 6—7

1 aliquod, *m. 1 corr.* aliquid *A* 2 ut in maioribus (in *exp.*) *R* sincere *A* 4 mendacii *codd. a* 5 ueram christi *M* 6 fuerant *K* 7 uidemus *C* amplectitur, *m. 1 corr.* amplectimur *K* 8 et sic] etsi *Km* 11 et apostolus] apostolus *K* 12 non *om., m. 1 add. MC* 16 pugnauerunt *PR edd.* 18 habuntia *C* 19 extollent *M* 21 decipiant, *m. 1 (?) corr.* decipiebant *P* 22 suscepit *P* ad elationis] delationis *A* dilationis *M* 24 sic] sed *A*

et cui displicuit, in tenebras cecidit schismatis amisso lumine caritatis. hoc erga istos ab initio seruauit Africana catholica ex episcoporum sententia, qui in ecclesia Romana inter Caecilianum et partem Donati iudicauerunt damnatoque uno quodam Donato, qui auctor schismatis fuisse manifestatus est, ceteros correctos, etiamsi extra ecclesiam ordinati essent, in suis honoribus suscipiendos esse censuerunt, non quo etiam foris ab unitate corporis Christi possent habere spiritum sanctum, sed maxime propter eos, quos foris positi possent decipere et a susceptione illius muneris impedire, deinde ut etiam ipsorum infirmitas lenius excepta intus sanabilis fieret iam nulla pertinacia claudente oculos cordis aduersus euidentiam ueritatis. quid autem aliud etiam ipsi cogitauerunt, quando Maximianistas, quos in sacrilego, sicut eorum concilium indicat, schismate damnauerant et in quorum iam locum alios ordinauerant, posteaquam uiderunt ab eis populos non recedere, ne omnes perderent, in suis honoribus receperunt et baptismo, quem foris ab eis damnati dederant, nullam contradictionem quaestionemque mouerunt? quare ergo mirantur aut queruntur aut calumniantur, quod eos sic suscepimus pro uera pace Christi, et non recordantur, quid ipsi fecerint pro uana, quae contra Christum est, pace Donati? quod eorum factum si contra eos teneatur et intellegenter adseratur, quid omnino respondeant, non habebunt.

XI 48 Quod autem dicunt: 'Si peccauimus in spiritum sanctum, quia exsufflauimus baptismum uestrum, ut quid nos quaeritis, cum remitti nobis hoc peccatum omnino non possit dicente

14 cf. Aug. contra Cresc. III 53, 59; IV 10, 12; de bapt. I 5, 7

1 cui] cuius (us *m. 2 del.*) *M* 2 ergo *A* 5 manifestus *A* 7 consuerunt, *m. 1 corr.* censuerunt *C* quod *m* 8 habere—foris *om., in sup. marg. m. 2 add. M* 9 possent *om. M* 10 a *om. R* 14 consilium *A* 15 indicant (n *ante* t *m. 1 del. C* uorum *spatio unius l. ante relicto, in quo m. 2 scripsit* s *M* 17 non, *m. 1 corr.* ne *C* 18 nulla contradictionēm (*sic!*) *A* 20 suscipimus *C l m* 21 christi pace *M* quod *R* 22 uanaq;, *m. 2* uanaque *P* uana qua *A* 23 intellegent, *m. 2* intellegent̄ *M* intelligentur *C* adseritur *A* qui dño, *m. 2* qd omnino *M* quod omnino *R*

domino: Qui peccauerit in spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc saeculo neque in futuro?' non adtendunt, quia secundum istum sensum nemo liberandus est. quis enim non loquitur aduersus spiritum sanctum et peccat in eum, siue qui nondum est Christianus siue qui est haereticus Arrianus aut Eunomianus aut Macedonianus, qui eum dicunt esse creaturam, aut Photinianus, qui eius omnino negat aliquam esse substantiam, sed unum tantum modo esse deum patrem, siue alii haeretici, quos commemorare longum est? nulli ergo istorum liberandi sunt? aut ipsi Iudaei, quibus hoc dominus obiecit, si in eum crederent, non erant baptizandi? non enim ait saluator 'in baptismo remittetur', sed 'non remittetur', inquit, 'neque in hoc saeculo neque in futuro'.

49 Intellegant ergo non omne sed aliquod significatum esse peccatum in spiritum sanctum, quod omnino non remittetur. sicut enim, cum dixisset: Si non uenirem, peccatum non haberent, utique non omne peccatum intellegi uoluit, quando quidem pleni erant magnis multisque peccatis, sed aliquod proprium peccatum, quod si non haberent, possent illis omnia dimitti, quae habebant, id est quod in eum uenientem non crediderunt — hoc enim peccatum non haberent, si non ueniret —, sic etiam, cum dixit: Qui peccauerit in spiritum sanctum uel qui uerbum dixerit aduersus spiritum sanctum, non utique omne, quod in spiritum sanctum peccatur facto siue dicto sed aliquod certum et proprium intellegi uoluit. hoc est autem duritia cordis usque ad finem huius uitae, qua homo recusat in unitate corporis Christi, quod uiuificat

1; 12; 23 Matth. 12, 32   17 Ioh. 15, 22   28 Ioh. 6, 64

6 eunominianus *R*   10 liberandi (*postr. l. m. 2 corr. aut inducta*) *M*   11 hoc *om. A*   dominus hoc *edd.*   si* *M*   12 remittetur, *m. 2* ñ remittetur *P*   16 omnino] omni $\overset{o}{\text{m}}$ *MAR* omni modo *CP*   19 multis magnisque *edd.*   20 possent—haberent *om. C*   22 non haberent peccatum *edd.*   23 etiam] enim *m. 2 del. P*   26 aliquod eorum certum *R*   27 qua] quia *A*

spiritus sanctus, remissionem accipere peccatorum. cum enim dixisset discipulis: Accipite spiritum sanctum, continuo subiecit: Si cui dimiseritis peccata, dimittentur ei; si cui tenueritis, tenebuntur. huic ergo dono gratiae dei quicumque restiterit et repugnauerit uel quoquo modo ab eo fuerit alienus usque in finem huius temporalis uitae, non remittetur ei neque in hoc saeculo neque in futuro, hoc scilicet tam grande peccatum, ut eo teneantur cuncta peccata, quod non probatur ab aliquo esse commissum, nisi cum de corpore exierit. quam diu uero hic uiuit, eum, sicut dicit apostolus, patientia dei ad paenitentiam adducit; sed si ipse perseuerantissima iniquitate, sicut consequenter adiungit apostolus, secundum duritiam cordis sui et cor inpaenitens thesaurizat sibi iram in die irae et reuelationis iusti iudicii dei, non ei remittetur neque in hoc saeculo neque in futuro.

50 Isti autem, cum quibus agimus uel de quibus agimus, non sunt desperandi; adhuc enim sunt in corpore. sed non quaerant spiritum sanctum nisi in Christi corpore, cuius habent foris sacramentum, sed rem ipsam non tenent intus, cuius illud est sacramentum, et ideo sibi iudicium manducant et bibunt. unus enim panis sacramentum est unitatis, quoniam, sicut apostolus dicit, unus panis, unum corpus multi sumus. proinde ecclesia catholica sola corpus est Christi, cuius ille caput est saluator corporis sui. extra hoc corpus neminem uiuificat spiritus sanctus, quia, sicut ipse

2 Ioh. 20, 22—23 7; 15 Matth. 12, 32 11 Rom. 2, 4 13 Rom. 2, 5 22 I Cor. 11, 29 23 I Cor. 10, 17 26 Eph. 5, 23 27 Rom. 5, 5

3 dimittuntur *C sec. Vulg.* (*cod. Amiatinus* remittentur) 6 quo *MAP* (*m. 2* quoquo) *R* fuerit ab eo *edd.* alicuius, *m. 2* alienus *C* temporis *A* 8 ut in eo *M* 10 huic *A* 16 remittetur ei *edd.* 18 i*sti (*fuitne* u?) *P* 19 desperande, *m. 2* desperandi *C* sint *A* quaeř *M* 20 corpore christi *M* 22 est illud *edd.* 24 unum] unus, *m. 1* (?) *corr.* unum *C* 25 christi est *C*

dicit apostolus, caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. non est autem particeps diuinae caritatis, qui hostis est unitatis. non habent itaque spiritum sanctum, qui sunt extra ecclesiam; de illis quippe scriptum est: Qui se ipsos segregant, animales, spiritum non habentes. sed nec ille eum percipit, qui fictus est in ecclesia, quoniam et inde scriptum est: Sanctus enim spiritus disciplinae effugiet fictum. qui ergo uult habere spiritum sanctum, caueat foris ab ecclesia remanere, caueat in eam simulatus intrare aut, si iam talis intrauit, caueat in eadem simulatione persistere, ut ueraciter coalescat arbori uitae.

51 Prolixum tibi librum direxi et tuis fortasse occupationibus onerosum. si ergo potuerit tibi uel partibus legi, dabit tibi dominus intellectum, ut habeas, quid respondeas eis corrigendis atque sanandis, quos etiam tibi ipsi tamquam fideli filio mater ecclesia, ubi potueris et quo modo potueris siue ipse loquendo et respondendo siue ad doctores ecclesiae perducendo, in adiutorio domini corrigendos sanandosque commendat.

## CLXXXV A.

Valde mihi gratum est, quod inter occupationes uillicas curam quoque religionis habere non neglegis et homines in dispersione ac diuisione constitutos ad uiam salutis et pacis reuocari desideras.

5 Iudae 19 8 Sap. 1, 5

2 nostris *in fine u. om. A* p sp̄s sc̄m *P* 5 illos, *m. 1 corr.* illis *M* 10 simulare *C* simulate *P edd. praeter m* 12 calescat *A* arboris *MACP* (s *eras.*) 13 direxi* (*fuit* t) *A* 15 eis *om. C* 17 ubi poteris *R*

*Fragmentum epistulae ad Bonifatium nunc primum editum, quod extat in codice Augiensi XCV s. X inter Augustini librum de spiritu et littera et librum de cura pro mortuis gerenda:* Incipit eiusdem epystola ad comitem bonifatium feliciter.

21 uellicas, *m. 1 corr.* uillicas 22 neglegas, *m. 1 supra* neglegis

## CLXXXVI.

DOMINO BEATISSIMO ET IN CHRISTI VISCERIBUS GERMANITUS AMPLECTENDO, PLUS QVAM DICI POTEST DESIDERABILI FRATRI ET COEPISCOPO PAULINO ALYPIUS ET AUGUSTINUS.

I 1 Tandem aliquando prouidit nobis deus litterarum fidissimum perlatorem omnium nostrum merito carissimum fratrem Ianuarium, per quem, etiamsi non scriberemus, omnia, quae circa nos sunt, posset sinceritas tua tamquam per uiuentem atque intellegentem epistulam noscere. Pelagium, quem credimus, ut ab alio distingueretur, qui Pelagius Terenti dicitur, Brittonem fuisse cognominatum, quod ut seruum dei dilexeris, nouimus; nunc autem quem ad modum diligas, ignoramus. nam et nos non solum diliximus, uerum etiam diligimus eum; sed aliter nunc diligimus, aliter aliquando diliximus: tunc enim, quia nobis rectae fidei uidebatur, nunc autem, ut ab his, quae inimica et aduersa gratiae dei sentire dicitur, illius misericordia liberetur. nam cum hoc de illo aliquamdiu fama iactaret, non utique facile credendum fuit — solet quippe fama mentiri —, sed propius, ut crederemus, accessit, quod librum quendam eius ea prorsus persuadere molientem, quae gratiam dei per unum mediatorem dei et hominum hominem

21 I Tim. 2, 5

*V* = *cod. Vindobonensis 873 s. IX.*
*C* = *cod. Coloniensis 80 s. IX.*
*O* = *cod. Bodleianus Laud. misc. 133 s. X in.*
*P* = *cod. Parisinus 2394 A s. XI.*
*H* = *cod. Mus. Brit. Harl. 3107 s. XIII.*

3 plus] ac plus *V* dici///// (*ras. 1—2 l.*) *V* 5 nobis dn̄s *V* deus nobis *edd.* fidelissimum *edd.* 6 nr̄o *P* nostrorum *CO a e* 8 possit *edd.* 9 epistula *P* 10 olio *C* (*m. 2* alio) *O* illo *f l r m* terentii *V* tarenti *H edd.* 13 dilexerimus *C* (*corr.* dilexeramus) *OP* 14 eum *om. V* nunc diligimus aliter *om. P* diligimus *om., m. 2 in marg. add. V* 16 iis *f l r m* 17 eius *V* misericordiae *O* aliqua diu *COP* 19 proprius (pro *eras.*) *V* propitius *P* 20 quae *om. P*

Christum Iesum generi humano impertitam de fidelium cordibus creditam deleant, legimus traditum nobis a famulis Christi, qui eum talia docentem studiosissime audierant fuerantque sectati. cui quidem libro eisdem rogantibus, quia et fieri oportere uidebamus, tacito nomine auctoris, ne offensus insanabilior redderetur, unius nostrum disputatione responsum est. quo libro id continetur et multipliciter atque abundanter adseritur, quod etiam quibusdam litteris agit ad tuam uenerationem datis, ubi dicit non se debere existimari sine gratia dei defendere liberum arbitrium, cum possibilitatem uolendi atque operandi, sine qua nihil boni uelle atque agere ualeremus, a creatore nobis naturaliter insitam diceret, ut uidelicet haec intellegatur doctore ipso gratia dei, quae paganis atque Christianis, impiis et piis, infidelibus fidelibusque communis est.

2 Haec mala, quibus saluatoris euacuaretur aduentus, ubi hoc possumus dicere, quod de lege dicit apostolus: S i p e r n a t u r a m i u s t i t i a, e r g o C h r i s t u s g r a t i s m o r t u u s e s t, refellebamus, ut poteramus, in cordibus eorum, qui ista sentirent, ut his cognitis etiam ille, si fieri posset, non lacessitus ista emendaret atque ita et pernicies destrueretur erroris et hominis uerecundiae parceretur. sed posteaquam ad nos litterae de oriente uenerunt eandem causam apertissime uentilantes,

16 Gal. 2, 21

1 iesum christum *H edd.* impertita *COP* 2 credita *VCOP* deleat *COP* 3 dicentem *P* 4 librum *V* regantibus *P* qui et *V* quia id *Hflrm* 5 tacite *P* offensis *P* 6 quod *COPH edd. praeter m* id *om. H edd. praeter m* 8 uenerationem (em *ex ras. et corr. m. 2*) *C* uenerationis *O* 9 se non *edd. praeter a* existimare, *corr.* existimari *V* existimari *postr. l. per ras.* (*ex* e?) *C* 10 possibilitate *VOP* nolendi *P* 11 creatore* *CO* (*fuit* m) 12 naturaliter *om. H edd.* hac, *m. 2 in marg.* al haec *V* 13 impiis et piis] piis atque impiis *H* 14 fidelibus infidelibusque *COP* fidelibus atque infidelibus *H edd.* 15 mala] et multa, *m. 2 in marg.* al mala *V* euacuatur *V* 16 dixit *V* 17 iustitiam *P* gratis christus *H* 18 poteramus, *m. 2* potueramus *C* 19 possit et non, *m. 2 in marg.* al potest *V* potest non *COP* 20 mendaret *P* erroris ut hominis *COP*

nullo modo iam qualicumque episcopali auctoritate deesse ecclesiae debueramus. missae sunt itaque de hac re ex duobus conciliis, Carthaginensi et Mileuitano, relationes ad apostolicam sedem, antequam gesta ecclesiastica, quibus apud episcopos prouinciae Palaestinae Pelagius perhibetur esse purgatus, uel in manus nostras uel in Africam peruenissent. scripsimus etiam ad beatissimae memoriae papam Innocentium praeter conciliorum relationes litteras familiares, ubi de ipsa causa aliquanto diutius egimus. ad omnia nobis ille rescripsit eo modo, quo fas erat atque oportebat apostolicae sedis antistitem.

3 Quae omnia modo legere poteris, si eorum forte ad te uel nulla uel non cuncta peruenerant. ubi uidebis seruata erga homines moderatione, quae debuit, ne damnarentur, si praua damnarent, ipsum tamen nouellum et perniciosum errorem sic ecclesiastica auctoritate compressum, ut multum miremur esse adhuc quosdam, qui per quemlibet errorem gratiae dei conentur obsistere — si tamen haec gesta esse didicerunt —, quae gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, quod fides uera et catholica tenet semper ecclesia, pusillos cum magnis a morte primi hominis ad uitam secundi hominis transfert non solum peccata delendo uerum etiam ad non peccandum

20 Apoc. 11, 18 al. 21 I Cor. 15, 47

2 deberemus *codd. a* 3 chartaginiensi *P* carthaniensi, *m. 2* chartaginiensi *C* et fineleuitano *P* 4 ecclesiastica* *C* ecclesiasticam *O* 5 prouinciae *om. H* prohibetur *O* purgat//us (*parua ras.*) *O* 6 manos, *corr.* manus *V* 7 beatae *edd.* innocentum *P* 9 aliquando *P* aliquanto diutius, *m. 2 in marg.* al aliquantocius *V* 12 uel | nulla *H* uel non nulla *COP* 13 seruatā *V* 14 hominem *edd.* moderationē *V* damnarentur (damna *in ras. m. ut uid. 1; fuisse uid.* darentur) *O* damnaretur *edd. praeter a* 15 damnaret *edd. praeter a post* nouellum *ras. 1—2 l. C* 17 errorem] et rorem *C* (*m. 2* errorem) *OP* 18 esse *om. H edd. praeter m* didicerunt] uidenturicerunt (uiden *expuncto corr.* didicerunt) *V* quod *H edd. praeter m* 19 gratiae *P* christum *om. V* dominum nostrum *om. H* 20 ur̄a (= uestra) *COP* ecclesia ⌜qua ei⌝ pusillos (*sic!*) *V*

recteque uiuendum eos, qui iam uti possunt uoluntatis arbitrio, sic adiuuando, ut, nisi adiuuet, nihil pietatis atque iustitiae siue in opere siue etiam in ipsa uoluntate habere possimus; deus quippe operatur in nobis et uelle et operari pro bona uoluntate.

II 4 Nam quis nos, nisi qui uenit quaerere et saluare, quod perierat, ab illa perditionis massa et concretione discernit? unde apostolus interrogat dicens: Quis enim te discernit? ubi si dixerit homo: ‘Fides mea, bona uoluntas mea, bonum opus meum’, respondetur ei: Quid enim habes, quod non accepisti? si autem et accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? hoc utique totum ideo, non ut homo non glorietur, sed ut, qui gloriatur, in domino glorietur, non ex operibus, ne forte quis extollatur; non quia bona opera ista pia cogitatione frustrantur, cum deus reddat unicuique secundum opera eius sitque gloria et honor et pax omni operanti bonum, sed quia opera ex gratia, non ex operibus gratia, quoniam fides, quae per dilectionem operatur, nihil operaretur, nisi ipsa dilectio dei diffunderetur in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. nec ipsa fides esset in nobis, nisi unicuique deus partiretur mensuram fidei.

4 Phil. 2, 13 6 Luc. 19, 10 8; 10 I Cor. 4, 7 13 I Cor. 1, 31; II 10, 17 14 Eph. 2, 9 16 Rom. 2, 6; 10 19 Gal. 5, 6 20 Rom. 5, 5 22 Rom. 12, 3

1 eos *om., postea add. V* ut *C* (*m. 2* uti) *OP* 3 in *om. O* operibus *CO* in ipsa etiam *V* possumus, *corr.* possimus *H* 6 qui* (*fuit* d) *O* 7 quod||quod *alterum eras. V* concretione* *O* concreatione (a *del.*) *P* 9 dixeris *P* bona *om. COPH edd.* 11 et *om. OH m sec. Vulg.* 12 acciperis, *corr.* acceperis *C* 13 ut *post* sed *om. H* quid (d *del.*) *CO* gloriatur] glorietur, *sed* e *eras. P* 15 ista *om. H* ista pia cogitatione *om. m* frustrentur *H* 17 sitque (e *ex* i) *C* sit qui, *m. 2* sitq; *O* 22 nec in ipsa *C* (in *eras.*) *O* (in *del.*) *P* deus unicuique *H edd.*

5 Bonum est igitur homini, ut cum totis uiribus liberi arbitrii sui ueraciter dicat: Fortitudinem meam ad te custodiam, quia ille, qui putauit sine ipsius adiutorio se posse custodire, quod dedit, profectus in longinqua et uiuens prodige cuncta consumpsit et miseria durae seruitutis adtritus reuersusque in semet ipsum dixit: Surgam et ibo ad patrem meum; quam cogitationem bonam quando haberet, nisi et ipsam illi in occulto pater misericordissimus inspirasset? quod intellegens minister ille noui testamenti: Non quia idonei sumus, inquit, cogitare aliquid quasi ex nobismet ipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. unde et ille cum dixisset: Fortitudinem meam ad te custodiam, ne uel hoc ipsum, quia custodit, suis uiribus adrogaret, tamquam ei uenisset in mentem, quia, nisi dominus custodierit ciuitatem, in uanum uigilant, qui custodiunt, et non dormit neque dormitat, qui custodit Israhel, adiunxit causam, unde fiat idoneus custodire uel quo potius custode seruetur: Quoniam, deus, inquit, susceptor meus es.

6 Recolat igitur iste, si potest, merita sua, unde factum sit, ut deus dignaretur eius esse susceptor, ac si deus esset susceptus; recolat, utrum quaesierit, an quaesitus sit ab illo

2; 12 Ps. 58, 10   3 Luc. 15, 12—18   6 Luc. 15, 18   9 Eph. 3, 6—7   II Cor. 3, 5   14 Ps. 126, 1   16 Ps. 120, 4   18 Ps. 58, 10

1 ut *om., m. 2 add. V*   *uiribus *V*   2 ueraciter *om., m. 2 in marg. add. V*   4 profectu *P*   in *om. P*   longinqua] longinquam regionem *H edd. sec. sacr. litt.*   6 surgo, *m. 1 (?) corr.* surgam *O*   10 aliquid] aliquid a nobis *edd. praeter a sec. sacr. litt.*   quasi] quasi aliquit (*sed* aliquit *postea add. uid.*) *V*   13 uel] uelle *C* (le *eras.*) *OP*   ipsud *C* (*corr.* ipsū) *OP*   uiribus suis *CO*   tamquam] tamen *O*   15 uigilabit qui custodit *V sec. sacr. litt.* uigilant qui custodiunt eam *edd.* (eam *sec. Vulg.*)   16 et non] et si *C* (*m. ut uid. 2* et non) *OP* non enim *V*   dormitet *V; cf. Ps. 120, 3*   Israhel *om. P*   18 dominus *H*   19 est *COP*   20 iste *om. H*   21 si dī (*in marg. m. 2* ł a dō) esset *V*   esset] esset ipse *V*   susceptus, *m. 2* susceptor *C*   22 utrumq: sierit, *m. 2* utrum quaesierit *C*   utrumq: re et saluare (*om.* quaesierit—quaere) *P*

scilicet, qui uenit quaerere et saluare, quod perierat. nam si quaerere uoluerit, ante gratiam quid meruerit, ut acciperet eam, mala sua poterit homo inuenire, non bona, etiam si eum unius diei uitam habentem super terram gratia saluatoris inuenerit, quia, si aliquid boni operatur homo, ut gratiam mereatur, non ei merces inputatur secundum gratiam sed secundum debitum. si autem credit in eum, qui iustificat impium, ut deputetur fides eius ad iustitiam — iustus enim ex fide uiuit —, profecto antequam gratia iustificetur, hoc est iustus efficiatur, impius quid est nisi impius? quem si debitum sequeretur, quid eius merito nisi supplicium redderetur? si ergo gratia, iam non ex operibus; alioquin gratia iam non est gratia; operibus enim debitum redditur, gratia gratis datur, unde etiam nuncupatur.

III 7 Si quis autem dixerit, quod gratiam bene operandi fides mereatur, negare non possumus, immo uero gratissime confitemur. hanc enim fidem uolumus habeant, qua impetrent caritatem, quae sola uere bene operatur, isti fratres nostri, qui multum de suis operibus gloriantur; caritas autem usque adeo donum dei est, ut deus dicatur. qui ergo habent fidem, qua impetrent iustificationem, per dei gratiam peruenerunt ad legem iustitiae, unde dicitur: Tempore acceptabili exaudiui te et in die salutis adiuui te. proinde in his, qui

1 Luc. 19, 10; Matth. 18, 11 3 Iob 14, 5 sec. Septuag. 5 Rom. 4, 4—5 9 Hab. 2, 4; Rom. 1, 17; Gal. 3, 11; Hebr. 10, 38 12 Rom. 11, 6 20 I Ioh. 4, 8 23 Es. 49, 8; II Cor. 6, 2

1 peperierat *V* 2 ante] an *P* quod *P* 3 homo poterit *V* 5 operetur *V* 6 mercis *C* (*corr.* merces) *O* 8 iustificauit *P* 10 hoc est] id est *Hlrm* ut *cett. edd.* 12 grati *P* ex operibus] ex operibus est *edd.* 14 etiam] ct gratia *V* 16 gratia, *m. ut uid. 2* gratiā *O* bone *P* 17 confitemus *P* confitetur, *m. 1 corr.* confitemur *V* 18 qua] qui *P* 19 quae] qua* *C* uere *om.*, *m. 2 in marg. add.* *V* operatur, *m. 2* operantur *C* 20 gloriantur de operibus suis *H* 21 dei donum *V* *post* donum *s. u. m. 1 add.* domum *P* ut deus dicta sit, *m. 2 in marg.* al' ut deus dicatur *V* 22 perueniunt' *V* 23 accepto *H sec. Vulg.* 24 adiuuaui *COP* iis *flrm* qui *om., postea add.* *V*

per electionem gratiae salui fiunt, adiutor deus operatur et uelle et operari pro bona uoluntate, quoniam diligentibus deum omnia cooperatur in bonum; si omnia, utique et ipsam dilectionem, quam fide impetramus, ut eum, qui nos prior dilexit, ut in illum crederemus, per eius gratiam diligamus et diligendo bene operemur, quod operati non sumus, ut diligeremur.

8 Hi uero, qui suis meritis praemia tamquam debita expectant nec ipsa merita dei gratiae tribuunt sed uiribus propriae uoluntatis, sicut dictum est de carnali Israhel, persequentes legem iustitiae in legem non perueniunt. quare? quia non ex fide sed tamquam ex operibus. ipsa est enim iustitia ex fide, quam gentes adprehenderunt, de quibus dictum est: Quid ergo dicemus? quia gentes, quae non cognouerunt iustitiam, adprehenderunt iustitiam, iustitiam autem, quae ex fide est. Israhel autem persequens legem iustitiae in legem non peruenit. quare? quia non ex fide sed tamquam ex operibus. offenderunt in lapidem offensionis, sicut scriptum est: 'Ecce pono in Sion lapidem offensionis et petram scandali et, qui crediderit in eum, non confundetur'.

1 Rom. 11, 5 Phil. 2, 13 2 Rom. 8, 28 5 I Ioh. 4, 19 10; 14 Rom. 9, 30—33 20 Es. 28, 16; 8, 14; I Petr. 2, 7

3 quooperatur *V* cooperantur *COPH edd. sec. Vulg.* (*Gr.* πάντα συνεργεῖ) 6 diligamus] et diligamus *O* diligimus *P* diligendo bene operemur] diligemur *C* (*ex* e *factum uid.* a *sed detergendo* e *restitutum*) *OP* diligamur *H edd.* quod] qui *m* 7 ut diligeremur *om. H edd.* et diligendo *C* (*cum ras. deinceps 9—10 l. in fine u.*) *OP* 8 hi uero qui suis] qui suis *O* quisuis *C* quis uis *P* qui uero suis *H edd.* 9 gratiae dei *H* 10 uoluntates *O* persequentes, *m. 2 in marg.* al' //////sequentē *V* 11 in legem, *m. 2* in legem iustitiae *C* in legem iustitiae *H edd. sec. Vulg.* peruenerunt *H* 12 iustitiae *P* 13 gente, *m. 1 corr.* gentes *O* 15 iustitia, *m. 2* iustitiā *O* iustitiam iustitia (*m. 2* iustitiā) *O* iustiam iustitiam (*postr. l. exp.*) *V* 16 ex fide est] ē fides est *P* 17 in legem, *m. 2* in legem iustitiae *C* in legem iustitiae *H edd. sec. Vulg.* 18 offenderunt] offenderunt enim *H edd.* 19 in *om., in marg. add. V* sicut—offensionis *om., m. 2 in marg. add. V*

ipsa est iustitia ex fide, qua credimus nos iustificari, hoc est iustos fieri gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, ut inueniamur in illo non habentes nostram iustitiam, quae ex lege est, sed eam, quae est per fidem Christi, quae ex deo iustitia in fide, utique in fide, qua credimus nobis iustitiam diuinitus dari, non a nobis in nobis nostris uiribus fieri.

9 Nam cur illam iustitiam, quae ex lege est, suam dixit apostolus, non ex deo? quasi lex non sit ex deo? quis hoc nisi impius senserit? sed quia lex per litteram iubet, non per spiritum iuuat, quicumque sic audit litteram legis, ut ei sufficere uideatur cognouisse, quid iubeat aut prohibeat, atque id se arbitrii sui uirtute impleturum esse confidat nec fide confugiat adiuuandus ad spiritum uiuificantem, ne reum factum littera occidat, is profecto zelum dei habet sed non secundum scientiam. ignorans enim dei iustitiam, id est eam, quae datur ex deo, et suam uolens constituere, ut tantum modo ex lege sit, iustitiae dei non est subiectus; finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti, sicut idem apostolus dicit, ut nos simus iustitia dei in ipso. iustificati igitur ex fide pacem habeamus ad deum per dominum nostrum Iesum Christum, iustificati autem gratis per gratiam ipsius, nec fides ipsa superba sit.

10 Nec dicat sibi: 'Si ex fide, quo modo gratis? quod enim

3 Phil. 3, 9 14 II Cor. 3, 6 15 Rom. 10, 2—4 20 II Cor. 5, 21 Rom. 5, 1 22 Rom. 3, 24

1 quia (i *eras.*) *V* qua (a *ex corr.*) *C* qui *O* 3 nr̄a *P* 4 sed eam quae est *om. CO* per fidem Christi *m. 2 del. C* 5 quae, *m. 2* sed quae est *C* quae est *V* ex deo] ex deo est *H l sec. Vulg.* utique in fide] utique est in fide *H* in fide utique est *m* utique est (*om.* in fide) *l r* 11 ei *om. P* ei* (*fuit* s) *O* 12 atque—confidat *om. P* adq; id *V* quae id *C* (*m. 2* idque) *O* quo id *H edd.* 15 occidat, *sed* a *ex corr.* (*m. 1 ?*); *fuisse uid.* i *O* *is *C* di *P* 16 eam *om. H* 17 statuere *sec. Vulg.*, *m. 2 in marg.* ał constituere *V* modo] mox *P* 19 idem] enim *P* 21 habemus *edd. praeter a* 23 ne *H edd.*

fides meretur, cur non potius redditur, quam donatur?' non dicat ista homo fidelis, quia, cum dixerit: 'Ut merear iustificationem, habeo fidem', respondetur ei: Quid enim habes, quod non accepisti? cum ergo fides impetrat iustificationem, sicut unicuique deus partitus est etiam ipsius mensuram fidei, non gratiam dei aliquid meriti praecedit humani, sed ipsa gratia meretur augeri, ut aucta mereatur et perfici, comitante non ducente, pedisequa non praeuia uoluntate. unde ille, qui dixit: Fortitudinem meam ad te custodiam, causamque reddidit dicens: Quoniam, deus, susceptor meus es, tamquam requirens, quibus id meritis fuerit consecutus, nihilque in se inueniens ante gratiam dei: Deus meus, inquit, misericordia eius praeueniet me. quantumcumque, inquit, cogitauero antecedentia merita mea, misericordia eius praeueniet me. proinde ab illo adtributam fortitudinem suam ad illum custodiens, eodem seruatore non perdit, quod eodem largitore suscepit. nec ob aliud meretur ampliora nisi pie fideliterque sciendo, a quo sibi bona sunt omnia, et hoc sciendo non ex se ipso, ne uel hoc non sit in eo, quod non sit ex deo. unde optime apostolus: Nos, inquit, non spiritum huius mundi accepimus sed spiritum, qui ex deo est, ut sciamus, quae a deo donata sunt nobis. ac per hoc et ipsum hominis meritum donum est

3 I Cor. 4, 7  5 Rom. 12, 3  9; 10 Ps. 58, 10  12; 14 Ps. 58, 11  20 I Cor. 2, 12

1 quañ donatur *P*  2 mereatur, *m. 2 in marg.* ał merear *V*  3 enim *om. P*  4 cur *P*  imperat *V* (*m. 1 corr.* impetrat) *C* (*m. 2* impetrat) *P*  7 meretur] mereatur *P*  et *om. H edd.*  8 committantem *P*  peruia *P*  11 est *V*  requirens, *corr.* requirenti *V*  fuerit, *m. 2 in marg.* ał fieret *V*  16 illum *ex* alium *m. 1 V*  saluatore *P*  perdidit *Hm*  17 quod, *m. 2 in marg.* ał quo *V* quo *Hm*  eodem *om. Hm*  percepit *V*  * ob (*fuit* a) *C*  18 a quo—sciendo *om., m. 2 in marg. add. V*  19 sciendū *C* (*sed* ū *in ras. m. 2*) *O*  ex] a *H*  hoc sit, *m. 1 corr.* hoc non sit *V* hoc sit *edd. praeter a; cf. Hand. Turs. IV p. 58, 6*  20 apostolus optime *H*  22 a] ea *P*  23 ac] hac *VP*

gratuitum nec a patre luminum, a quo descendit omne datum optimum, boni aliquid accipere quisquam meretur nisi accipiendo, quod non meretur.

IV 11 Multum est autem indulgentius et sine ulla dubitatione gratuitum, quod dei gratia per Iesum Christum dominum nostrum praestatur infantibus, ut eis non obsit ex Adam generatio et prosit in Christo regeneratio, in quibus et ipsum accipiendi sensum tanto ante misericordia dei praeuenit. qui certe si in hac paruula aetate de corpore exierint, uitam aeternam regnumque caelorum scientes accipiunt eius muneris merito, quod hic, cum utique profuit, nescierunt. certe in his posteriorum donorum merita nonnisi priora sunt dona, in quibus dandis dei gratia sic operatur, ut nec uoluntas accipientium uel praemittatur uel adiungatur uel subsequatur, quando quidem tantum beneficium non solum non libentibus uerum etiam reluctantibus datur, quod eis ad magnum inputaretur sacrilegium, si iam in his aliquid ualeret uoluntatis arbitrium.

12 Hoc diximus propter eos, qui non ualentes in causa gratiae inscrutabilia dei iudicia perscrutari, cur ex Adam massa, quae profecto ex uno in condemnationem tota conlapsa est, illud uas faciat in honorem illud in contumeliam, tamen audent

1 Iac. 1, 17 19 Rom. 11, 33 Rom. 9, 21

1 *post* nec *s. u. m. ut uid. 2* nisi *O* 2 nisi—meretur *om. CO* 4 multo *V* autem est *H* indulgentius (us *in ras. m. 2*) *C* indulgentibus *O* dubitatio *P* 5 gratuitum] magis gratuitum *m* quos, *m. 1 corr.* quod *O* dei *om. P* deus *O* 6 praestatur (ur *exp.*) *O* 8 misericordiam *P* 9 exierunt *C* (*ras.* exierint) *OP* 11 hic cum utique potuit *CO* hii cum utque potuit (*ex* popuit) *P* utique cum hic profuit *H* hic cum acciperent *V* iis *flrm* 12 posteriorum donorum merita] post priorum doctrinam ita *COP* (pos *pro* post) *H edd.* (*m* ista *pro* ita) 13 donandis *edd.* operetur *P* 16 eis] deis *P* 17 in iis *flrm* uoleret, *corr.* ualeret *V* 19 instructabilia *C* (*m. 2* inscrutabilia) *O* (*corr.* inscructabilia) ex adam (*ante* adam *s. u. m. ut uid. 1 add.* e) *C* ex eadem, *m. 2 in marg.* ex adam *V* 20 in *om.*, *m. 2 add. CO* totam *C* (m *m. 2 exp.*) *O* (m *exp.*) *P* 21 in honorem faciat *H*

paruulos reos propriorum constituere peccatorum, ut, qui bona malaue cogitare non possunt, putentur per liberum arbitrium uel poenam mereri posse uel gratiam, cum potius apostolica ueritas dicendo: Ex uno omnes in condemnationem, satis ostendat, quod nascantur in poena, ut non merito sed misericordia renascantur in gratia. alioquin gratia iam non est gratia, si non diuinis opibus gratis datur, sed humanis meritis redditur. quae sola sic discernit a poena, ut, cum poena sit ex Adam omnibus debita, gratia uero per unum Iesum Christum nulli debita sed gratuita, ut uera sit gratia, inscrutabilia iudicia dei tamquam deus esse possint, cur paruulos ipse discernat, quos merita nulla discernunt, sed iniqua esse non possint, quia uniuersae uiae domini misericordia et ueritas. unde cum praebetur alteri misericordia gratiae, non habet, quare de humano merito glorietur, quoniam non ex operibus, ne forte quis extollatur; cum uero alteri uindictae redditur ueritas, non habet, cur iuste queratur; id enim redditur, quod peccato iure debetur, quoniam unus, in quo omnes peccauerunt, non utique inique etiam in singulis quibusque punitur. in quorum poena clarius ostenditur, quid uasis misericordiae per non debitam sed ueram gratiam, hoc est gratuitam conferatur.

4 Rom. 5, 16    6 Rom. 11, 6    13 Ps. 24, 10    15 Eph. 2, 9
18 Rom. 5, 12    20 Rom. 9, 23

4 satis̄* (*fuit* s) *P*    5 quod nascantur in poena ostendat *P*    nascuntur *V*    6 gratia *post* alioquin *om., m. 2 add. V*    7 operibus *OH edd.*    9 debita, *sed* e *in ras.* (*m. 1?*) *C*    10 ut] ita ut *H*    uera] uel *a* uere *cett. edd.; cf. u. 21*    11 deus] dī, *m. 2 in marg.* ał ds̄ *V*    cum *PH edd.*    paruulus *V*    12 iniqua (*post.* i *s. u.*) *V*    non *om. COP* ⌜non⌝ (*sic!*) *V*    possunt *COPH a*    13 quia] cum *H*    14 alter *C* (*m. ut uid. 1 corr.* alteri) *OP*    misericordiae gratia *H edd.*    15 quare, *m. 2 in marg.* ał que *V* quae *COH a* que *P* quod *cett. edd.*    humanu *V*    quoniam non] qm *P*    16 alterium dictae *P*    17 cur] quod *H*    id enim, *m. 2 in marg.* idē *V* id est *C* idem *OP*    19 non utique ⌜inique etiam⌝ *V* non utique etiam *COP* utique *H* utique etiam *edd.*    20 puniuntur *COP*    in quorum, *m. 2 in marg.* ał in quo *V* quod *H*

V 13 Unde autem argumententur aduersus apostolum apertissime dicentem: Per unum hominem peccatum intrauit in mundum et per peccatum mors et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt, dicentes etiam paruulos propria per liberum arbitrium habere peccata, taedet adtendere pigetque proferre, sed magis compellimur dicere. quod enim potuerunt magna et acuta ingenia cogitare, aut inopiae est tacendo uitare aut arrogantiae contemnendo praeterire. 'Ecce', inquiunt, 'Esau et Iacob intra uiscera materna luctantur et, dum nascuntur, alter supplantatur ab altero atque in pede praecedentis manu consequentis et tenentis inuenta perseuerans quodam modo lucta conuincitur. quo modo ergo in infantibus haec agentibus nullum est uel ad bonum uel ad malum propriae uoluntatis arbitrium, unde praemia siue supplicia meritis praecedentibus subsequantur?'

14 Ad hoc nos dicimus ideo motus illos et tamquam litigium paruulorum signum rerum fuisse magnarum, quia non fuit arbitrium sed prodigium. neque enim daturi sumus et asinis liberum potestatis arbitrium, quoniam huius generis iumentum, sicut scriptum est, subiugale sine uoce in hominis uoce respondens uetuit prophetae dementiam. hi autem, qui tales non prodigiosos motus sed uoluntarios actus nec de paruulis sed a paruulis factos esse contendunt, quid apostolo responsuri sunt, qui, cum et hos geminos ad docu-

2 Rom. 5, 12  9 Gen. 25, 22; 25; Os. 12, 3  19 Num. 22, 28—30  20 II Petr. 2, 16

1 aduersum *CO*  5 propria, *m. 2* propriae *V*  per liberum, *m. 2 in marg.* aḷ liberum *V*  7 acute *O*  8 inopia *COP*  11 praecedentis (s *s. u. m. 1*) *V*  manus *VCOP edd. praeter m*  12 conuincuntur *COP*  13 in *om. H*  haec agentibus *om. P*  uel *om. P*  14 propriae] liberae *V*  16 ligium *P*  17 fuisse rerum *H*  quia, *m. 2 in marg.* aḷ que *V* quae *COPH a*  19 ⌜potestatis⌝ arbitrium, *m. 2 in marg. add.* uoluntatis *V* uoluntatis arbitrium *H* arbitrium uoluntatis *COP edd.*  20 in *om. H edd.*  21 hii *VP*  23 de paruulos, *m. ut uid. 1 corr.* de paruulis *O*  a] et *P*  ⌜a paruulis⌝ (*sic!*) *V*  24 hoc *C* (*m. 2* hos) *OP*

mentum gratuitae gratiae commemorandos uideret: Nondum enim natis, inquit, nec aliquid agentibus boni aut mali, ut secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus sed ex uocante dictum est, quia maior seruiet minori? deinde adiungens testimonium prophetae longe post quidem ista dicentis sed tamen de hac re antiquum dei consilium declarantis: Sicut scriptum est, inquit, Iacob dilexi, Esau autem odio habui.

15 Nempe doctor gentium in fide et ueritate istos geminos nondum natos nihil boni aut mali egisse testatur, ut gratia commendetur, ut, quod dictum est: 'Maior seruiet minori', non ex operibus sed ex uocante dictum intellegatur, ut secundum electionem propositum dei maneret, non meritum hominis anteiret. non enim dicit electionem uoluntatis humanae siue naturae, cum par esset in utroque mortis damnationisque condicio, sed electionem procul dubio gratiae, quae non inuenit eligendos, sed facit, de qua et in consequentibus eiusdem epistulae loquens ait: Sic ergo et in hoc tempore reliquiae per electionem gratiae saluae factae sunt. si autem gratia, iam non ex operibus; alioquin gratia iam non est gratia. cui loco satis locus iste concordat, ubi commemoratur non ex operibus sed ex uocante dictum: Maior seruiet minori. ut quid ergo praeclarissimo gratiae commendatori de infantum libero arbitrio et nondum natorum actibus tam inpudenter resistitur? cur meritis praeueniri gratia perhibetur,

1; 7; 11; 22 Rom. 9, 11—13; Mal. 1, 2—3 9 I Tim. 2, 7 18 Rom. 11, 5—6

2 datis *P* aliud *O* aũt *P* 4 ex uocatione, *m. 2 in marg.* aƚ ex uocante *V* est] est eĩ *V sec. sacr. litt.* 6 da (*m. 1 corr.* de) ac re *P* 8 est *om., s. u. m. 1 add. V* 11 commendatur *C* (*corr.* commendetur) *OP* 15 cum par esset in utraque *V* cum in utroque par esset *H* conparē in utroque *P* 18 ergo *om. P* 19 lectionem *C* (*m. 2* electionem) *OP* 20 gratia iam] gratiam (m *exp.*) *O* gratia (*om.* iam) *P* 23 *post* dictum *s. u. m. 2 add.* quia *V* dictum esse *m* 24 praeclarissimo, *m. 1 corr.* praeclarissimae *C* commendaturi *COP* 25 de infantē *P* 26 meritis peruenirí *P* preueniri meritis *H*

quae gratia non esset, si secundum meritum inputaretur? cur contra salutem, quae missa est perditis, quae uenit indignis, quamlibet acuta, quamlibet copiosa et ornata, mirum tamen si Christiana disputatione contenditur?

VI 16 'Sed quo modo', inquit, 'non est iniquitas apud deum, si diligendo discernit, quos merita operum nulla discernunt?' ita nobis hoc dicitur, tamquam id apostolus ipse non uiderit, non proposuerit, non responderit. uidit utique, quid his auditis humana posset infirmitas uel ignorantia cogitare, et eandem quaestionem sibi ipse proponens: Quid ergo dicemus? inquit; numquid iniquitas est apud deum? continuo respondit: Absit, rationemque reddens, cur absit, id est cur non sit iniquitas apud deum, non ait: 'Merita enim uel opera iudicat etiam paruulorum, etiamsi adhuc sint in materno utero constituti' — quo modo enim hoc diceret, qui iam dixerat de nondum natis et de his, qui nihil adhuc egerint boni aut mali, quod non ex operibus sed ex uocante dictum sit: Maior seruiet minori? — sed cum uellet ostendere, cur in his non sit iniquitas apud deum: Moysi enim dicit, inquit: 'Miserebor, cui misertus ero, et misericordiam praestabo, cui misericors fuero'. quid nos hic docuit nisi ex illa massa primi hominis, cui merito mors

10 Rom. 9, 14 15 Rom. 9, 11--12 19 Rom. 9, 15; Ex. 33, 19 22 Rom. 9, 21

1 debitum, *m. 2 in marg.* al meritum *V* 2 est] sunt *P* 5 inquiunt *H edd.* si] cum, *m. 2 in marg.* al si *V* 7 nobis *om., m. 2 supra add. V* ipse *om. H* non proposuerit non responderit *om., m. 2 in marg. add.* non ꝑposuerit non responderit *V* 8 quid his] quiuis *P* quid iis *f l r m* 9 huna, *m. 1 corr.* humana *C* una *O* 10 ipsi *H* praeponens *VO* dicimus *V* 11 ⌜numquid⌝ *V* est *om. H edd. sec. sacr. litt.* continuoq, *V* 12 id est cur non sit *om. CO* 15 qui* *V* tam *P* dixerat de (di *m. 2 et* de *exp.*) *V* 16 de iis *f l r m* egerant *H edd.* uel *edd.* 18 cum] cum id (id *exp.*) *V* cur— deum *om., m. 2 in marg. add. V* 19 in iis *f l r m* moyses *VCOP* ait moysi *H edd.* ⌜dicit⌝ inquid *V* inquit (*om.* dicit) *COPH edd.* 20 cui] cum *P* 21 hinc (n *exp.*) *V* 22 hominis, *m. 2* hominum *corr. et in marg. add.* sed *V* meritor *P*

debetur, non ad merita hominum sed ad dei misericordiam pertinere quod quisque liberatur, atque ita non esse iniquitatem apud deum, quia neque remittendo neque exigendo, quod debetur, iniustus est? ibi enim grata est indulgentia, ubi iusta posset esse uindicta. et hinc euidentius apparet, a poena debita liberato et gratis iustificato quantum beneficii conferatur, quod alter aequaliter reus sine punientis iniquitate punitur.

17 Denique subiungit et dicit: Igitur non uolentis neque currentis sed miserentis est dei. hoc propter eos dictum est, qui per gratiam liberati iustificantur. propter eos autem, super quos ira dei manet, quia et ipsis deus bene utitur ad docendos alios, quos liberare dignatur, subiunxit atque ait: Dicit enim scriptura Pharaoni, quia ad hoc te excitaui, ut ostendam in te potentiam meam et ut adnuntietur nomen meum in uniuersa terra. deinde ad utrumque concludens: Ergo, inquit, cuius uult, miseretur et, quem uult, obdurat, profecto neutrum aliqua iniquitate sed utrumque misericordia et ueritate. et adhuc tamen audax mouetur infirmitas eorum scilicet, qui secundum coniecturas cordis humani inscrutabilem altitudinem iudiciorum dei cogitare conantur.

18 Hanc sibi ex aduerso opponens apostolus ait: Dicis itaque mihi: 'Quid adhuc conqueritur? nam uoluntati eius quis resistit?' nobis hoc dictum putemus. quid ergo aliud, quam quod respondit apostolus, respondere debemus? aut si et nos talia mouent, quia et nos homines sumus, simul

6 Rom. 3, 24 8; 13 Rom. 9, 16—18; Ex. 9, 16 11 Ioh. 3, 36 20 Rom. 11, 33 22 Rom. 9, 19

1 meritā *P* 2 liberetur *P* 3 permittendo *H edd. praeter m* 4 gratiae *P* gratia *f l r m* 5 possit *P* hic *P* apparet, *m. 2* appareret *V* appareret *COP* 6 gratis *om., m. 2 in marg. add. V* conferantur (*post.* n *exp.*) *P* 8 et dicit *om. H* 9 dei, *m. 2 in marg.* ał dš *V* 10 qui* *P* 11 quia] qui *P* 14 te *post* hoc *om. P* 16 cuius (us *exp.*) *V* cui *COPH a; cf. p. 61, 17* 17 indurat *H sec. Vulg.* 18 et adhuc] adhoc, *m. 2* et adhuc *V* 19 uouetur *P* 22 hanc] an *C* (*m. 2* hanc) *O* hanc quaestionem *edd.* apostolus quaestionem ait *H* 23 uoluntati///eius (*parua ras.*) *P* 25 debemus, *m. 1 corr.* debeamus *V* 26 et] ex *P* mouent** (*m. 2 super* e *add.* u) *V*

oportet omnes audiamus dicentem: O homo, tu quis es, qui respondeas deo? numquid dicit figmentum ei, qui se finxit: 'Quare me fecisti sic?' annon habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud uas in honorem aliud in contumeliam? haec massa si esset ita media, ut quem ad modum nihil boni ita nec mali aliquid mereretur, non frustra uideretur iniquitas, ut ex ea fierent uasa in contumeliam; cum uero per liberum arbitrium primi hominis in condemnationem ex uno uniuersa defluxerit, procul dubio, quod ex ea fiunt uasa in honorem, non ipsius iustitiae, quae gratiam nulla praecessit, sed dei misericordiae, quod uero in contumeliam, non iniquitati dei, quae absit ut sit apud deum, sed iudicio deputandum est. hoc quisquis cum ecclesia catholica sapit, non contra gratiam pro meritis disputat, sed misericordiam et iudicium domino cantat, ut nec misericordiam recuset ingratus nec iudicium accuset iniustus.

19 Alia est namque illa consparsio, de qua idem dicit apostolus: Si autem delibatio sancta, et consparsio et, si radix sancta, et rami. illa est ex Abraham, non ex Adam, id est ex communione sacramenti et similitudine fidei, non ex propagine mortali; ista uero uel consparsio uel, sicut in

1 Rom. 9, 20—21; Es. 45, 9; 29, 16 15 Ps. 100, 1 19 Rom. 11, 16

1 omnes oportet *V* es* (*fuit* t) *P* 2 figmentum dicit *V* 4 figulus luti potestatem *CO* 5 in honore *P* 6 si, *m. 2 supra add.* c *V* ita *om., m. 1 supra add. V* ut] aut *C* (a *eras.*) *O* 7 nec] nichil *H* mereretur, *m. 2* demereretur *V* 8 quam, *m. 2 in marg.* al' cum *V* 9 ⌜ex uno⌝ *V om. COPH edd.* 10 defluxerit, *m. 1 (?) corr.* defluxerint *C* q** (*supra ras. m. 1 add.* uod) *V* fiunt] sunt *P* uasi *P* 11 iustitia *P* iustitiae est *H* gratiae *V* gratia *P* nullā *C* 14 contra gratia *P* 16 ut] et *COP* 17 iniustus, *m. 2 in marg.* al' inuitus *V* inuitus *COPH edd. praeter m* 18 namque (que *s. u. m. 1*) *V* idem *om. H* idē** (*fuit* st) *P* 19 dealbatio, *m. 1 corr.* delibatio *H* sancta est et *VCOP edd. sec. Vulg.* et si radix] de qua idē *P* 20 sancta est et *VCOP edd.* illa est] illa est enim *COP* 21 ex communione (e *ex* i) *C* ex communioni *O* communione, *m. 2* ex communione *V* ex propagatione, *m. 2 in marg.* al' ex propagine *V*

plerisque codicibus legitur, massa quoniam tota mortis est, cum per unum hominem peccatum intrauit in mundum et per peccatum mors et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt, misericordia ex illa fit aliud uas in honorem, iudicio autem aliud in contumeliam. neque ibi praecedunt merita gratiam liberantis neque hic effugiunt peccata iustitiam punientis. quod quidem in aetatibus maioribus aduersus contentiosos non tam euidenter apparet, ubi pro meritis hominum qualicumque uelut protecti obscuritate confligunt. sed ideo contra eorum contentionem illos inuenit apostolus, in quibus nondum natis neque agentibus aliquid boni aut mali non ex operibus sed ex uocante dictum est: 'Maior seruiet minori.'

20 Qua in re quoniam nimis alta et inscrutabilia sunt iudicia dei et inuestigabiles uiae eius, interim teneat homo non esse iniquitatem apud deum; sed qua aequitate, cuius uult, misereatur et, quem uult, obduret, se tamquam hominem ignorare fateatur ita sane, ut propter illud, quod inconcussum tenet non esse iniquitatem apud deum, quamuis nemo ab illo iustificetur meritis praecedentibus, neminem tamen obdurari nisi merito nouerit. pie namque et ueraciter creditur deus nocentes atque impios iustificando a poenis debitis liberare; quemquam uero inmeritum et nulli obnoxium peccato si deus damnare creditur, alienus ab iniquitate non creditur.

2 Rom. 5, 12 5 Rom. 9, 21 11 Rom. 9, 11—12 14 Rom. 11, 33 17 Rom. 9, 18

3 mors ita (*om.* et) *V* 5 sit *P* autem aliud] aũt, *sed* ũt *eras. et supra m. 1 add.* liud *P* autem (aliud *in fine u. om.*) *H* 6 gratiam *om. V* liberantem, *m. 2* liberantis *V* 7 effodiunt *P* 8 tam///// (*ras. 1—2 l.*) *C* tamen *OP* et (t *exp.*) uidenter *V* uidentur *P* 10 confugiunt *COPH edd.* 11 inuehit *edd. praeter a* 13 ex uocante] ex uocatũ *P* 14 qua, *m. 2* quia *V* 15 et] adq; *V* eius *om. V* teneat] teat *P* 16 qua, *corr.* quia *V* 17 misereatur (a *exp.*) *V* miseretur *COPH edd.* et|et *H* obdurat *H edd.* 18 *ante* ignorare *m. 2 supra add.* se *V* fateãtur *V* ut *om. CO* quod *om. P* 19 concussum *CO* 22 impios] innocentes *H* iustificandos *COP* 23 peccato, *corr.* peccatũ *V* 24 alienos *V*

ubi ergo liberatur indignus, tanto maior debetur actio gratiarum, quanto poena iustior debebatur; ubi autem damnatur indignus, nec misericordia nec ueritas obtinetur.

21 'Quo modo', inquiunt, 'Esau non damnatur indignus, si *non ex operibus sed ex uocante dictum est, quia maior seruiet minori*? sicut enim illius nulla praecesserant opera bona, ut ad gratiam pertineret, sic nec huius mala, ut ad poenam pertinere deberet.' nulla plane in utroque opera uel bona uel mala sed propria, uterque autem illi uni obnoxius erat, *in quo omnes peccauerunt*, ut omnes in illo morerentur. quicumque enim ex illo uno multi in se ipsis futuri erant, tunc in illo unus erant. proinde illud peccatum solius esset, si ex illo nullus exisset; porro autem, in quo erat natura communis, ab eius uitio est nullus immunis. si ergo ambo, qui nondum propria uel bona uel mala operabantur, rei tamen ex origine nascebantur, laudet misericordiam, qui liberatur, non culpet iudicium, qui punitur.

VII 22 Hic si dixerimus: 'Quanto melius ambo liberarentur!' nihil nobis conuenientius dicetur quam: *O homo, tu quis es, qui respondeas deo?* nouit quippe ille, quid agat et

4 Rom. 9, 11—12  10 Rom. 5, 12  19 Rom. 9, 20

1 maior* debetur *C* maiori debetur *O* maiora debetur *P* debetur maior *H edd.* 2 quanto poena iustior (*m. 2 in marg.* al uastior) *V* quanto paena gratior quanto pena iustior *P* debeatur *COP* 3 ⌜indignus nec misericordia nec ueritas obtenetur⌝ *V* indignus nec] indignus ne *P* obtinetur, *m. 1 corr.* obtineatur *P* damnatur *edd. praeter m* 5 quia *om., m. 2 add. V* 6 processerant *V* 7 aut (a *exp.*) *V* ut *om. COP* quibus *V* 8 deberet, *m. 2* deberent autem *C* 9 illi uni] illum *P* 10 morerentur, *m. 2 in marg.* al mererentur *V* morirentur *C* (*corr.* morerentur) *O* 11 multo, *corr.* multi *V* futuri, *m. 2 in marg.* al facturi *V* 12 unus erant (n *in ras. m. 2*) *C* solius—autem *om. P* 13 exiisset *m* 14 uitio] initio *P* si ergo] si *COH lm* sic *P* sed *cett. edd.* 15 operabantur] opera *V* 16 ⌜rei tamen ex origine nascebantur⌝ *V* tamen] aut *P* nasc*ebantur *P* laudet] laudem *P* 17 culpe *P* 18 liberentur *P* 19 dicetur, *m. 2* diceretur *C* quam ⌜dictum est⌝ o homo *V* quomodo homo *P* quo modo *CO* es* (*fuit* t) *P*

quantus numerus esse debeat primitus omnium hominum, deinde sanctorum sicut siderum, sicut angelorum atque, ut de terrenis loquamur, sicut pecorum, piscium, uolatilium, sicut arborum et herbarum, sicut denique foliorum capillorumque nostrorum. nam nos humana cogitatione adhuc possumus dicere: 'Quoniam bona sunt cuncta ista, quae fecit, quanto melius illa duplicasset uel multiplicasset, ut multo essent plura quam sunt!' si enim non ea caperet mundus, numquid non posset etiam ipsum facere, quantum uellet, ampliorem? et tamen quantumcumque faceret uel illa plura uel istum capaciorem atque maiorem, nihilo minus eadem de multiplicandis eis dici possent et nullus esset inmoderatis modus.

23 Etenim etiam illud dici potest: siue sit gratia, qua iustificantur iniusti, de qua nobis dubitare fas non est, siue, ut quidam uolunt, semper praecedat liberum arbitrium, cuius meritum sequatur uel poena uel praemium, cur omnino creati sunt, quod deus ita peccaturos, ut aeterno essent igne damnandi, sine dubitatione praesciuit? quamuis enim peccata non fecerit, naturas tamen ipsas, quae per se ipsae sine dubio bonae sunt, in quibus tamen ex arbitrio uoluntatis futura essent uitia peccatorum et in multis talia, quibus esset aeterna poena reddenda, quis nisi deus creauit? quare, nisi quia uoluit? quare autem uoluerit, o homo, tu quis es, qui respondeas deo? numquid dicit figmentum ei, qui se

23 Rom. 9, 20—21

1 hominum *om.*, *m. 2 in marg. add.* V 2 ⌜sicut angelorum⌝ V 4 folium, *m. 2 in marg.* al foliorum V filiorum P 7 uel] et *edd.* ⌜ut⌝ V multo] toto P quam] qua P 8 ea non H possit CO 9 quantum uellet facere V •10 uel*illa (*fuit* l) P 11 de multiplicandis eis eadem H 12 posset COP nullus, *corr.* nullis V immoderatus H *edd.* 14 iniusti] iniustitia P dubitare nobis H siue, *m. 2 in marg.* al sicut V 16 cur, *m. 2 supra add.* autem V cur* (*fuit* a) autem C cura autem OP 17 quod, *corr.* quos V quod, *m. 2 supra* quos C quos H *edd.* deus *om.* P 19 fecerint COP ipsas *Hflrm* 20 in *om.* COPH *edd.* 21 *super* quibus *m. 2 add.* cis V esset *exp.* V 23 qui *om.* P

finxit: 'Quare sic me fecisti?' annon habet potestatem figulus luti ex eadem consparsione facere aliud quidem uas in honorem aliud autem in contumeliam?

24 Atque ut iam dicamus, quod sequitur: Si autem uolens deus ostendere iram et demonstrare potentiam suam pertulit in multa patientia uasa irae, quae perfecta sunt in perditionem, et ut notas faceret diuitias gloriae suae in uasa misericordiae, ecce etiam ratio reddita est homini, quanta debuit homini — si tamen uel istam capit, qui pro sui arbitrii libertate in tantae infirmitatis seruitute contendit —, ecce dictae sunt causae. tu ergo quis es, qui respondeas deo, si uolens deus ostendere iram et demonstrare potentiam suam, quod et malis bene uti optimus possit, malis dum taxat non condicione diuina sed uitiata uoluntatis iniquitate natura, quae a deo conditore condita est bona, pertulit in multa patientia uasa irae, quae perfecta sunt in perditionem, non quod illi essent necessaria siue angelica siue humana peccata, cui nec iustitia creaturae cuiusquam est necessaria, sed ut notas faceret diuitias gloriae suae in uasa misericordiae, ne se in bonis operibus tamquam de propriis extollerent uiribus, sed humiliter intellegerent, nisi illis dei gratia non

5; 13; 17; 20 Rom. 9, 22—23 12 Rom. 9, 20

1 finxit] fecit *H* me sic *CO* fecit, *m. 2* fecisti *V* 2 consparsione* *C* consparsionem *O* 3 in honore *O* autem *om.*, *m. 2 add. V* 5 ut iam] ut nam *COP* utinam *H edd.* discamus *edd. praeter a* 7 pertulit in multa patientia *om. COP* attulit *V; cf. u. 17* uasa, *m. 2* in uasa *C* 8 et *om. H edd. sec. Vulg.* (*Gr.* καὶ ἵνα) 9 in uasa] ianuas *P* 10 etiam] iam *Hm* homini *post* debuit *om. CO* si *bis* (*alterum eras., alterum in ras. m. 1*) *P* 11 libertate* *C* libertatem *OP* in tantae *om. H* 13 es* (*fuit* t) *P* 15 optimus, *corr.* optimū *V* 17 a *om. P* pertulit] attulit *VCOP; cf. u. 7* 18 quae perfecta sunt (*m. 2 in marg.* inperfectae sunt) in perditionem *V* aptata in interitum *H edd. sec. Vulg.* aptata interitum (*om.* in) *COP* 20 iustitiae *V* (e *eras.*) *H* 21 facere *C* (*m. 1 corr.* faceret) *O* 22 in bonis] de bonis *H* 23 illis, *m. 2* in illis *V* in illis *COP* non debita] indebita *H*

debita sed gratuita subueniret, id fuisse reddendum meritis suis, quod aliis in eadem massa redditum cernerent?

25 Certus est ergo et in dei praescientia praefinitus numerus ac multitudo sanctorum, quibus diligentibus deum, quod eis donauit per diffusum in cordibus eorum spiritum sanctum, omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum uocati sunt, quoniam, quos ante praesciuit, et praedestinauit conformes fieri imaginis filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus; quos autem praedestinauit, illos et uocauit. hic subaudire debemus 'secundum propositum'. sunt enim et alii uocati sed non electi ac per hoc non secundum propositum uocati. quos autem uocauit — hoc est secundum propositum —, illos et iustificauit; quos autem iustificauit, illos et glorificauit. hi sunt filii promissionis, hi sunt electi, qui per electionem gratiae salui fiunt, ubi dictum est: Si autem gratia, iam non ex operibus; alioquin gratia iam non est gratia. haec sunt uasa misericordiae, in quibus deus etiam per uasa irae notas facit diuitias gloriae suae. horum fit per spiritum sanctum cor unum et anima una, quae benedicit dominum et non obliuiscitur omnes retributiones eius, qui propitius fit omnibus iniquitatibus eius, qui sanat omnes languores eius, qui redimit de corruptione uitam

4; 13 Rom. 8, 28—30  5 Rom. 5, 5  12 Matth. 20, 16; 22, 14  16 Rom. 9, 8  Rom. 11, 5  17 Rom. 11, 6  19 Rom. 9, 22—23  20 Act. 4, 31—32  21 Ps. 102, 2—4

1 subuenire *V*  2 edem, *m. 1 corr.* eadem *V*  3 et in *om. COPH edd.*  praescientiae definitus *COH edd.* praesentiae difinitus *P*  4 et *COPH edd.*  6 quooperantur *V*  h∗is (*fuit* i) *V* iis *flrm*  7 sint *ras. ex* sunt *V* sunt sancti *P sec. Vulg.*  quoniam *om. PH edd. praeter m*  8 imagini *O* imagines *P*  12 ac] hac *P*  13 uocati sunt quos *P*  est] e *P*  15 hii *VH*  16 hii *VP*  sunt qui (qui *eras.*) electi qui *V*  20 gratiae, *m. 2 in marg.* ał gloriae *V*  21 qui *P*  dominus *OP* deum *H edd.*  22 obliuiscetur *V*  omnis *O*  23 fi∗t *C* fiat (a *exp.*) *O*  24 redimet *C* (*m. 2* redimit) *OP*  de correptione *C* (*m. 2* de corruptione) *P* decorruptionē *O*

eius, qui coronat eam in miseratione et misericordia, quia non uolentis neque currentis sed miserentis est dei.

26 Ceteri autem homines ad istam societatem non pertinentes, quorum tamen et animam et corpus dei bonitas operata est et quicquid habet ipsa natura praeter uitium, quod eidem inflixit superbientis uoluntatis audacia, propter hoc a deo praesciente creati sunt, ut in his ostenderet, liberum desertoris arbitrium sine sua gratia quid ualeret, et in eorum iustis et debitis poenis uasa misericordiae, quae non suorum operum meritis sed gratuita dei gratia sunt ab illa concretione discreta, quid sibi conlatum esset, addiscerent, ut omne os obstruatur et, qui gloriatur, in domino glorietur.

VIII.27 Quisquis aliter docet et non adquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, qui dixit: Venit filius hominis quaerere et saluare, quod perierat — non enim ait 'quod periturum fuerat' sed 'quod perierat' quid ostendens nisi peccato primi hominis uniuersi generis humani perisse naturam? — qui ergo aliter docet et non adquiescens ei, quae secundum pietatem est, doctrinae, contra gratiam saluatoris et contra sanguinem redemptoris tamquam saluam et liberam naturam defendit humanam et Christiano tamen censeri uocabulo affectat, quid de paruulorum discretione dicturus est, cur alius in uitam secundi hominis adsumatur, alius in morte primi hominis

2 Rom. 9, 16 12 Rom. 3, 19 13 I Cor. 1, 31; II 10, 17 14; 19 I Tim. 6, 3 16 Luc. 19, 10; Matth. 18, 11

1 eius *om.* *H* ea *O* miseratione et *om.* *COPH edd.* misericordia* *V* 3 dei, *m. 2 in marg.* al dš *V* 6 idem *O* eisdem (s *exp.*) *H* 8 praesentiae *P* ostenderet et liberum *O* 11 concreatione (a *eras.*) *V* discreti *H* 12 addisceret, *m. 1 corr.* addiscerent *C* addiscerent (nt *ex ras. et corr. m. 1*) *O* addicerent *P* 14 adquiescet *P* sermonibus sanis *H* 17 non—perierat *om.* *P* 18 peccatum *O* 19 periisse *m* quid *C* (d *eras.*) *O* 20 *pro* et *ras.* *C* qui *P* 22 redemptores, *m. 1 corr.* redemptoris *P* 23 ex *C* (*m. 2 supra* et) *O* uocabulum *P* adfectat ⌜anathema ei⌝ quid *V*

relinquatur? si dixerit liberi arbitrii merita praecessisse, respondit apostolus, quae supra diximus de nondum natis neque aliquid agentibus boni aut mali; si autem dixerit, quod adhuc in libris, quos nuperrime Pelagius perhibetur edidisse, defenditur — quamuis iam uideatur anathemasse in episcopali iudicio Palaestino eos, qui dicunt, quod peccatum Adae ipsum solum laeserit et non genus humanum —, si ergo dixerit ambos sine uitio natos nec aliquid de primi hominis damnatione traxisse, profecto, quoniam negare non audet in regnum caelorum adoptari eum, qui fuerit regeneratus in Christo, respondeat, quid de illo futurum sit, qui nulla sua culpa non baptizatus ista fuerit temporali morte praeuentus. non putamus esse dicturum, quod innocentem deus nec habentem originale peccatum ante annos, quibus habere poterat proprium, aeterna morte damnabit; cogitur itaque respondere, quod iam Pelagius in ecclesiastico iudicio, ut aliquo modo catholicus pronuntiaretur, anathemare compulsus est, infantes, etiamsi non baptizentur, habere uitam aeternam; hac enim negata quid nisi mors aeterna remanebit?

28 Ac per hoc et contra sententiam domini disputabit dicentis: Patres uestri manducauerunt manna in deserto et mortui sunt; hic est panis de caelo descendens,

2 Rom. 9, 11 21 Ioh. 6, 49—50

1 precessisset *P* respondit, *corr.* respondet *C* respondet *PH edd.* 2 nec *H* 3 in libris—edidisse *om., m. 2 in marg. add. V* 5 anathemasse, *m. 2* anathematizasse *C* anathematizasse *H edd.* anathemasse ⌜pelagius⌝ in *V* 7 si ergo, *m. 2 in marg.* al si enim *V* si enim *COP* si (*om.* ergo) *H edd.* 8 ambo *a e* iudicio *H edd.* damnatione//// (*ras. 1—2 l.*) *C* damnationē *O* 9 transisse, *sed* ns *eras. P* 10 generatus *O* 11 culpa sua *H* 12 non] si non *COPH edd.* 13 originali *C* (*corr.* originale) *O* 14 proprium] propria merita *V* 15 damnauit *codd. edd. praeter m* respondisse *H* iam *om. Hflrm* 16 catholicis *P* 17 anathematizare *H edd.* baptizarentur *COP* 18 haec *P* hic *CO* 20 ac] hac *P* et *exp. V om. COPH edd.* disputauit *VCOP* 21 manna manducauerunt *H* mannam *V* 22 ////////////de (*ras. 3 fere l., quarum prima fuit* q) *C* qui de *OPH edd.* discendens *O* descendi *P* descendit *H edd.*

ut, si quis ex ipso manducauerit, non moriatur — non enim de ista morte loquebatur, quam necesse est patiantur, etiam qui de ipso pane manducant; et paulo post: Amen, amen dico uobis; nisi manducaueritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis, utique illam, quae post hanc mortem futura est — et contra apostolicae sedis auctoritatem, ubi de hac ipsa re cum ageretur, hoc testimonium adhibitum est euangelicum, ne paruuli non baptizati uitam posse habere credantur, et contra ipsius Pelagii uerba apud episcopos, a quibus audiebatur, expressa, ubi anathemauit eos, qui dicerent infantes non baptizatos habere uitam aeternam.

29 Quod propterea commemorauimus, quoniam quidam etiam apud uos uel in uestra potius ciuitate, si tamen uerum est, quod audiuimus, tanta pro isto errore obstinatione nituntur, ut dicant facilius esse, ut etiam Pelagium deserant atque contemnant, qui haec sentientes anathemauit, quam ut ab huius sententiae, sicut eis uidetur, ueritate discedant. si autem cedunt sedi apostolicae uel potius ipsi magistro et domino apostolorum, qui dicit non habituros uitam in semet ipsis, nisi manducauerint carnem filii hominis et biberint sanguinem, quod nisi baptizati non utique possunt, nempe aliquando fatebuntur paruulos non baptizatos uitam habere non posse

3; 20 Ioh. 6, 54    7—10 cf. ep. CLXXXII p. 720, 6—13

1 ex ipso] ex ipso ñ (ñ *exp.*) *H*  moriatur, *m. 2* morietur *V*  2 loquebatur] hoc dixit *V*  3 et *om., m. 2 add. V*  amen *alterum om. CO*  4 nisi] nisi qui *P*  fili *VC* (*m. ut uid. 1 corr.* filii)  6 po*st *P*  7 et *om., m. 2 add.* e *V*  10 contra *om. P*  pelagius *P*  11 anathematizauit *H edd.*  12 baptizantes *P*  13 quidem *COPH edd.*  etiam *om. H edd.*  14 uicinitate *V*  15 audimus *V*  errore] errore quidam *H edd.*  17 anathematizauit *H edd.*  ut *om. COPH edd.*  ad *P*  18 eis] eius *P*  disce*dant *C* discendant *O* descendant *P*  19 cedunt, *m. 2 in marg.* al euadunt (e *et* t *incertae*) *V*  sedis *V*  ipsi, *m. 2* ipso *V* ipso *C* (o *ex corr. m. 1*) *OP*  21 *post* biberint *m. 2 add.* eis *V*  22 possint, *corr.* possunt *C* possint *OPH a e*  23 ⌜fatebuntur⌝ *V*

ac per hoc quamlibet tolerabilius omnibus, qui etiam propria peccata committunt, tamen aeterna morte multari.

30 Quae cum ita sint, audeant disputare et, quibus possunt, persuadere contendant deum iustum, apud quem non est iniquitas, paruulos a peccatis propriis innocentes, si nec illo ex Adam obligati et obstricti sunt, morte perpetua damnaturum. quod si absurdissimum est et a iustitia dei penitus alienum et tamen nullus, qui se meminit catholicae fidei Christianum, negat aut dubitat paruulos non accepta gratia regenerationis in Christo sine cibo carnis eius et sanguinis potu non habere in se uitam ac per hoc poenae sempiternae mortis obnoxios, profecto restat, ut, quia ipsi non egerunt aliquid boni aut mali, ideo mortis eorum iusta sit poena, quia in illo moriuntur, in quo omnes peccauerunt, unde in illo solo uiuificantur, a quo peccatum nec originale trahi potuit nec proprium perpetrari.

31 Ipse uocauit nos non solum ex Iudaeis uerum etiam ex gentibus, quoniam et illius Hierusalem filios, quae interfecit prophetas et lapidauit missos ad se, quamuis ipsa nolente collegit ipse, quos uoluit, et ante incarnationem suam sicut ipsos prophetas et, posteaquam uerbum caro

4 Rom. 9, 14  10 Ioh. 6, 54  12 Rom. 9, 11  14 Rom. 5, 12  17 Rom. 9, 24  18 Matth. 23, 37; Luc. 13, 34  21 Ioh. 1, 14

1 *ac *C* (*fuit* h) *P*  propria* (*fuit* m) *P*  2 committunt** (*fuit* ur) *V*  aeternã (∼ *eras.*) *P*  mutari, *m. 1 corr.* multari *P*  3 audiant, *corr.* audeant *P*  possint *P*  4 contendant] conantur *H*  dñm, *ex ras. et corr. m. 1* dñ *O*  quam, *corr.* quem *P*  5 paruulus, *m. 2* paruulos *V*  a propriis peccatis *H*  innocentis, *corr.* innocentes *O*  6 morte perpetua *om., m. 2 in marg. add. V*  dampnatorum, *m. 1 corr.* dampnaturum *P*  7 absurdissimum, *m. 2* obsurdissimum (*sic!*) *V*  a *om. O*  10 cibu *V*  11 mortis *om. H edd.* ⌜mortis⌝, *m. 2 add.* semper *V* semper *COP*  obnixios (*pr.* i *in ras. m. ut uid. 1*) *P*  12 aliqui, *m. 1 corr.* aliquid *P*  uel boni uel mali *V*  14 in isto *edd.*  uiuificari possunt *V* iustificantur *edd.*  15 peccato *V*  17 uouit, *m. 1 corr.* uocauit *V*  19 interficit *C* (*corr.* interfecit) *O*  ad se missos *H*  20 colligit *C* (*corr.* collegit) *OP*  21 uerbo, *corr.* uerbum *V*

factum est, sicut apostolos et hominum milia, qui et pretia rerum suarum ante pedes apostolorum posuerunt. omnes quippe illi filii sunt Hierusalem nolentis, ut colligerentur, qui tamen illo uolente collecti sunt, de quibus dicit: Si ego in Beelzebub eicio daemonia, filii uestri in quo eiciunt? ideo ipsi iudices erunt uestri. de his praedictum erat: Si fuerint filii Israhel sicut arena maris, reliquiae saluae fient. non potest excidere uerbum dei nec reppulit plebem suam, quam praesciuit, quae tamen reliquiae per electionem gratiae saluae factae sunt. si autem gratia, quod saepe dicendum est, iam non ex operibus; alioquin gratia iam non est gratia. non haec utique nostra sed apostoli uerba sunt. quod ergo ad Hierusalem nolentem colligi filios suos ille clamabat, hoc nos clamamus aduersus eos, qui filios uolentes ecclesiae colligi nolunt nec saltem post iudicium, quod de ipso Pelagio in Palaestina factum est, corriguntur, de quo damnatus exisset, nisi obiecta sibi contra gratiam dei dicta, quae obscurare non potuit, ipse damnasset.

IX 32 Praeter illa enim, quae, quoquo modo potuit, ausus est qualicumque ratione defendere, obiecta sunt quaedam, quae nisi remota omni tergiuersatione anathemasset, ipse anathe-

1 prophetauerat, *m. 1 corr.* prophetauit *P*[1]  2 erat] esset *P*  et non tantum pro gente *om. T*  sed ut *TRMACPN edd.*  4 gentem *om. M*  5 omnibus etiam *C*  6 filius *T*  7 praedestinationem secundum *om. R*  8 nos elegerit *edd.*  9 in unum | in unum *alterum del. M*  erat *om. N*  filius, *corr.* filios *T*  10 dictum *TRMACPP*[1]*N edd.*  locum corporalem *C*  11 uocationē (~ *del.*) *C*  propheta *om. N*  dixerit *C* praedixit *T*  14 cui | (*in fine u.*) *B*  18 itaque *om. Eugippi cod. Vat.* utique *R*  20 quo, *m. 1 corr.* quod *R*  templum qq quādiu *M*  sicut in archa *R*  nee, *m. 2* noe *P*  21 fluctuat (tuat *ex corr. m. 2*) *M*  22 et *om. Eugippi cod. Vat.*  23 populo, *m. 2* populos *T*  quis *B*  apocalipsin *R* in apocalypsi *Eug.*

significat, possit congruenter intellegi 'dominus diluuium inhabitat'. sequitur autem: Et sedebit dominus rex in aeternum, utique in ipso templo suo iam in uita aeterna post fluctuationem huius saeculi constituto. deus igitur, qui ubique praesens est et ubique totus praesens, nec ubique habitans sed in templo suo, cui per gratiam benignus est et propitius; capitur autem habitans ab aliis amplius ab aliis minus.

39 De ipso uero capite nostro apostolus ait: Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. non ideo 'corporaliter', quia corporeus est deus, sed aut uerbo translato usus est, tamquam in templo manufacto non corporaliter sed umbraliter habitauerit, id est praefigurantibus signis — nam illas omnes obseruationes umbras futurorum uocat etiam ipso translato uocabulo; summus enim deus, sicut scriptum est, non in manufactis templis habitat —, aut certe 'corporaliter' dictum est, quia et in Christi corpore, quod adsumpsit ex uirgine, tamquam in templo habitat deus. hinc est enim, quod Iudaeis signum petentibus cum dixisset: Soluite templum hoc et in triduo resuscitabo illud, euangelista, quid hoc esset, consequenter exponens ait: Hoc autem dicebat de templo corporis sui.

40 Quid ergo est? hocine interesse arbitramur inter caput et membra cetera, quod in quolibet quamuis praecipuo membro

2 Ps. 28, 10 9 Col. 2, 9 14 Col. 2, 17; Hebr. 10, 1 15 Act. 17, 24 20; 22 Ioh. 2, 19; 21

1 intellegi congruenter *edd.* 3 in uitam aeternam *P* in uita sua aeterna $P^1$ 4 dñs $P^1N$ qui *om.* *TRMACPP*$^1$*N edd.* 6 sed in— habitans *bis R* cui *om.* $P^1$ cum *TB* et *om. Eugippi cod. Vat.* 7 capitur *bis Eugippi cod. Vat.* 9 *et* 11 quia (uia *in ras.*) *B* 10 habitat *Eug.* 11 sit *R* aut] a *R* ait *C* 13 umbratiliter *MPP*$^1$*N*; *cf. ep. CXLIX p. 371, 9* 16 templis *om. R* templi *T* 17 quia *om. N* 18 tam qui, *m. 2* tam qua (*sic!*) *C* 19 habitans hinc *T* est *om. RMA* 20 in *om. TRMAPN* 23 sui *om. R* 24 hocine (ne *exp.*) *B* hoc ne (*m. 2 coniunctum; in medio parua ras. esse uid.*) *M* hoc *TRCP*$^1$ 25 caera, *m. 2* caetera *A* precipue, *m. 1 corr. uid.* precipuo *P*

uelut in aliquo magno propheta aut apostolo quamuis diuinitas habitet, non tamen sicut in capite, quod est Christus, omnis plenitudo diuinitatis? nam et in nostro corpore inest sensus singulis membris sed non tantus quantus in capite, ubi prorsus omnis est quinquepertitus; ibi enim et uisus est et auditus et olfactus et gustus et tactus, in ceteris autem solus est tactus. an etiam praeter hoc, quod tamquam in templo in illo corpore habitat omnis plenitudo diuinitatis, est aliud, quod intersit inter illud caput et cuiuslibet membri excellentiam? est plane, quod singulari quadam susceptione hominis illius una facta est persona cum uerbo. de nullo enim sanctorum dici potuit aut potest aut poterit: Verbum caro factum est, nullus sanctorum qualibet praestantia gratiae unigeniti nomen accepit, ut, quod est ipsum dei uerbum ante saecula, hoc simul cum adsumpto homine diceretur. singularis ergo est illa susceptio nec cum hominibus aliquibus sanctis quantalibet sapientia et sanctitate praestantibus ullo modo potest esse communis. ubi diuinae gratiae satis perspicuum clarumque documentum est. quis enim tam sit sacrilegus, ut audeat adfirmare aliquam posse animam per meritum liberi arbitrii, ut alter sit Christus, efficere? ut ergo ad personam uerbi unigeniti pertineret, quo pacto per liberum arbitrium communiter omnibus et naturaliter datum una sola

2 Col. 1, 18; Eph. 1, 22 2; 8 Col. 2, 9 12 Ioh. 1, 14

1 diuinitus *T* 2 habitet et non *T* habitat non *M* *post* Christus *m. 2 add.* $\bar{\text{i}}\,\mathring{\text{q}}$ manet *C* 4 tantus] totus *R* 5 et uisus est] et uisus (*om.* est) *TMACP¹N edd.* est uisus (*om.* et) *P* 6 et *ante* gustus *om. T* et tactus *om. P* 7 hoc *om. T* 8 in *om. T* corpore, *m. 2* corporeo *T* 9 cuilibet, *m. 2* cuiuslibet *B* 10 excellentiā (~ *m. fortasse 2*) *M* excellentia *AP* quodam, *m. 3* quadam *C* qua*dam *P¹* 11 illius qua facta est una persona *R* 12 potuit] potuerat *M* 13 prestanta *T* praesentia *B* 15 cum *et* homine *om. M* 16 est ergo *edd.* ergo *om. Eug.* nec] ne *P* 17 nullo *RP* 18 * diuinae *B* prespicuum *T* 19 sit *om. Eugippi cod. Vat.* 20 audiat *A* 21 liberari (ra *exp.*) *AN* liberari *C* 22 arbitrium *om. RA* 23 naturalibus *A* datur *B*

anima meruisset, nisi hoc singularis gratia praestitisset, quam fas est praedicare, de qua nefas est uelle iudicare?

41 Haec si pro uiribus nostris, quantum dominus adiuuit, rite tractauimus, quando deum ubique praesentem et non spatiis distantibus quasi aliqua mole uel distentione diffusum sed ubique totum cogitare te extendis, auerte mentem ab omnibus imaginibus corporum, quas humana cogitatio uoluere consueuit. non enim sic sapientia, non iustitia, non sic denique caritas cogitatur, de qua scriptum est: Deus caritas est. cum uero eius habitationem cogitas, unitatem cogita congregationemque sanctorum maxime in caelis, ubi propterea praecipue dicitur habitare, quia ibi fit uoluntas eius perfecta eorum, in quibus habitat, oboedientia; deinde in terra, ubi aedificans habitat domum suam in fine saeculi dedicandam. Christum autem dominum nostrum unigenitum dei filium aequalem patri eundemque hominis filium, quo maior est pater, et ubique totum praesentem esse non dubites tamquam deum et in eodem templo dei esse tamquam inhabitantem deum et in loco aliquo caeli propter ueri corporis modum. sed cum me delectat loqui tecum, nescio, utrum seruauerim sermonis sufficientis modum, quasi diuturnum silentium loquacitate compensem. uerum quia religione et beniuolentia, qua me praeoccupasti, ita inuisceratus es cordi meo, ut tamquam cum amico uere

9 I Ioh. 4, 8; 16

1 hoc *om. N* p̄|titisset *M* 2 de qua nefas est uelle] nefasque de ea *Eugippi cod. Vat.* est *om. A* uelles (s *semirasum*) pr̨edicare *C* 3 audiuit *R* 5 diffusus, *m. 2* diffusum *B* 6 te *om., m. 1 add. B* 7 .....rum quas—sapientia non *om., in marg. m. 1 add. C* 8 sic] sit *A* non iustitia] sic iustitia *Eugippi cod. Vat.* 10 habitationem eius *edd.* unitate *T* congregationem quae *R* 11 maximeq, *M* 12 quod ibi sit *C* 13 terram *T* 14 finem *T* 15 dominum] deum *Eugippi cod. Vat.* aequam (*m. 2* aequalem) patr*i* (i *m. 2 inductum*) *P*[1] 16 et] ut *Eug.* 17 dubitet *R* in] non *T* 18 templum, *m. 2* templo *B* dei] dm̄ *T* 19 propter | propter *alterum m. 1 del. R* delectet *R* 20 seruaueris *T* sufficientis] seruientis *N* 21 diurnum *P* loquacitate* *P*[1] 22 quia (uia *in ras. m. 1*) *B* 23 amico] aliquo *B* uero *AP*

conloquar, quicquid in opere stili nostri ·utiliter laboratum esse cognoscis, deo gratias age; si qua autem uitia mea perspicis, ut carissimus amicus ignosce eadem scilicet sinceritate dilectionis mihi optans medicinam, qua concedis et ueniam.

## CLXXXVIII.

### DOMINAE DEBITIS IN CHRISTO OFFICIIS HONORANDAE ET MERITO INLUSTRI FILIAE IULIANAE ALYPIUS ET AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

I 1 Grate admodum nobis iucundeque accidit, ut simul nos constitutos apud Hipponem tuae reuerentiae litterae reperirent, quibus haec rescripta pariter redderemus cognita uestra incolumitate gaudentes uicissimque nostram, quam uobis caram esse confidimus, mutua dilectione nuntiantes, domina debitis in Christo officiis honoranda et merito inlustris filia. scire autem uos optime scimus, quantum uobis debeamus religionis affectum quantaque nobis et apud deum et inter homines sit cura de uobis. licet enim uos per litteras primum, deinde etiam praesentia corporali pia et catholica, hoc est uera membra Christi exiguitas nostra cognouerit, tamen etiam per ministe-

1 in opere et stilo nostro *T* elaboratum *TMACP¹N edd.* 2 uititia *T* perspiciis *B* 3 uti *MACP¹N edd.* amicus *om. R* 5 ueniam amen *R* explicit ad dardanum agustinus deo gratias *B* explicit ad dardanum *RCP* explicit liber sancti augustini de praesentia dei ad dardanum *T* explicit liber sancti augustini ad dardanum *N* explicit epistula sancti augustini ad dardanum *MP¹*

*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P¹* = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

11 ypponen *M* 13 curam *A* 14 mutuam dilectionem *F* 15 meritis *M*

rium nostrum, cum accepissetis uerbum auditus dei, sicut dicit apostolus, accepistis non ut uerbum hominum sed, sicut est uere, uerbum dei. cuius ministerii nostri adiuuante gratia et misericordia saluatoris in domo uestra tantus fructus exortus est, ut humanis nuptiis iam paratis sancta Demetrias spiritalem sponsi illius praeferret amplexum, cui specioso prae filiis hominum ad habendam spiritus uberiorem fecunditatem nec amittendam carnis integritatem uirgines nubunt. nesciremus autem, quem ad modum nostra illa tunc exhortatio a fideli et nobili uirgine fuisset accepta, nisi nobis profectis, cum post paululum professa fuisset sanctimoniam uirginalem, hoc ingens dei donum, quod per seruos quidem suos plantat et rigat, sed per se ipsum dat incrementum, nobis operariis prouenisse uestrarum litterarum laetissimo nuntio et ueraci testimonio disceremus.

2 Quae cum ita sint, nemo nos inprobos dixerit, si in uobis admonendis, ut contraria gratiae dei dogmata deuitetis, necessitudine sumus propensiore solliciti. nam licet nos apostolus non solum opportune uerum etiam importune praedicando uerbo instare praecipiat, non tamen in eorum hominum numero uos habemus, quibus sermo uel pagina nostra importuna uideatur, quando id, quod ad sanam doctrinam non pertinet, uos ut uigilanter euitetis adloquimur. hinc ergo est, quod admonitionem nostram tam grato animo suscepistis, ut in epistula tua, ad quam nunc rescribimus, diceres: 'Sane, quod me hortatur reuerentia uestra, ne aures indulgeam his homi-

1 I Thess. 2, 13 7 Ps. 44, 3 12 I Cor. 3, 5—6 18 II Tim. 4, 2

2 apostolus dicit *R* 6 demetria *MFAP*¹*R* spons, *m. 2* sponsi *F* 8 ammittendam, *pr.* m *del. M* 9 nescierimus *P* 10 illa nostra *R* a] et *MFA a e* uirgini *FA a e* 12 donum *ras. ex* domum *F* 13 seruos *rasum et inductum P* suos plantat quidem *R* irrigat *R* 19 oportuno *M* oportuno, *m. 1 corr.* ĩoportuno *M* 20 instaurare *A* in *om. P* 21 quibis *F* 23 ut euigilanter euiuetis *R* 24 suscepisti* *R* 25 sane] sed ne *A*

nibus, qui prauis tractatibus uenerandam fidem saepe corrumpunt, gratias uberes ago tam piae admonitioni.'

3 Quod itaque adiungis et dicis: 'Sed nouerit sacerdotium uestrum longe me ac domunculam meam ab huius modi personis esse discretam; omnisque familia nostra adeo catholicam sequitur fidem, ut in nullam haeresim aliquando deuiauerit nec umquam lapsa sit, non dico in eas sectas, quae uix expiantur, sed nec in eas, quae paruos habere uidentur errores', hoc est, quod nos magis magisque compellit non tacere apud uos de his, qui etiam illa, quae sana sunt, uitiare conantur. domum enim uestram non paruam Christi ecclesiam deputamus. nec sane paruus est error illorum, qui putant ex nobis ipsis nos habere, si quid iustitiae, continentiae, pietatis, castitatis in nobis est, eo quod ita nos condiderit deus, ut ultra, praeter quod nobis reuelat scientiam, nihil nos adiuuet, ut ea, quae facienda discendo nouimus, etiam diligendo faciamus, naturam scilicet atque doctrinam definientes tantum modo esse dei gratiam et adiutorium, ut iuste recteque uiuamus. ad habendam uero bonam uoluntatem, ubi est hoc ipsum, quod iuste uiuimus, et ipsam caritatem, quae in omnibus dei donis ita excellit, ut etiam deus dicta sit, qua una impletur in nobis, si quid diuinae legis et admonitionis implemus, nolunt nos diuinitus adiuuari, sed nos ipsos dicunt arbitrio proprio nobis

21 I Ioh. 4, 8; 16

1 tēptationibus *M* uerandam *A* corrumpant *AR* 2 ago uberes *R* uberes ego *A* 3 utique *P* ita *R* 4 huiusce modi *R* 5 discratam *A* 6 in nulla heresim (*sic!*) *A* 8 uidentur habere *MR* 9 magis *om. MFAR* apud nos *A* 10 de hisque *F* de his quae *MAR a e* de iis qui *cett. edd.* 11 nram, *m. 1 corr.* uram *M* computamus (*super* com *m. 1 add.* ł de) *R* 12 eorum *R* nos ex nobis ipsis *R* 13 continentiae] et continentiae *P* si quid continentiae *M* 14 nos ita *R* ppt̄ *M* 15 adiubet, *m. 1 (?) corr.* adiuuet *P* 16 discenda, *m. 1 corr.* discendo *P*¹ 17 diffinientes *R* gratiam dei *R edd.* dei *om. M* 18 recte iusteque *edd.* 20 ipsa caritas *MFAP*¹*R edd.* in omnibus] hominibus *A* 21 quia *P* (i *eras.*) *MFA* impleretur *MFAP*¹ adimpletur *edd.* in *om., m. 1 add. M* 23 adiuuari diuinitus *R*

ad ista sufficere. non uobis uideatur error iste mediocris, profiteri nelle Christianos nec uelle audire apostolum Christi, qui cum dixisset: Caritas dei diffusa est in cordibus nostris, ne quisquam eam habere nonnisi per proprium putaret arbitrium, continuo subiunxit: Per spiritum sanctum, qui datus est nobis. hanc esse magnam gratiam saluatoris, qui ascendit in altum, captiuauit captiuitatem et dedit dona hominibus, quisquis nondum confitetur, quantum et quam exitiabiliter erret, intellegis.

II 4 Quo modo ergo a uobis, quibus tantam dilectionem debemus, admonendis, ut talia caueatis, dissimulare possemus, cum legissemus librum, quem ad sanctam Demetriadem quisnam scripserit uel, utrum ad uos peruenerit, uestris potius rescriptis nosse uolumus. in quo libro, si fas est, legat uirgo Christi, unde credat uirginalem suam sanctitatem omnesque spiritales diuitias non nisi ex se ipsa sibi esse, atque ita, priusquam sit plenissime beata, discat deo esse — quod absit! — ingrata. uerba enim ad illam scripta in eodem libro sunt ista: 'Habes ergo et hic', inquit, 'per quae merito praeponaris aliis, immo hinc magis; nam corporalis nobilitas atque opulentia tuorum intellegentur esse non tua, spiritales uero diuitias nullus tibi praeter te conferre poterit. in his ergo iure laudanda, in his merito ceteris praeferenda es, quae nisi ex te et in te esse non possunt'.

3; 5 Rom. 5, 5 6 Eph. 4, 7—8; Ps. 67, 19 18—24 = Pelagi lib. ad Demetr. c. 11 in. (Migne patrol. lat. XXXIII p. 1107, 30—36)

1 erroris | te, *corr.* error. is | te *P* profiteri se uelle *m* 4 ūris *AR* habere, *m. 1 corr.* haberi $P^1$ baberi *P* se habere *f l r m* 5 sanctum *om. A* 7 ascendens *R f l r m; sacr. litt. uariant* captiuauit] captiuam duxit *R sec. Vulg. in ep. ad Eph.* et *om. R sec. sacr. litt.* 11 alia, *m. 2* talia $P^1$ possimus *A* 13 scriberit, *m. 2* scripserit *P* ad nos, *m. 1 corr.* ad uos *A* scriptis *M* 14 fa, *m. 1 corr.* fas *P* 15 suum, *m. 2* suam *F* suam flens | scitatem *P* omnis qui *A* 18 scripta* (*fuit* m) *F* ista sunt *P* 21 intellegerentur $MFP^1$ (*m. 2* intellegantur) *R* intelleguntur *P edd.* 22 p*raeter (ę *eras.*) *P* potuerit (u *exp.*) $P^1$ 23 non *om. A*

5 Cernis nempe, quanta in his uerbis sit cauenda pernicies. nam utique, quod dictum est: 'Non possunt esse ista bona nisi in te', optime et uerissime dictum est; iste plane cibus est; quod uero ait 'non nisi ex te', hoc omnino uirus est. absit, ut haec libenter audiat uirgo Christi, quae pie intellegit propriam paupertatem cordis humani et ideo illic nisi sponsi sui donis nescit ornari. audiat ergo potius apostolum dicentem: Desponsaui uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. timeo autem, ne, sicut serpens Euam seduxit in uersutia sua, sic et uestrae mentes corrumpantur a castitate, quae est in Christo, et propterea de his quoque spiritalibus diuitiis non istum, qui dicit: 'Nullus tibi eas praeter te conferre potest' et: 'Nisi ex te et in te esse non possunt', sed illum audiat, qui dicit: Habemus thesaurum istum in uasis fictilibus, ut eminentia uirtutis sit dei et non ex nobis.

6 De ipsa quoque sacra continentia uirginali, quod non sibi sit ex se ipsa, sed sit dei donum quamuis credenti uolentique conlatum, eundem audiat ueracem piumque doctorem, qui, cum hinc ageret, ait: Vellem omnes esse sicut me ipsum; sed unusquisque proprium donum habet a deo alius sic alius autem sic. audiat etiam ipsum non tantum suum sed uniuersae ecclesiae unicum sponsum de tali castitate atque integritate dicentem: Non omnes capiunt uerbum hoc, sed quibus datum est, ut intellegat ex eo, quod habet tam magnum bonum atque praeclarum, se

8 II Cor. 11, 2—3 14 II Cor. 4, 7 20 I Cor. 7, 7 24 Matth. 19, 11

4 non si, *m. 2* non nisi *P* 6 ideo illic] dō (*om.* illic) *P* — nisi] nonnisi *A* 7 audi *MFAR* ego, *m. 2* ergo *P*[1] 10 nrae *A* 13 nullas *A* 14 audit *P* (*m. 2* audiat) *FAP*[1] (*m. 1? corr.* audiat) *R* (t *eras.*) audi *M* 16 uirtuti *M* uobis *MR* (*m. 1 supra* ł nobis) 17 non *om. A* 18 credenti *ras. et corr. ex* credendi *P*[1] 19 audit *P* (*m. 1 corr.* audiat) *MFAP*[1]*R* (t *eras.*) 21 a *om.*, *m. 1 add. F* 22 audit, *m. 1 corr.* audiat *PP*[1] audit *MFAR* 25 intelligant *A*

potius deo et domino nostro gratias agere debere quam cuiusquam uerba, quod uelut ex se ipsa id habeat, ut non dicamus assentantis adulatoris, ne de occultis hominum temere iudicare uideamur, certe errantis laudatoris audire. omne quippe datum optimum et omne donum perfectum, sicut dicit etiam apostolus Iacobus, desursum est descendens a patre luminum. hinc ergo et sancta uirginitas, qua te filia uolentem gaudentemque uicit natu posterior, actu prior, genere ex te, honore ante te, aetate subsequens, sanctitate praecedens, in qua etiam tuum esse coepit, quod in te esse non potuit. illa quippe carnaliter non nupsit, ut non tantum sibi sed etiam tibi ultra te spiritaliter augeretur, quoniam et tu ea compensatione minor illa es, quod ita nupsisti, ut nasceretur. haec dei dona sunt et uestra quidem sunt sed non ex uobis; habetis enim thesaurum istum in terrenis corporibus et adhuc fragilibus tamquam in uasis fictilibus, ut eminentia uirtutis sit dei et non ex uobis. nec miremini, quia dicimus et uestra esse et ex uobis non esse; nam et panem cotidianum dicimus nostrum, sed tamen addimus: Da nobis, ne putetur 'ex nobis'.

7 Proinde, sicut scriptum est, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite; oratis enim, ut perseueranter et proficienter habeatis, gratias agitis, quia non ex uobis

4 Iac. 1, 17 14 Eph. 2, 8 15 II Cor. 4, 7 19 Luc. 11, 3; Matth. 6, 11 21 I Thess. 5, 17—18

1 de.] a deo *FA* et domino] dominoq, *M* *pro* nostro *ras. 3 fere l. P* 2 habeant *A* habet *P*[1] dicamus] dicamus id *M* 3 assentatis adulatoris *M* assentantes adultores (*m. 1 corr.* adulatores) *F* ne] nec *A* 4 erratis (*m. 2* errantis) laudatoris *P*[1] errantes laudatores *F* 5 omnem (*postr. l. m. 1 exp.*) *F* sicut—Iacobus *om. A* 6 etiam dicit *M* esursum *P* decendens, *m. 1 (?) corr.* descendens *F* 8 auctu *F* 10 tuum *in fine u. om. A* 11 non *ante* nupsit *om., m. 1 add. M* 13 tu ea* (*fuit* m) *P* tu///// a (*m. 1 ? corr.* ea) *F* conpensationem inorilla *uirgulis corr. P* 17 uirtus, *m. 1 (?) corr.* uirtutis *P* nobis *P*[1] 20 ne putetur ex nobis *om. A* ex nobis *om. M* esse ex nobis *R edd.* 21 sicut *bis, alterum del. F*

habetis. quis enim uos ab illa ex Adam massa mortis perditionisque discernit? nonne ille, qui uenit quaerere et saluare, quod perierat? an uero quando apostolo dicente audierit homo: Quis enim te discernit? responsurus est: 'Bona uoluntas mea, fides mea, iustitia mea' et non continuo, quod sequitur, auditurus: Quid enim habes, quod non accepisti? si autem et accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? nolumus ergo, ut uirgo sacra, cum audit uel legit: 'Spiritales diuitias nullus tibi praeter te conferre poterit; in his iure laudanda, in his merito ceteris praeferenda es, quae nisi ex te et in te esse non possunt', nolumus prorsus ita glorietur, quasi non acceperit. dicat quidem: In me sunt, deus, uota quae reddam laudis tibi, sed, quia in illa non etiam ex illa, meminerit etiam dicere: Domine, in uoluntate tua praestitisti decori meo uirtutem, quia etsi etiam ex illa propter arbitrium proprium, sine quo non operamur bonum, non tamen, sicut iste dixit, 'non nisi ex illa'. proprium quippe arbitrium nisi dei gratia iuuetur, nec ipsa bona uoluntas esse in homine potest. deus est enim, inquit apostolus, qui operatur in uobis et uelle et operari pro bona uoluntate, non, sicut isti sentiunt, tantum modo scientiam reuelando, ut nouerimus, quid facere debeamus, sed etiam inspirando caritatem, ut ea, quae discendo nouimus, etiam diligendo faciamus.

1 Rom. 9, 21 2 Luc. 19, 10; Matth. 18, 11 4; 6 I Cor. 4, 7 9—11 = p. 122, 21—24 13 Ps. 55, 12 14 Ps. 29, 8 19 Phil. 2, 13

1 praeditionib; quae, *m. 2* perditionis qu*e *P* 4 audierat *M* 8 acciperis *F* uirgo—spiritales *om. P* 10 in iis *f l r m* in iis *f l r m* perferenda *A* 13 sunt *om. M* uota] uota tua *M edd. sec. Vulg.* reddam laudes *PP¹ edd. praeter m sec. Vulg.* (*Septuag.* ἀποδώσω αἰνέσεως) laudes reddam *M* reddant (*m. 1 supra* ł reddam) laudes *R* 14 etiam non *M* dicere, *m. 1 corr.* adicere *P¹* 17 sine] s**ne (*fuisse uid.* sed ne) *A* operam, *m. 2* operam̄ *R* 19 iubetur, *m. 2* iuuetur *P* uiuetur *A* uoluntas bona *M* uolumptas (ıp *del.*) *P* 21 uolumptate (ıp *del.*) *P* 23 spirando *FAR* 24 dicendo *F*

8 Nam utique nouerat ille, quam magnum bonum esset continentia, qui dicebat: Et cum scirem, quia nemo potest esse continens, nisi deus det. non solum ergo sciebat, quantum esset hoc bonum et quam desiderabiliter esset concupiscendum, uerum etiam quod nisi dante deo esse non posset; docuerat enim eum sapientia; nam hoc dicit: Et hoc ipsum erat sapientiae scire, cuius esset hoc donum. nec tamen ei scientia suffecit, sed ait: Adii dominum et deprecatus sum illum. non igitur tantum modo in hoc nos adiuuat deus, ut sciamus, quid agendum sit, uerum etiam ut amando agamus, quod discendo iam scimus. nemo itaque potest esse non solum sciens uerum etiam continens, nisi deus det. unde cum iam ille haberet scientiam, precabatur, ut haberet et continentiam, ut esset et in illo, quod sciebat, quia non esset ex illo, aut si propter arbitrium proprium aliquantum et ex illo, non tamen non nisi ex illo, quia nemo esse potest continens, nisi deus det. iste autem de spiritalibus diuitiis, in quibus est utique etiam ipsa luminosa et speciosa continentia, non ait: 'In te et ex te esse possunt', sed ait: 'Nisi ex te et in te esse non possunt', ut, quem ad modum non ei sunt alibi nisi in illa, sic ei non aliunde nisi ex illa esse posse credantur et ob hoc — quod miserator dominus a corde eius auertat! — sic glorietur, quasi non acceperit.

2; 6; 8; 16 Sap. 8, 21 20 = p. 122, 23—24 22 Ps. 102, 8 al. 23 I Cor. 4, 7

1 continentia* (*fuit* m) *P* 2 esse potest *P* 3 det deus *R* 5 non posset esse *M* 6 posset (sset *in ras.*) *P* 8 scientia] scientia ista *P* sufficit *MFP*$^1$ ait] dicit *M* adii, *sed* ii *in ras.* (*m. 1 ?*) *F* a*dii *P*$^1$ 9 precatus *P* 10 adiuuet, *m. 2* (?) adiuuat *P* 11 et, *m. 2* (?) ut *P* iam discendo *R* 12 solū (olu *ex corr. m. 2*) *P*$^1$ 13 precabatur ut haberet et continentiam *om.*, *m. 2* precabatur *s. u. add. P* 14 continentinentiam *A* esset et] esset *PMeflr* etiam et *A* esset etiam *m* 15 propter liberum arbitrium proprium *flrm* 16 et *om. M* non tamen non nisi ex illo *om. M* non *ante* nisi *om. P*$^1$ *edd.* potest esse *M edd.; cf. u. 2* 17 ista *MFAP*$^1$*R* 19 spaciosa *M* et ex te *om. A* ex te (*om.* et) *PP*$^1$ 20 non *om. F* 21 eis (s *exp.*) sunt *P*

III 9 Et nos quidem de sanctae uirginis disciplina et humilitate Christiana, in qua nutrita et educata est, hoc existimamus, quod, illa uerba cum legeret, si tamen legit, ingemuit et pectus humiliter tutudit ac fortassis et fleuit deumque, cui dicata et a quo sanctificata est, fidenter orauit, ut, quo modo illa non sunt uerba ipsius sed alterius, ita non sit talis et fides eius, qua se aliquid habere credat, de quo in se non in domino glorietur. nam gloria quidem eius in ipsa est non in uerbis alienis, sicut apostolus dicit: Opus autem suum probet unusquisque et tunc in semet ipso habebit gloriam et non in altero. sed absit, ut gloria sua ipsa sit et non ille, cui dicitur: Gloria mea et exaltans caput meum. ita quippe est in ea salubriter gloria eius, cum deus, qui in illa est, ipse est gloria eius, a quo habet omnia bona, quibus est bona, et habebit omnia, quibus melior erit, in quantum in hac uita melior esse poterit, et quibus perfecta erit, quando fuerit diuina gratia, non humana laude perfecta. in domino enim laudabitur anima eius, qui satiauit in bonis desiderium eius, quia et hoc desiderium ipse inspirauit, ne uirgo eius sic in aliquo bono glorietur, quasi non acceperit.

10 De hoc ergo eius affectu utrum non fallamur, inde nos fac potius rescribendo certiores. nam illud optime nouimus cum omnibus uestris cultores uos esse et fuisse indiuiduae trinitatis. sed non hinc solum error humanus obrepit, ut aliquid secus sentiatur de indiuidua trinitate. sunt enim et alia, in quibus

7 I Cor. 1, 31 9 Gal. 6, 4. 12 Ps. 3, 4 18 Ps. 33, 3 19 Ps. 102, 5 20 I Cor. 4, 7

2 edocata *P* (*m. 2* educata) *M* educta *R* 4 humiliter *om. R* tutundit *M* tudit, *m. 1 (?) corr.* tutudit *P*[1] tundit *P* (n *eras.*) *FA* *ac (*fuit* h) *P* dominumque *edd.* cui data a quo *P* 7 qua se] quasi *F* 11 gloriam habebit *edd. sec. sacr. litt.* 14 ipsa *F* glorię, *m. 1 corr.* gloria *M* 15 est *om. A* habet *A* 17 erit *om. M* fuerat *M* 18 enim *in fine u. om. M* 19 satiabit *R* saciabit *M* 20 ///ne (*parua ras.*) *F* 22 affectu eius *R* fac nos *M* 24 uos] suos *MA* 26 trinitate* (*fuitne* s ?) *P* sunt (unt *in ras. m. 1*) *P*

perniciosissime erratur, sicuti hoc est, unde diutius fortasse, quam satis esset uestrae fideli castaeque prudentiae, in hac epistula locuti sumus. quamquam qui bonum, quod ex deo est, negat esse ex deo, nescimus, cui faciat iniuriam nisi deo ac per hoc illi utique trinitati, quod malum absit a uobis, sicut abesse credimus. absit omnino, ut tale aliquid in animo, non dicimus tuo uel sacrae uirginis filiae tuae sed in cuiusque extremi meriti famuli uel famulae uestrae liber ille fecerit, ex quo nonnulla uerba, quae facilius intellegi possent, ponenda credidimus.

11 Si autem diligentius intendatis etiam illa, quae ibi uidetur uelut pro gratia siue adiutorio dei dicere, sic inuenietis ambigua, ut possint referri uel ad naturam uel ad doctrinam uel ad remissionem peccatorum. nam et quod coguntur confiteri orare nos debere, ne intremus in temptationem, possunt ad hoc referre, ut hactenus nos ad id respondeant adiuuari, quatenus orantibus atque pulsantibus nobis aperiatur intellegentia ueritatis, ubi discamus, quid facere debeamus, non ut uires accipiat uoluntas nostra, quibus id, quod discimus, faciamus. et quod nobis in gratia uel adiutorio dei dicunt dominum Christum bene uiuendi propositum exemplum, ad eandem doctrinam reuocant, quia scilicet in eius exemplo discimus, quem ad modum uiuere debeamus; non autem uolunt ad hoc nos iuuari, ut, quod discendo cognoscimus, etiam diligendo faciamus.

12 Aut certe in eodem libro inuenite aliquid, si potestis, ubi excepta natura, excepto, quod ad eandem naturam pertinet,

15 Matth. 26, 41; Marc. 14, 38; Luc. 22, 46 17 Matth. 7, 7—8; Luc. 11, 9—10

1 sicut *m* 2 quâ (∼ *m. ut uid. 2*) *P*[1] esse *R* ūra fidelitas teque *P* 5 ab, *m. 2* ac *P*[1] utique] utrique *MFA* 7 sacrate *P* uirginis *bis F* cuiusquam *R m* 8 famuli] familia *P* iste *F edd.* 9 quae] quo *R* 11 illā (∼ *eras.*) *A* 12 dei *om. M* 13 possent *M* 17 ad (*m. 2* at) qu*e (*fuit* a) *P* 19 scimus *MFA* 22 exemplum *P* 23 haec *A* 24 adiuuari *M* iuuare *A* dicendo, *m. 2* discendo *P* diligendo] discendo *M* 26 inuenire *R*

arbitrio uoluntatis, excepta remissione peccatorum et reuelatione doctrinae tale dei adiutorium confitetur, quale confitetur ille, qui dixit: Cum scirem, quia nemo esse potest continens, nisi deus det, et hoc ipsum erat sapientiae scire, cuius esset hoc donum, adii dominum et deprecatus sum illum. neque enim iste aut naturam precando uolebat accipere, in qua conditus erat, aut de naturali uoluntatis arbitrio satagebat, cum quo conditus erat, aut remissionem peccatorum desiderabat, qui potius continentiam, ne peccaret, optabat, uel, quid faciendum esset, scire cupiebat, cum iam se scire fateretur, cuius esset hoc donum, sed utique tantas uoluntatis uires, tantum dilectionis ardorem uolebat accipere spiritu sapientiae, qui sufficeret ad implendam magnitudinem continentiae. si ergo tale aliquid illic inuenire potueritis, uberrimas gratias agimus, si rescribendo insinuare dignemini.

13 Satis enim dici non potest, quantum cupiamus in eorum hominum scriptis, qui propter acrimoniam atque facundiam leguntur a plurimis, apertam confessionem illius gratiae reperiri, quam uehementer commendat apostolus, qui etiam ipsius mensuram fidei, sine qua impossibile est deo placere, ex qua iustus uiuit, quae per dilectionem operatur, ante quam et sine qua omnino nulla cuiusquam bona opera existimanda sunt, quoniam omne, quod non est ex fide, peccatum est, deum dicit unicuique partitum nec sola reuelatione

3 Sap. 8, 21 20; 25 Rom. 12, 3 21 Hebr. 11, 6 Rom. 1, 17 Gal. 3, 11; Hebr. 10, 38; Hab. 2, 4 22 Gal. 5, 6 24 Rom. 14, 23

1 uolumptatis (ıp *eras.*) *P* excepto *F* 2 dī, *m. ut uid. 1 corr.* di et *P* adiutorio *M* adiutorium confiteatur $P^1$ *f l r m* 3 potest esse *M edd.; cf. p. 126, 2* 4 continens *om., m. 2 add.* $P^1$ 5 adii (dii *in ras. m. 1*) *F* adii ad *M* 6 illum] eum *M* 7 p̄dicando $P^1$*R* 8 uolumptatis (ıp *del.*) *P* creditus $P^1$ ut, *m. 2* aut *P* 9 desiderat *A* quin *MA* 10 peccatoret (to *m. 1 exp.*) *M* uel] ut *F* 12 uolumptatis (ıp *del.*) *P* uoluntates *MF* uiris *F* amorem *M* 15 agemus *m* 17 cupimus, *m. 1 (?) corr.* cupiamus *F* 18 adque *P* 20 ipsius *om. P* 21 impossibile est] possibile non est *A*

scientiae nos diuinitus adiuuari, ut pie iusteque uiuamus, quae sine caritate inflat, uerum etiam inspiratione caritatis ipsius, quae plenitudo legis est et quae cor nostrum, ut scientia non inflet, aedificat. sed adhuc nusquam tale aliquid in eorum litteris potuimus inuenire.

14 Maxime autem hoc in isto libro esse uellemus, ex quo descripta illa uerba posuimus, ubi uirginem Christi ita laudans, tamquam spiritales diuitias nullus ei praeter ipsam conferre possit et tamquam nisi ex ipsa esse non possint, non uult eam in domino gloriari, sed sic gloriari, quasi non acceperit. in quo libro quamuis nec ipsius nec tuae reuerentiae nomen expresserit, tamen a matre uirginis, ut ad eam scriberet, a se postulatum esse commemorat. in quadam uero epistula sua idem Pelagius, ubi et nomen suum apertissime ponit nec nomen sacrae uirginis tacet, dicit ad eam se scripsisse et eiusdem sui operis testimonio probare nititur se gratiam dei, quam uel tacere uel negare adseritur, apertissime confiteri. sed utrum ipse sit liber, in quo de spiritalibus diuitiis illa uerba posuit, uel utrum ad uestram peruenerit sanctitatem, rescriptis uestris petimus nos dignemini facere certiores.

1; 3 I Cor. 8, 1 2 Rom. 13, 10 10 I Cor. 1, 31; II Cor. 10, 17; Hier. 9, 23—24 I Cor. 4, 7

1 quae] qui *A* 2 inspiratione̅ *M* caritatis *om., m. 2 add. P* 3 quae in plenitudo (in *exp.*) *F* 4 nusquam (ıs *in ras. m. 1*) *P* nu̅quam *A* 6 bro, *m. 1 (?) corr.* libro *F* uellimus, *m. 2* uellemus *P* 8 praeter—tamquam *om. P* 9 possunt *PAR* possent *M* 10 sed] et *F* acciperit *F* 15 se] si *F* sic *M* 16 testimonium *A* probari *F* se (e *m. 2; fuisse uid.* s;) *P*[1] sed *F*

## CLXXXIX.

DOMINO EXIMIO ET MERITO INSIGNI ATQUE HONORABILI FILIO BONIFATIO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Iam rescripseram caritati tuae, sed, cum epistulae dirigendae occasio quaereretur, superuenit dilectissimus filius meus Faustus pergens ad eximietatem tuam. qui cum ipsas litteras, quas iam feceram, accepisset tuae beniuolentiae perferendas, suggessit mihi multum te desiderare, ut aliquid tibi scriberem, quod te aedificet ad sempiternam salutem, cuius tibi spes in Christo Iesu domino nostro. et quamuis mihi occupato tantum institit, ut facere non differrem, quantum scis, quod te sinceriter diligat. festinanti ergo ut occurrerem, malui festinanter aliquid scribere quam religiosum tuum desiderium retardare, domine eximie et merito insignis atque honorabilis fili.

2 Quod ergo breuiter possum dicere: Dilige dominum deum tuum in toto corde tuo et in tota anima tua et in tota uirtute tua, et: Dilige proximum tuum

16; 18 Matth. 22, 37; 39; Marc. 12, 30—31; Luc. 10, 27; Deut. 6, 5; Leu. 19, 18

*P* = cod. *Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*F* = cod. *Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = cod. *Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P*[1] = cod. *Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*V* = cod. *Vindobonensis 875 s. XI.*
*R* = cod. *Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

2 *post* et *ras. 6 fere l. V* 6 imietatem, *m. 2* eximietatem *R* 7 fecerā* (*fuit* t) *A* benignitatię, *super* tatię *m. 1 add.* uolen *V* 8 tibi *om. P*[1] 9 te *om. P*[1] *aedificet (*fuit* h) *P* pes *F* spes est *V edd.* 10 in domino nostro Iesu Christo *edd.* occupato tantum mihi *P*[1] 11 facerem *FA* differem *R* diffiderem *P* deficerem *FA* scis *spatio relicto om. A* quod te] quo die *A* 12 festinanti *cum parua ras. super postr. l. F* 14 retardere *R* et *om. FA* 16 diliges *V sec. sacr. litt.* 17 et in tota anima tua *om., supra u. m. ut uid. 1 add. R*

tamquam te ipsum — hoc est enim uerbum, quod breuiauit dominus super terram dicens in euangelio: In his duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae —, in hac ergo dilectione cotidie profice et orando et bene agendo, ut ipso adiuuante, qui tibi eam praecepit atque donauit, nutriatur et crescat, donec haec te perfecta perficiat. ipsa est enim caritas, quae, sicut dicit apostolus, diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis; ipsa est, de qua item dicit: Plenitudo legis caritas; ipsa est, per quam fides operatur, unde iterum dicit: Neque circumcisio quicquam ualet neque praeputium sed fides, quae per dilectionem operatur.

3 In hac omnes sancti patres nostri et patriarchae et prophetae et apostoli placuerunt deo; in hac omnes ueri martyres usque ad sanguinem contra diabolum certauerunt et, quia in eis non refriguit nec defecit, ideo uicerunt; in hac omnes boni fideles cotidie proficiunt peruenire cupientes non ad regnum mortalium sed ad regnum caelorum, non ad temporalem sed ad sempiternam hereditatem, non ad aurum et argentum sed ad diuitias incorruptibiles angelorum, non ad aliqua bona huius saeculi, in quibus cum timore uiuatur nec ea quisquam secum potest auferre, dum moritur, sed ad uidendum deum. cuius suauitas et delectatio excedit omnem non solum terrestrium uerum

2 Matth. 22, 40 7 Rom. 5, 5 9 Rom. 13, 10 11 Gal. 5, 6 16 Matth. 24, 12 19 Matth. 7, 21 Hebr. 9, 15 23 Matth. 5, 8

1 sicut *V sec. Vulg. in Matth. et Luc. et Leu.* abbreuiauit *R* 3 duobus *om. P* 4 in] et *FA* quod(d *eras.*)tidię profice orando *P* 5 agendo |do ut *V* adiuuante] agente $P^1$ ea *R* 6 haec] in $P^1$ proficiat $P^1$ faciat *FA* 7 apostolus dicit *FA*$P^1$ *edd.* 9 est enim de qua *A* item *om. P* dicit] dicit apostolus *A* 11 quicquam] nichil *R* 14 hoc, *m. 1 corr.* hac *P* omnes] omnes ergo *FAR* ergo omnes $P^1$ *edd.* 15 in eo hac (eo *exp.*) *V* 16 his *A* non] nec $P^1$ 17 fecerunt *FA* fideles boni *edd.* 19 sempiternalem *P* 21 aliqua *post* quisquam *habent FA* 22 uiuatur. *super* a *m. 2* ł i $P^1$ uiuitur *A s m* secum *om. A (spatio relieto)* $P^1$ 24 dilectio *R*

etiam caelestium corporum pulchritudinem, excedit omnem decorem animarum quantum libet iustarum atque sanctarum, excedit omnem speciem supernorum angelorum atque uirtutum, excedit quicquid de illo non solum dicitur, uerum etiam cogitatur. neque hanc tam magnam promissionem, quia ualde magna est, ideo desperemus, sed potius, quia ualde magnus eam promisit, accepturos nos esse credamus. sicut enim dicit beatus Iohannes apostolus, filii dei sumus et nondum apparuit, quid erimus; scimus, quia, cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum, sicuti est.

4 Noli existimare neminem deo placere posse, qui in armis bellicis militat. in his erat sanctus Dauid, cui dominus tam magnum perhibuit testimonium, in his etiam plurimi illius temporis iusti. in his erat et ille centurio, qui domino dixit: Non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic uerbo et sanabitur puer meus. nam et ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites et dico huic: 'Vade' et uadit, et alio: 'Veni' et uenit, et seruo meo: 'Fac hoc' et facit. de quo et dominus: Amen dico uobis; non inueni tantam fidem in Israhel. in his erat et ille Cornelius, ad quem missus angelus dixit: Corneli, acceptae sunt ele-

8 I Ioh. 3, 2 15 Matth. 8, 8—10; Luc. 7, 6—9 22 Act. 10. 1—8; 30—33

3 super//ioruin (*parua ras.*) *P*[1] 4 non solum quicquid de illo *P*[1] 5 hac, *m. 1 corr.* hanc *P* 6 speremus *FAP*[1] (*m. ut uid. 1 corr.* desperemus) magn'* (*fuit* a) *V* 7 accepturus, *m. 1 corr.* accepturos *A* *fidamus (c *eras. uid.; f et* d *ex corr. m. ut uid. 1*) *P* 9 qđ *VR* qd' *P*[1] quod *PF* quia] qm̄ *PA* apparu*erit *F* apparuit, *m. 1 corr.* apparuerit *V* 10 erimus ei (*signis m. 1 corr.*) *V* 11 sicut *P* 12 nolite *A* exti|mare, *m. 1 corr.* existi mare *P* 13 erat sicut sanctus (sicut *m. 3 del.*) *A* tã dñs (*signis m. 1 corr.*) *V* 14 his (s *supra ras.*) *P*[1] 15 domino * (*fuitne* n ?) *F* 17 uerbum *A* 18 constitutus *om.* *P*[1] *pro* habens—et facit *positum est* et cetera *R* 20 alii *cdd.* 21 dominus ait amen *V* 22 in hic (*m. 1 corr.* his) *V*

mosynae tuae et exauditae sunt orationes tuae; ubi eum admonuit, ut ad beatum Petrum apostolum mitteret et ab illo audiret, quae facere deberet; ad quem apostolum, ut ad eum ueniret, etiam religiosum militem misit. in his erant et illi, qui baptizandi cum uenissent ad Iohannem, sanctum domini praecursorem et amicum sponsi, de quo ipse dominus ait: In natis mulierum non exsurrexit maior Iohanne Baptista, et quaesissent ab eo, quid facerent, respondit eis: Neminem concusseritis, nulli calumniam feceritis, sufficiat uobis stipendium uestrum. non eos utique sub armis militare prohibuit, quibus suum stipendium sufficere debere praecepit.

5 Maioris quidem loci sunt apud deum, qui omnibus istis saecularibus actionibus derelictis etiam summa continentia castitatis ei seruiunt. sed unusquisque, sicut dicit apostolus, proprium donum habet a deo alius sic alius autem sic. alii ergo pro uobis orando pugnant contra inuisibiles inimicos, uos pro eis pugnando laboratis contra uisibiles barbaros. utinam una fides esset in omnibus, quia et minus laboraretur et facilius diabolus cum suis angelis uinceretur! sed quia in hoc saeculo necesse est, ut ciues regni caelorum inter errantes et impios temptationibus agitentur, ut exerceantur et tamquam in fornace sicut aurum probentur,

5; 9 Luc. 3. 12—14 7 Matth. 11, 11 15 I Cor. 7, 7 22 Sap. 3, 5—6

5 erat; *m. 1 corr.* erant *V* ad] cum, *m. 1 supra* ad *R* 6 et iam cum, *m. 1 corr.* et amicum *F* dominus ipse *edd.* 7 ñ in natis mulierum *V* surrexit *A edd. sec. Vulg.* 8 et cum quaesissent *P* et quaesiissent *m* 9 c̃cusseritis (c̃cu *in ras. m. 1*) *V* 13 maiores *FA* (*m. 2* maioris) apud deum *om. P*[1] omnibus] omissis *P*[1] 14 actionibus—summa *om. P*[1] delictis, *m. 1 corr.* derelictis *V* 15 ei seruiunt] esse *spatio 6 fere litt. deinceps relicto A* apostolus dicit *edd.* 16 a] ex *P*[1]*R sec. sacr. litt.* 17 inimicos inuisibiles *P*[1] 18 uos *om. FAR* labora*tis (n *eras.*) *P* 19 quia (i *inductum uid. aut postea add.*) *P* et *om. A* 20 laboratis, *m. 1 corr.* laboraretur *V* laboretur *R* angelis suis *edd.* 21 necesse est in hoc saeculo *A* 23 excecentur *F* exerceant *A* probantur *A*

non debemus ante tempus uelle cum solis sanctis et iustis uiuere, ut hoc suo tempore mereamur accipere.

6 Hoc ergo primum cogita, quando armaris ad pugnam, quia uirtus tua etiam ipsa corporalis donum dei est; sic enim cogitábis de dono dei non facere contra deum. fides enim quando promittitur, etiam hosti seruanda est, contra quem bellum geritur; quanto magis amico, pro quo pugnatur! pacem habere debet uoluntas, bellum necessitas, ut liberet deus a necessitate et conseruet in pace. non enim pax quaeritur, ut bellum excitetur, sed bellum geritur, ut pax adquiratur. esto ergo etiam bellando pacificus, ut eos, quos expugnas, ad pacis utilitatem uincendo perducas; beati enim pacifici, ait dominus, quoniam ipsi filii dei uocabuntur. si autem pax humana tam dulcis est pro temporali salute mortalium, quanto est dulcior pax diuina pro aeterna salute angelorum! itaque hostem pugnantem necessitas perimat, non uoluntas. sicut rebellanti et resistenti uiolentia redditur, ita uicto uel capto misericordia iam debetur, maxime in quo pacis perturbatio non timetur.

7 Ornet mores tuos pudicitia coniugalis, ornet sobrietas et frugalitas; ualde enim turpe est, ut, quem non uincit homo, uincat libido et obruatur uino, qui non uincitur ferro. diuitiae saeculares si desunt, non per mala opera quaerantur in mundo; si autem adsunt, per bona opera seruentur in caelo. animum uirilem et Christianum nec debent, si accedunt, extollere nec debent frangere, si recedunt. illud potius cogitemus, quod dominus ait: Ubi est thesaurus tuus, illic erit et cor tuum, et utique, cum audimus, ut cor sursum habeamus,

12 Matth. 5, 9  27 Matth. 6, 21; Luc. 12, 34  28 cf. ep. CXXXI p. 78, 7—8

1 uelle] uel *A*  4 domum *A*  7 pugnatur *om.* $P^1$  debet habere $P^1$  8 deus liberet *V*  10 geritur] peritur *F* peragunt *A*  ut *om. F*  adquiritur *F*  estote ergo *A*  11 etiam *om.* $P^1$  quos expugnas *om. F*  expugnas *om. A*  humilitatem *A*  16 rebellanti* (*fuit* s) *F* rebellandi *V*  20 pudicia *V*  25 uirilem ex christianum ne (*m. 2* nec) *P*  27 illuc *V* ibi *edd. sec. Vulg.* (*Gr.* ἐκεῖ)  28 sutsum, *m. 1 corr.* sursum *V*

non mendaciter respondere debemus, quod nosti quia respondemus.

8 Et in his quidem bene studiosum te esse cognoui et fama tua multum delector multumque tibi in domino gratulor, ita ut haec epistula magis tibi sit speculum, ubi, qualis sis, uideas, quam ubi discas, qualis esse debeas. uerum tamen quicquid siue in ista siue in scripturis sanctis inueneris, quod tibi ad bonam uitam adhuc minus est, insta, ut adquiras, et agendo et orando et ex his, quae habes, gratias age deo tamquam fonti bonitatis, unde habes, atque in omnibus bonis actibus tuis illi da claritatem, tibi humilitatem. sicut enim scriptum est, omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum. quantumcumque autem in dei et proximi caritate atque in uera pietate profeceris, quam diu in hac uita conuersaris, sine peccato te esse non credas; de ipsa quippe legitur in litteris sanctis: Numquid non temptatio est uita humana super terram? proinde quoniam semper, quam diu es in hoc corpore, necessarium est tibi in oratione dicere, quod dominus docuit: Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, memento cito ignoscere, si quis in te peccauerit et a te ueniam postulauerit, ut ueraciter possis orare et peccatis tuis ueniam ualeas impetrare. haec dilectioni tuae festinanter quidem scripsi, quoniam me festinatio perlatoris urgebat. sed deo gratias ago,

12 Iac. 1, 17 17 Iob 7, 1 20 Matth. 6, 12; Luc. 11, 4

3 studiosum (osum *in ras.*) *V* 4 multum delector *om.*, *m. 2 in marg. add. P* 6 dicas, *m. 1 corr.* discas *P* 7 scripturis *om. V* inuenero *R* 8 adhuc *om.* $P^1$ iusta *F* in*sta (*fuit* i) *P* inista *V* 9 ex iis *edd.* deo age *A* 10 actibus tuis bonis *F* 11 sicut] sic *R* 15 proficeris *F* proceris, *m. 2* profeceris *A* 17 huma (*sic!*) *FV* (*m. 1 corr.* humana) hominū *P*; *Vulg.* hominis, *Septuag.* ἀνθρώπου 18 quam diues, *m. 2* quam diu es *A* 19 tēpr̄. *P* tempore $FAP^1R$ dicere in oratione *R* 21 dimittib; *V* 24 quidem tuae festinanter *edd.* quidem *om. A* 25 me *om.*, *in marg. m 1 add. V* ago] go (*sic!*) *A*

quoniam bono desiderio tuo qualitercumque non defui. semper te misericordia dei protegat, domine eximie et merito insignis atque honorabilis fili.

## CXC.

DOMINO BEATISSIMO ET SINCERA DILECTIONE DESIDERABILI FRATRI ET COEPISCOPO OPTATO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 1 Quamuis tuae sanctitatis nullas ad me ipsum datas acceperim litteras, tamen, quia illae, quas ad Mauretaniam Caesariensem misisti, me apud Caesaream praesente uenerunt, quo

1 fui, *m. 2* defui *A* 3 atque] et *P*[1] fili] fidei *F*

*P* = *cod. Parisinus 12193 s. IX.*
*P*[1] = *cod. Parisinus 12226 s. IX.*
*P*[2] = *cod. Parisinus nou. acq. 1672 s. IX.*
*S* = *cod. Sangallensis 174 s. IX.*
*V* = *cod. Vaticanus 3834 s. s. IX—X.*
*P*[3] = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*N* = *cod. Atrebatensis 696 (621) s. X; desunt p. 144, 17* quod ergo—*148, 1* ipse; *158, 2* ab eis—*162, 9.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P*[4] = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*P*[5] = *cod. Parisinus 1958 s. XI.*
*G* = *cod. Gottuicensis 14 (33) s. XII in.; desunt p. 143, 2* sed conclusit—*146, 2* uenientibus.

*Eugippi excerpta (ed. P. Knoell):*
*p. 1065, 2—1067, 25 = p. 150, 20* non—*155, 12*
*p. 1067, 27—1068, 4 = p. 158, 17—159, 5* agitur
*p. 1068, 6—23 = p. 161, 1—18*

9 epistolas *N* illa quas *M* illas quas *A* illas (*om.* quas) *G* mauretaneam *P*[2]*SP*[3]*MP*[5] (*m. 2* mauritaneam) mauratancam, *m. 2* mauritaniam *P*[1] mauritaniam *PNAP*[4]*G edd.* 10 cesariam praesentem inuenerunt *N*

nos iniuncta nobis a uenerabili papa Zosimo, apostolicae sedis episcopo, ecclesiastica necessitas traxerat, factum est, ut ea, quae scripsisti, etiam ipse perlegerem tradente mihi eandem epistulam tuam famulo dei sancto Renato, in Christo nobis fratre carissimo, quo petente et mihi licet aliis occupato uehementer instante ad ea sum respondere compulsus. accessit huc etiam alterius sancti et debito cum honore nominandi fratris nostri et, quantum ab illo comperi, necessarii tui Muresis, cum in supra dicto oppido remoraremur, aduentus. qui mihi rettulit etiam sibi missas de hac re litteras uenerationis tuae et me de hac ipsa quaestione consuluit, ut, quid inde sentirem, uel meis uel suis rescriptis ad te faceret peruenire, utrum scilicet animae ut corpora propagatione nascantur sintque ex illa una, quae primo homini creata est, an creator omnipotens, qui utique u s q u e n u n c o p e r a t u r, sine ulla propagine nouas faciat singulis proprias.

2 De qua re antequam aliquid admoneam sinceritatem tuam, scire te uolo in tam multis opusculis meis numquam me fuisse ausum de hac quaestione definitam proferre sententiam

15 Ioh. 5, 17

1 nobis] a nobis *MFA* 3 ///scripsisti (*ras. 1—2 l.*) $P^4$ perlegere *A* perlegi *F* tradente* (m *eras.*) $P^3$ 5 fratre *om. A* fratri *N* aliis] ab eis *M* 7 huc, *m. 2* hac *N* alterius etiam alterius $P^2$ cum debito $P^3$*MFA*$P^4$ *edd.* debitu, *corr.* debito V 8 mure////sis (*fuitne* si *an potius* n?) cum *N* muressis cum *MFA edd.* murisis cum *G* mere sis (*m. 2 coniunctum*) cum $P^4$ mores|istum $P^2$ muneresis cum $P^1$*SV* 9 in *om.* $P^4$ **moraremur (*fuit* re) *N* remoreremur *MF* rememoremur *A* rememoraremus *P* 10 etiam] et est *A* litteris, *m. 1 corr.* litteras $P^1$ 11 consoluit, *m. 2* consuluit $P^3$ quicquid *P*$P^1$*SV*$P^5$ quod *G* 12 meis (m *ex corr.*) *N* scriptis *N* facerē *P* 13 nascantur—propagine *om.*, *m. 2 in marg. inf. add.* (propagatione *pro* propagine) *N* sinque, *m. 2* sintque $P^1$*S* sin ñ (ñ *supra u.*) *V* 14 ex *om.* $P^1$ (*m. 1? add.*) *MFA* homini (*postr. l. ex ras. et corr. m. 2; fuitne* e?) *M* homine *P* creata (cr *ex corr. m. 1*) $P^2$ sunt *M* omnipotentis *A* 15 propagatione $P^3$*N* (*m. 2*) *MFA*$P^4$ *edd.* 16 singuli *F* proprias, *m. 2* et proprias *N* 17 ammoueam, *m. 1 corr.* admoueam *M* amoueam *F* 18 nusquam $P^2$ 19 perausum *N*

et inpudenter referre in litteras ad alios informandos, quod apud me non fuerit explicatum. quarum autem rerum atque causarum consideratione permouear, ut in neutram assertionem meus inclinetur adsensus, sed adhuc inter utramque disceptem, nimis longum est hac epistula expromere nec tam necessarium, ut hoc omisso non possit de hac quaestione, quod satis est, disputari etsi non ad auferendam cunctationem certe ad cauendam temeritatem.

3 Illud enim, ubi uel maxime fides Christiana consistit, quod per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum; sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes uiuificabuntur; et quod per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit et per peccatum mors et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt; et quod iudicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem; et quod per unius delictum in omnes homines ad condemnationem et per unius iustificationem in omnes homines in iustificationem uitae et si qua alia testi-

10 I Cor. 15, 21—22 12 Rom. 5, 12 15 Rom. 5, 16 18 Rom. 5, 18

1 inprudenter (er *in ras. m. fortasse 1*) *F* ad *om. N* 2 fuerat *G* 3 in me utram, *corr.* in neutram $P^1$ 4 sed ut adhuc $PP^1SVP^5G$ sed sic adhuc *N* inter *om. M* utrumque *N* disceptam, *m. 1 corr.* disceptem $P^4$ 5 hanc epistolam *N* hac (c *in ras. 1—2 l. m. 2*) $P^3$ ac *M* exponere $P^2$ tam, *m. 2* tam̄ *N* tam̄ (∼ *eras.*) *PM* tamen $P^2P^3FA$ 6 misso *MFA* 7 desputari $P^3$ deputari $MP^4$ (*m. 2* disputari) disputare *N* 9 enim ut ubi *N* 11 moriuntur (un *ex corr.*) *N* 12 uiuicabuntur *V* 13 in hunc mundum *om.* $P^2$ 14 mors | ita *G* in omnes *om. A* mors *om.* $P^2P^3MFAP^4$ 15 peccauerunt (*post.* u *ex corr.*) *N* 16 condemptionem $P^2$ gratia autem ex multis delictis in iustificationem *om.* $MFAP^4$ *edd. praeter m* grati, *m. 2* gratia $P^3$ 17 iustificationem—iustificationem in *om. N* iustificationem] iustificationem uitae *m* 18 in *m. 2 del. S*, *om.* $P^2$ 19 iustificationem. *m. ut uid. 2 corr.* iustitiā *G* in *m. 2 del. S* 20 in *om.* $P^4$ ad $PP^1SVP^5G$ testimonia//// (*ras. 1—2 l.*) $P^3$

monia declarant neminem nasci ex Adam nisi uinculo delicti et damnationis obstrictum neminemque inde liberari nisi renascendo per Christum, tam inconcusse tenere debemus, ut sciamus eum, qui hoc negauerit, nullo modo ad Christi fidem et ad eam, quae per Christum datur pusillis et magnis, dei gratiam pertinere. unde si origo animae lateat, dum tamen redemptio clareat, periculum non est; neque enim in Christum credimus, ut nascamur, sed ut renascamur, quomodocumque nati fuerimus.

4 Hactenus autem dicimus sine periculo latere animae originem, ut non tamen eam partem dei esse credamus sed creaturam nec de deo natam sed ab illo factam atque in eius genus adoptandam mirabili dignatione gratiae, non parili dignitate naturae; nec eam corpus esse sed spiritum, non creatorem utique sed creaturam; nec ideo uenisse in hoc corpus corruptibile, quo grauatur, quod illuc eam uitae in caelestibus uel in quibuslibet aliis mundi partibus antea male gestae merita compulerunt; nondum enim natos apostolus, cum de Rebeccae

2 Ioh. 3, 3 15 Sap. 9, 15 18 Rom. 9, 11—12; Gen. 25, 23

1 declarantur *A* neminem—obstrictum *om., infra in u. 17 inter* aliis *et* mundi *scriptum A* 2 liberati, *m. 1 corr.* liberari $P^4$ nisi iure nascendo *N* 3 deberemus (re *m. 2 exp.*) $P^4$ 4 eum *om. N* nullumodo $P^2$ Xp̃i* $P^3$ 5 eam (a *ex corr. m. 2*) *P* eum, *m. 2* eam $P^5$ 7 in *om. A* christo *G* 10 hactenus autem *in ras.* (*m. 1?*) *G* actenus $PP^5$ eatenus $P^1SV$ lat*ere $P^3$ 11 dei *om., m. 2 add.* $P^1$ 12 illa *P* utque in, *m. 2* atque in *S* utique (*m. 2* at*que) in $P^1$ ad quē $P^2$ 13 parili] parabili *MF* 14 spu *minutissimo* ı *m. 1 add.* $P^2$ nec *N* 15 creatam *A* creatum $P^3MFP^4$ *edd.* cor//////-ruptibile (*ras. 3—4 l.*) $P^3$ 16 quod $VNP^4$ (d *m. 1 exp.*) qua *G* quod illuc] quo (*m. 2* quod) illud (*ras.* illuc) $P^1$ quo ad illud *PS* (*m. 2* quoniam *pro* quo) $P^5G$ quoniam ad illud *V* quod ad illud *m* uel (*m. 2* uel in) quibuslibet /////// (*ras. 3—4 l.*) *P* 17 aliis neminē nasci ex adam nisi uinculo delicti et damnationis obstrictum mundi *A* (*cf. u. 1*) partibus mundi *M edd.* ante $P^2$ gesta $P^2MFAP^1$ (*m. 2* gestae) 18 copulerunt, *m. 2* cōpulerunt *P* compulerunt, *m. 2 (?) corr.* compulerint *S* compulerint *Gflrm* natus *N* dum *N* rebeccae *ex corr. m. ut uid. 1, fuit* rebecca *N* rebecca* *P* beccae, *m. 1 corr.* rebeccae $P^1$

geminis loqueretur, nihil egisse dicit boni uel mali, ut non ex operibus, quibus nullis alter distinguebatur ab altero, sed ex uocante diceretur minori seruiturum esse maiorem.

II 5 His igitur firmissime constitutis si tam reconditum atque abditum est in occultis operibus dei, ut nec scripturarum diuinarum manifesto eloquio declaretur, utrum propterea nihil boni uel mali nondum nati egisse credendi sint, quia non ex aliis propagatas sed mox ex nihilo creatas animas singuli accipiunt, an quia, cum essent originaliter in parentibus, adhuc ipsi nulli erant, qui suas et proprias uitas agerent, illa tamen sit fides salua, qua credimus nullum hominum siue maioris siue paruulae quamlibet et recentis aetatis liberari a contagione mortis antiquae et obligatione peccati, quod prima natiuitate contraxit, nisi per unum mediatorem dei et hominum, hominem Christum Iesum.

6 Cuius hominis eiusdemque dei saluberrima fide etiam illi iusti salui facti sunt, qui, priusquam ueniret in carne, crediderunt in carne uenturum. eadem namque fides est et nostra et illorum, quoniam hoc illi crediderunt futurum, quod nos

14 I Tim. 2, 5 17 I Ioh. 4, 2; II Ioh. 7

1 geminos, *m. 2* (?) geminis *S* geminos $PP^1$ (*m. 2* geminis) $P^5$ loqueremur *A* dicit *om., s. u.* asseuerat *m. 2 add. G* ut //// non (*ras. 1—2 l.*) *V* ut et non $PP^1$ (et *del.*) $SP^5$ ut nullis *N* 2 nullus *FG* non *N* 3 maiorem esse *V* 4 si tamen $P^1$ (en *deleto* c *pro* t *m. 2*) *S* (*m. 2* si tam) *V* atque abditum *om. G* 5 abdi*tum $P^3$ operis *V* dei *in fine u. om. M* 7 sint (i *ras.; ex* u ?) $P^1$ sunt $P^2N$ 8 propagantur *G* accipiant *G* 9 e& *P* 10 ipsis *N* et] ex, *corr.* et *P* ad *V* 11 fides (s *postea uix m. 1 add.*) sit *N* fides sit *G* nullum hominum, *m. 2* nullam animam *S* nullum hominem *N* maiori $PP^5$ 12 paruuli $PSVP^5$ paruoli, *m. 2* paruulę $P^1$ ////quamlibet (*ras. 1—2 l.*) *V* de qualibet, *m. 2* quamlibet $P^1S$ de qualibet $PP^5$ *pro* et *ras. 1 l. V* liberari* (*fuit* a) *M* contagio $P^3N$ 14 dei *om., m. 2 add.* $P^5$ hominem $P^1$ (*m. 2* hominum) *S* (*m. 1 corr.* hominum) 16 homines, *m. 2* hominis $P^4$ 17 in carnē $P^4$ crediderunt in carne *om., m. 2* crediderͭ *add.* $P^4$ 18 in carnē uenturi *A* eandem $P^2$ que, *m. 1 corr.* nāque $P^1$ est nostra *N* nostra* (*fuit* e) $P^3$ 19 quomodo, *m. 2* quoniam *N* quoniam—credimus *om. V* illi hoc *M* hoc *om. G* futuri *A*

credimus factum. unde dicit apostolus Paulus: Habentes autem eundem spiritum fidei, secundum quod scriptum est: 'Credidi, propter quod locutus sum', et nos credimus, propter quod et loquimur. si ergo eundem spiritum fidei et illi habebant, qui uenturum in carne Christum praenuntiarunt, quem etiam illi, qui eum uenisse nuntiarunt, sacramenta esse potuerunt pro temporum diuersitate diuersa, ad unitatem tamen eiusdem fidei concordissime recurrentia. scriptum est et in actibus apostolorum loquente apostolo Petro: Nunc ergo quid temptatis deum inponere iugum supra collum discipulorum, quod neque patres nostri neque nos potuimus portare? sed per gratiam domini Iesu credimus nos saluos fieri, quem ad modum et illi. si ergo et illi, id est patres portare iugum legis ueteris non ualentes per gratiam domini Iesu saluos se fieri crediderunt, manifestum est, quod haec gratia etiam antiquos iustos uiuere fecit ex fide; iustus enim ex fide uiuit.

7 Lex autem subintrauit, ut abundaret delictum, ut superabundaret gratia, per quam sanaretur delicti abundantia. si enim data esset lex, quae posset uiuifi-

1 II Cor. 4, 13; Ps. 115, 1 10 Act. 15, 10—11 17 Rom. 1, 17; Gal. 3, 11; Hebr. 10, 38; Hab. 2, 4 19 Rom. 5, 20 21 Gal. 3, 21

1 factum *fuisse uid., m. 2 corr.* patrum *V* Paulus *om. G* 3 quod] quod et $P^2$ 4 ñ, *m. 1 corr.* nos *G* 5 in carnem $P^4$ 6 praenuntiarunt—nuntiarunt *om., in marg.* crediderr̃ *(m. 2 ?) add. V* praenuntiaret, *m. 1 corr.* praenuntiarunt $P^1$ praenuntiauerunt *NMG* 7 nuntiauerunt *M* 8 fidei eiusdem *N* concordissima $P^2$ 9 et *om.* $P^3NMFAP^4G$ *(in fine u.) edd.* au *(m. 1 exp.)* et $P^2$ 10 petro apostolo *N* qui *F* 11 sup $P^2N$ *sec. Vulg.* colla *N* 12 portare potuimus *V edd.* 13 Iesu] nri *G* credimus—Iesu *om.* $P^2$ saluos nos *G* saluos *(om.* nos) *MF* salui *NA* 14 et *post* modum *om., m. ut uid. 1 add. N* id est] idē *A* idem *N* 15 ueteris legis *G* legis *om. N* 16 saluos se] credimus saluos *M* 17 iustus—uiuit *om. N (m. 2 add.) A* 18 enim] autē *P sec. Vulg.* 20 ut] et $PP^1P^2P^5G$ suprahabundaret *A* per *om., m. 1 add. N* quem, *m. 1 corr.* quam $P^3$ 21 uiuificare posset *edd.* possit, *m. 2* posset $P^1V$ posse, *m. ut uid. 1 corr.* posset *G*

care, omnino ex lege esset iustitia. cui tamen bono lex data sit, consequenter adiunxit dicens: Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. danda itaque fuerat lex, quae manifestius sibi ipsum ostenderet hominem, ne superbus animus humanus a se ipso se posse esse iustum putaret et ignorans dei iustitiam, id est quae homini ex deo est, et suam uolens constituere, id est quasi suis sibi uiribus partam iustitiae dei subiectus non fieret. oportebat itaque, ut addito mandato, cuius uox est: Non concupisces, superbo peccatori etiam praeuaricationis crimen accederet atque ita gratiae medicinam non sanata per legem sed conuicta infirmitas quaereret.

8 Proinde, cum omnes iusti, hoc est ueraces dei cultores siue ante incarnationem siue post incarnationem Christi nec uixerint nec uiuant nisi ex fide incarnationis Christi, in quo est gratiae plenitudo, profecto, quod scriptum est non esse aliud nomen sub caelo, in quo oportet saluos fieri nos, ex illo tempore ualet ad saluandum genus humanum, ex quo in Adam uitiatum est genus humanum. sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes

2 Gal. 3, 22 7 Rom. 10, 3 10 Ex. 20, 17; Deut. 5, 21; 7, 25; Rom. 7, 7; 13, 9 17 Act. 4, 12 20 I Cor. 15, 22

1 cur $MFAP^4$ qui *N* bonum $MFP^4$ bonis *A* quia bona *N* 2 *consequenter $P^3$ sed—*p. 146, 2* uenientibus *om. G* 3 promissi*o (*fuit* m) *V* pmissio ihu Xpi daret̃ *M* ex fide *om.* $P^3$ (*m. 2 add.*) $MFAP^4$ 5 manifestus, *m. 1 corr.* manifestius $P^1$ ibi *P* omnianem, *ras. et corr. m. 1* hominem $P^3$ 6 animu\/////// (*ras. 2—3 l.*) *V* se *ante* posse *om.* $P^2$ 7 *et* 8 idē, *m. 2* id|ē $P^4$ et *om.* $P^3NMFAP^4$ 8 sibi *om.* $P^3NMFAP^4$ *edd.* partem, *m. 2* partam $P^1P^4$ partem $P^2M$ paratam *PN* pactam *A* 9 subiectos *M* oportet *MFA* 11 accideret, *m. 1 (?) corr.* accederet $P^4$ gratiam medicinae *N* 12 sanata* (*fuit* m) $VP^3$ sata, *m. 1 corr.* sanata $P^1$ 16 uixerunt *N* uixerant $P^4$ fidei *A* incarnatione *MFA* 17 quod, *m. 2* qm̃ *S* 18 aliũ *M* alium *F* (*m. 1 corr.* aliud) *A* (*m. 2* aliud) oportet, *m. 2* oporteat *S* oporteat *N* *edd.* *praeter a sec. Vulg.* (*Gr.* δεῖ) 20 enim omnes (in Adam *om.*) *M*

uiuificabuntur, quia, sicut in regno mortis nemo sine Adam, ita in regno uitae nemo sine Christo, sicut per Adam omnes homines, ita per Christum omnes iusti homines, sicut per Adam omnes mortales in poena facti sunt filii saeculi, ita et per Christum omnes inmortales in gratia fiunt filii dei.

III 9 Cur autem creentur etiam illi, quos creator nouit ad damnationem non ad gratiam pertinere, beatus apostolus tanto succinctiore breuitate quanto maiore auctoritate commemorat. deum enim dicit uolentem ostendere iram et demonstrare potentiam suam adtulisse in multa patientia uasa irae, quae perfecta sunt in perditionem, et ut notas faceret diuitias gloriae suae in uasa misericordiae, quem superius dixerat tamquam figulum luti ex eadem massa facere aliud uas in honorem aliud in contumeliam. merito autem uideretur iniustum, quod fiunt inde uasa irae ad perditionem, si non esset ipsa uniuersa ex Adam massa damnata. quod ergo fiunt inde nascendo uasa

9 Rom. 9, 22—23 13 Rom. 9, 21

1 uiuificantur $PP^1VP^5$ quia sicut (a *et* ut *ex corr. m. 2*) *P* regnum *S* (*m. 2* regno) *V* (*m. ut uid. 2* regno) $P^5$ 2 ita et in $P^1P^2SV$ sicut, *m. 2* (?) et sicut *S* 3 homines *om.* $P^3$ (*s. u. m. 2 add.* peccatores) $MFAP^4$ iniusti *N edd.*; *post* homines *s. u. m. 2 add.* iniusti *in* $P^1$, peccatores *in V* ita et per $P^1SVP^5$ iusti omnes (*om.* homines) *A* 4 omnes homines mortales *V* 5 et *om.* $P^2$ fiunt filii] filii sunt *M* 6 creentur] quaeruntur credentur (*m. 1 corr.* creduntur) $P^3$ cre*antur (*fuit* d) *N* creduntur $MFAP^4$ illi quos] ali quos; *sed* a *in ras. m. 2, fuisse uid.* il $P^3$ nouit] uoluit potuit $P^3$ uoluit *N* potuit *MF* posuit *A* praesciuit $P^4$ *edd.*; *cf. p. 146, 13* 8 succinctiore, *m. 2* succinctiori *P* maiore, *m. 2* maiori *P* maiori $P^4$ 9 enim *om. N* uolentem dicit *signis corr. N* demonstrante, *m. 1 corr.* demonstranre (*sic!*) *M* 11 perfecta facta sunt *V* 12 faceret *om. A* 13 qu*em $P^3$ quem, *m. 2* (?) quę $P^5$ quę *NA* quae *P* tam $P^2$ luti *in fine u. om. A* 16 inde *om.* $P^3MFAP^4$ *edd.* irae *om.* $PP^1$ (*m. 2 add.*) $SVP^5$ essent *A* ex adam uniuersa $P^2$ 17 quod—*p. 148, 1* ipse *desunt N* qđ|ergo fiunt rena cendo uasa misericordiae ꝑtinet ad indebitam (in *eras.*) poenam Qđ autē fiunt renascendo uasa misericordiae ꝑtinet ad indebitā gratiā *P*

irae, pertinet ad debitam poenam; quod autem fiunt renascendo uasa misericordiae, pertinet ad indebitam gratiam.

10 Ostendit ergo deus iram suam, non utique animi perturbationem, sicut est, quae ira hominis nuncupatur, sed iustam fixamque uindictam, quod de stirpe inoboedientiae ducitur propago peccati atque supplicii. et h o m o n a t u s e x m u l i e r e, sicut in libro Iob scriptum est, b r e u i s e s t u i t a e e t p l e n u s i r a c u n d i a e. eius enim rei uas est, qua plenus est; unde irae uasa dicuntur. ostendit et potentiam suam, qua bene utitur etiam malis multa illis naturalia et temporalia bona largiens eorumque malitiam ad exercendos et comparatione admonendos bonos accommodans, ut in eis discant agere gratias deo, quod ab eis non suis meritis, quae in eadem massa paria fuerunt, sed illius miseratione discreti sunt. quod maxime apparet in paruulis, de quibus, cum per Christi gratiam renascuntur et istam uitam in illa tenera aetate finientes in aeternam transeunt et beatam, dici non potest, quod libero discernuntur arbitrio ab aliis infantibus, qui sine hac gratia in ipsius massae damnatione moriuntur.

11 Si autem hi soli crearentur ex Adam, qui essent per gratiam recreandi, et praeter illos, qui in dei filios adoptantur,

6 Iob 14, 1 sec. Septuag.

2 pertinent $P^2$ debitam $P^2P^4$ (*m. 2* indebitam) 3 perturbatione *A* 4 ira] circa $P^3MFAP^4$ hominis $P^3$ (*corr.* homines) $P^4$ (*m. 2* homines) homini, *m. 1 corr.* hominis $P^2$ homines *MF* nuncupantur *M* (*postr.* n *m. 2 exp.*) *F* (*postr.* n *exp.*) iuxtam *MF* (m *exp.*) 5 fixam (*om.* que) *F* uindictam—atque *om. P* quae *MFA a e f* quia *m* dicitur $P^1$ (*m. 1 corr.* ducitur) *S* (*m. 2* ducitur) *V* 7 est *ante* breuis *om. A* uita $MFAP^4$ (*corr.* uitae) 8 dicuntur uasa irae $P^1SV$ ira. *corr.* irae *M* 9 qua *cum ras. super* a $P^5$ quam, *m. 2* qua $P^1S$ quam *P* etiam utitur *edd.* 10 et, *m. 1 corr.* etiam $P^4$ illis] in illis $P^3FAP^4$ (in *m. 2 exp.*) et temporalia] temporalia et $PP^5$ 11 malitia *P* comparationem *S* 12 dei, *corr.* deo *V* 13 qua *M* quia *F* 14 discretis quod *F* 15 et statim uitam istam *V* 16 in illam tenentur aetatē $P^2$ in *ante* illa *om.* $P^1$ transeunt, *m. 2 corr. uid.* transeant *V* 17 beata $P^2$ 21 adoptantur, *m. 2* adoptentur *S*

nulli alii homines nascerentur, lateret beneficium, quod donaretur indignis, quia nullis ex eadem damnabili stirpe uenientibus debitum supplicium redderetur. cum uero adtulit in multa patientia uasa irae, quae perfecta sunt in perditionem, non solum ostendit iram et demonstrauit potentiam suam redhibendo uindictam et bene utendo non bonis, sed etiam notas fecit diuitias gloriae suae in uasa misericordiae. ita enim, quid sibi praestetur, discit gratis iustificatus, dum non suo merito sed gloria largissimae dei misericordiae discernitur a damnato, cum quo eadem iustitia fuerat et ipse damnandus.

12 Tam multos autem creando nasci uoluit, quos ad suam gratiam non pertinere praesciuit, ut multitudine incomparabili plures sint eis, quos in sui regni gloriam filios promissionis praedestinare dignatus est, ut etiam ipsa reiectorum multitudine ostenderetur, quam nullius momenti sit apud deum iustum quantalibet numerositas iustissime damnatorum. atque ut hinc quoque intellegant, qui ex ipsa damnatione redimuntur,

3 Rom. 9, 22—23 14 Rom. 9, 8; Gal. 4, 28

2 quia] qua *P* nullis (i *ras. ex* u) $P^3$ 3 redderet, *m. 3* redderet *G* adtulit] sustinu *in ras. et postea s. u. m. ut uid. 1 add.* it đs *G* 4 *pro* perfecta sunt in perditionem *ras. 7—8 l., in qua m. 3* sunt apta in interitum (*cf. Vulg. Rom. 9, 22*) *scripsit. in margine quoque ras. est, in qua fuisse uid.* perfecta sunt in perditionem *G* 5 *post* solum *ras. s. u., fuisse uid.* ñ *G* *ante* et *parua ras.* $P^5$ 6 potentiam, *sed* po *in ras. 3—4 l. (m. 1?)* $P^1$ pacientiam *cum parua ras. super* ac *G* patientiam $P^2$ suam] suam sed *A* redibendo *cum ras. super* redi (*fuitne* nullã?) *G* rehibe|bendo *M* retribuendo *ex corr. m. 2* (*fuitne* redhiuendo?) $P^5$ retribuendo *PSV* retribuendam, *m. 2* redibendo $P^1$ exhibendo *A* bene] bē $P^2$ non *om.* $P^3$ (*qua re m. 2* malis *pro* bonis) $MAP^4$ 7 sed *om. A* 8 praestetur sibi *edd.* 9 gras, *m. 3* ł gr̄a *G* longissime, *m. uix 1 corr.* largissime *G* 10 eodem *M* 12 cre*ando (*fuit* d) $P^1$ creando (a *in ras. m. 3*) *G* 13 praescripsit *G* incomparabi.i/// (*parua ras.*) plures (l *in ras. m. 2*) *V* 14 eis *om.* $MFAP^4$ (*m. 1 ? add.* his) cum, *m. 2* quam $P^3$ illis *edd. praeter a e* gloriam regni *G* 15 praedistinauit, *m. 1 corr.* praedistinare $P^1$ 16 iustorum, *m. ut uid. 1 corr.* iniustorum *G* 18 hinc (in *ex corr. m. 2*) *V*

hoc fuisse debitum massae illi uniuersae, quod tam magnae parti eius redditum cernerent non solum in eis, qui originali peccato multa addunt malae uoluntatis arbitrio, uerum etiam in tam multis paruulis, qui tantum modo uinculo peccati originalis obstricti sine gratia mediatoris ex hac luce rapiuntur. tota quippe ista massa iustae damnationis reciperet debitum, nisi ex ea faceret non solum iustus sed etiam misericors figulus alia uasa in honorem secundum gratiam non secundum debitum, dum et paruulis subuenit, quorum nulla merita dici possunt, et maiores praeuenit, ut habere aliqua merita possint.

IV 13 Quae cum ita sint, si assertio tua non eo tendit, ut nouas animas dicas propter innocentiam nouitatis suae, antequam ad peccandum libero utantur arbitrio, damnationi originali obnoxias esse non posse, sed eas fide catholica confiteris, etiam si in illa tenera aetate de corpore exierint, in damnationem perditionis ituras, nisi sacramento mediatoris, qui uenit quaerere et saluum facere, quod perierat, liberentur, quaere, ubi uel unde uel quando coeperint damnationis meritum habere, si nouae sunt, ita sane, ut deum non facias nec aliquam naturam, quam non condidit deus, uel peccati earum uel innocentum damnationis auctorem. et si inueneris, quod

8 Rom. 9, 21 17 Luc. 19, 10; Matth. 18, 11

1 debitâ $P^2$ magnum *M* 2 redditâ $P^2$ originale *M* 3 male $P^2VMFAG$ 4 uitā, *corr.* in tam *A* tam *om.* $P^2$ parabulis, *m. 2* paruulis $P^3$ originalis peccati *G* 5 obstricti originalis *V* gratia *cum ras. super postr. l. P* 7 faeret. *m. 1 (?) corr.* faceret $P^4$ 8 ua, *m. 1 (?) corr.* ua*a *P* sedum gratiam, *m. 1 corr.* secūdum gratiam $P^1$ 9 et] ea $P^2$ paruulis *ras. ex* paruulus *V* 10 possent *P* 11 possit, *m. 1 corr.* possint *G* 12 sint *ras. ex* sunt *F* non] ne *MF* 13 suae (s *ex corr. m. 2*) *P* ad] at *V* 14 utatur *FA* utuntur $P^2$ damnatione *S* 15 ea *MFA* catholica fide $PP^1SVP^5G$ fide* (*fuit* s) $P^4$ confiteri *MFA* 16 in *in ras. m. 2 V* de corpore *om.* $PP^1$ (*m. 2 add.*) $SVP^5$ in] ad $P^1SV$ 18 quaere, *m. 1 (?) corr.* quaerere *V* et saluum facere *om.* $P^4$ 19 quere** *A* quae, *m. 2* quaere $P^1S$ quae $PVP^5$ coeperit $P^2$ 20 si noua sunt *A* si nouerunt *sed exp. G* 22 innocentum, *m. ut uid. 2* innocentium $P^1$ innocentium $P^3MFAP^4$

te quaerere admonui, quod ipse adhuc, fateor, non inueni. defende, quantum potes, atque adsere animarum infantium eius modi esse nouitatem, ut nulla propagatione ducantur. et nobiscum, quod inueneris, fraterna dilectione communica.
14 Si autem non inueneris, qua re uel quo modo fiant animae infantium peccatrices et nihil in se ipsis habentes malitiae a quo cogantur ex Adam trahere, unde damnentur, cum eas credas non ex illa prima peccatrice propagatas sed nouas atque insontes includi carne peccati, nec sic iam temere in aliam sententiam tua deflectatur assensio, ut eas ex illa una credas propagando traduci, ne forte alius inuenire possit, quod ipse non possis, aut aliquando inuenias, quod nunc non potueris. nam et illi, qui animas ex una propagari adserunt, quam deus homini primo dedit, atque ita eas ex parentibus trahi dicunt, si Tertulliani opinionem sequuntur, profecto eas non spiritus sed corpora esse contendunt et corpulentis seminibus exoriri. quo peruersius quid dici potest? neque hoc Tertullianum som-

15 Tertull. adu. Praxean c. 7; Aug. de Genesi ad litt. X c. 25—26 (CSEL XXXXVII p. 236, 15—237, 18; XXVIII sect. III pars 2 p. 328, 11—332, 8).

2 defende (*postr.* e *in ras. m. 2*) *N* potest, *m. 2* (?) potes *S* asserc** (*fuit* re) $P^1$ assererc *S* (*m. 2 ? corr.* assere) $P^3$ asse | *M* infantum $PP^1SVP^5$ 3 progatione, *m. 2* propagatione $NP^5$ dicantur, *m. 1 corr.* ducantur *G* 4 fraterna dilectione *om.*, *m. 2 add.* *N* communica* $P^1$ (*fuit* s) *S* communies, *m. 1* (?) *corr.* communices *P* communices (e *ex corr. m. 2, fuisse uid.* a) $P^5$ 5 quo modo] quando *N* 6 infantum $PP^1SVP^5G$ habentes in se ipsis *punctis m. 1 corr.* *M* malitiae a *om.* *M* malitia ca quo *F* malitiae quo $PP^1SVP^5G$ 8 non] nec *P* ex *om.*, *m. 1 add.* *M* propagasse dño uasa atque *N* 9 include (*m. 1 ? corr.* includi) carni *P* nec sic iã (sic iã *in ras. m. 2*) $P^4$ nescio an $PP^1$ (*ras. et corr. m. 2* nec sic iam) $SVP^5$ 10 defectatur *MF* assentio, *m. 1* (?) *corr.* assensio *V* a lsenso, *m. ut uid. 1 corr.* a lsensio *G* 12 ** non *V* ut *N* (*m. 2* aut) *G* aliquid *N* non *om.* $P^1$ (*m. 1? add.*) *F* poteris $P^3MFAP^4$ 13 una, *m. 2 supra* ł illa *N* 14 primo homini *VG edd.* primo *om.* $P^4$ eas *om.* $PP^2P^5$ cos *NA* 16 et ex corpulentis $PP^1$ (ex *m. 2 del.*) $SVP^5G$ 17 quo* (d *eras.*) $P^3M$ quod *F* sommasse, *m. 1* (?) *corr.* somniasse $P^1$

niasse mirandum est, qui etiam ipsum creatorem deum non esse nisi corpus opinatur.

15 Qua dementia repulsa a corde atque ore Christiano quisquis animam, sicuti est, non esse corpus sed spiritum confitetur et tamen in filios ex parentibus duci, in eo quidem nullis coartatur angustiis, quod omnes animas etiam paruulorum, quos ecclesia non utique in falsa sed in uera peccatorum remissione baptizat, uera fides praedicat trahere originale peccatum propria primi hominis uoluntate commissum et in omnes posteros generatione transmissum sola regeneratione purgandum; sed cum considerari et pertractari coeperit, quid dicatur, mirum, si ullus sensus comprehendit humanus, quonam modo, tamquam lucerna de lucerna accendatur et sine detrimento alterius alter inde ignis existat, sic anima de anima parentis fiat in prole uel traducatur in prolem, utrum incorporeum semen animae sua quadam occulta et inuisibili uia seorsum ex patre currat in matrem, cum fit conceptus in femina, an,

1 deum *om.* $M$ 2 nis copus, *m. 2* nisi corpus $P$ 3 quia dementia $A$ que clementia, *m. 1 (?) corr.* qua dementia $N$ a *om., m. 1 add.* $P^{1}$ adque $P^{2}$ 4 auimū $P$ esse *om.* $P$ *eius loco parua ras., fuisse uid.* ē $P^{5}$ 5 dici, *m. 2* duci $P^{3}$ 6 nullis** $V$ nullis *ras. ex* nullus $P^{1}$ nullis *in ras. m. 2, fuisse uid.* nullius $P^{5}$ nullius, *m. 2* nullis $S$ coartantur $V$ 7 in falsam sed in ueram peccatorum remissionem *m* ///in///uer*a *ras. ex* uniuersa $P^{4}$ peccorum, *m. 2* peccatorum $P$ 8 remissionem (*postr. l. exp.*) $F$ 10 posteros generatione] posteriores $G$ regeneratione] generatione, *m. 2* regeneratione $P^{3}$ 11 tractari, *m. 1 corr.* ꝑtractari $G$ protractari $P$ quod, *m. 2* quid $P^{3}$ 12 mirum *om.* $N$ ullius $N$ humanum $P^{2}$ quonam (n *in ras.; fuitne* d ?) $P^{1}$ quodam, *m. 2* quonam $S$ qm̄ $A$ quo $G$ 13 tam $P^{2}$ de lucerna *om.* $P^{1}$ (*m. 2 add.*) $A$ accendatur (*post.* a *corr. aut inductum*) $N$ 14 alter] alter//// (*ras. 2—3 l.; fuitne* ius ?) $G$ sic] si sic $V$ parentes $F$ 15 prolem $PP^{1}$ (m *eras.*) $SVMP^{5}$ uel—prolem *om.* $PP^{5}$ *ante* utrum *m. 2 (?) add.* et $S$ 16 animae *ex corr. m. 1* $P^{2}$ *post* anime *sequitur* ñ simul exeat *sed exp. et del.* $G$ suae $P^{3}M$ suę $AP^{4}$ sue $F$ sui *ras. et corr. (m. 2 ?) fortasse ex* sue $V$ inuisibilia uia (uia *eras.*) $N$ inuisibilia $PP^{1}$ (*m. 2* inuisibili uia) $S$ (*m. 2 ?* inuisibili uia) $VP^{5}$ (a *eras.*) eorum $NMFAP^{1}$ 17 **ex (*fuitne* exex ?) $N$ parte $NG$ (*m. 1? corr.* patre) sit $AG$ (*corr.* fit) feminā $N$ an/// (*ras. 1—2 l.*) $P^{3}$

quod est incredibilius, in semine corporis lateat; cum autem fluunt inrita sine ullis conceptibus semina, utrum semen animae non simul exeat, an summa celeritate atque atomo temporis, unde exierat, recurrat, an pereat; et si perit, quo modo ipsa, cuius mortale semen est, inmortalis est anima, an inmortalitatem tunc accipit, quando formatur, ut uiuat, sicut iustitiam, quando formatur, ut sapiat; et quo pacto deus eam fingat in homine, etiamsi anima seminaliter trahatur ex anima, sicut fingit in homine corporis membra, quamuis corpus seminaliter trahatur ex corpore. si enim non etiam spiritalis creatura fingeretur a deo, non scriptum esset: *Qui fingit spiritum hominis in ipso*; et in eo, quod legitur: *Qui finxit singillatim corda hominum*, si per corda significatae sunt animae, fingi eas posse quis dubitet? sed quaeritur, utrum ex una anima hominis primi, sicut fingit singillatim facies hominum ex uno tamen corpore hominis primi.

V 16 Cum haec atque huius modi de hac re multa quaeruntur, quae nullo sensu carnis explorari possunt et a nostra experientia longe remota sunt atque in abditissimis naturae sinibus latent, non erubescendum est homini confiteri se nescire, quod

11 Zach. 12, 1 12 Ps. 32, 15

1 femine *P* aut *in fine u. A* 2 illis, *m. 1 corr.* ullis $P^3N$ illis $MFAP^4$ (*m. 2* ullis) 3 exeat an] ex ea tam *MFA* atque atomo *om. P eius loco ras. 10—11 l.* $P^5$ atomo] ut homo $P^2$ 4 recurrat *om. A* et *om.* $PP^1$ (*m. 2 add.*) $SVP^5G$ 5 ** est anima *V* an] an ////mortalis (*fuisse uid.* in) est|anima an $P^3$ 6 informatur *A* 7 iustitia $P^1S$ (*m. 2* iustitiam) $VP^3NMFAP^4$ *super* quo *m. 2* ł eo *N* eam deus *edd.* 8 fingit *N* (*m. 2* fingat) *M* (*super post.* i *m. 1 add.* a *sed del.*) in homine—fingit *om. M* animā (~ *eras.*) *N* animę, *m. 2* anima $P^4$ 9 membra corporis *G* 10 enim *om. G* non *est post* creatura *N* 11 *ante* a deo *ras.; fuitne* habeo ? *V* scriptum non *G* 12 fingit $PP^1SVP^5G$ *m* 13 per cor|| *M* per cordia (i *exp.*) *G* 14 finge, *corr.* fingi *V* fingere *N* posse *om. M* 15 primi hominis *G* sicut fingit] si confingit *A* 17 *post* multa *ras. 1—2 l.* (*fuit* m *aut* in) $P^3$ multū *M* quaerantur $NP^4$ *f l r m* quaererentur $P^3MFA$ 18 nulla, *m. 1 corr.* nullo *M* sensi *F* cordis *MFA* a *om. A* 19 remorata *M* 20 * latent (*fuit* s) *G*

nescit, ne, dum se scire mentitur, numquam scire mereatur. quis autem negat non unius tantum sed omnis animae creatorem deum atque factorem, nisi qui eius eloquiis apertissime refragatur? sine ulla quippe ambiguitate per prophetam dicit: O m n e m  f l a t u m  e g o  f e c i animas uidelicet intellegi uolens, quod uerba consequentia manifestant. non itaque unum, quem facto ex terra homini primo inspirauit, sed omnem flatum ipse fecit, ipse adhuc facit. quaeritur tamen, utrum omnem flatum ex illo uno flatu sicut omne corpus hominis ex illo uno corpore faciat, an uero noua quidem corpora faciat ex uno animas autem nouas ex nihilo. quis enim congrua suis originibus genera rerum etiam de seminibus facit, nisi qui ipsa semina siue seminibus fecit? sed ubi res naturaliter obscura nostrum modulum uincit et aperta diuina scriptura non subuenit, temere hinc aliquid definire humana coniectura praesumit. secundum uitas autem, quas proprias habere incipiunt, nouos homines dicimus nasci siue anima siue corpore; at uero secun-

5 Es. 57, 16 sec. Septuag.

1 nescit dum ne dum se $P^3$ ne∗ (*fuit* c) *N* se *om.* *G* nūquam (∼ *eraso m. 1 corr.* nusquam) *P* nusquam $P^1$ (s *eraso m. ut uid. 2* nūquam) *S* (*m. 2* numquam) $VP^5$ 2 oms̄ (= omnes) *M* 3 deum *om.* *M* quis *N* e∗ius (ius *corr. m. 2*) $P^1$ loquiis, *m. 2* eloquiis $P^1$ 4 ∗ quippe (*fuit* p) *V* 6 quo uerbo $PP^1$ (*m. 2* quod uerba) *S* (*m. 2 ?* quod uerba) $P^5$ sequentia *G* manifestant (*post.* n *ex corr.*) *N* utique *Eug.* una in quem $PP^1$ (*m. 2* unū ∗∗ quem) *S* (*m. 2 ?* unum in quam) $P^5$ 7 extra $PP^1S$ (*m. 2 ?* ex terra) $P^5$ primo homini *G* homini, *m. 2* hominē $P^5$ hominē *P* omnem inquid flatum $P^2$ 8 fecit (e *ex corr.*) *V* 9 uno illo $P^3NFAP^4$ illo *om.*, *s. u. post* uno *m. 1 add.* *M* sicut—faciat *bis, alterum eras.* *V* omnem *V* uno illo $P^3NMFAP^4$ *edd.* 10 faciat an, *m. 2* facit an *N* fač an, *m. ut uid. 1 corr.* faciat an *G* 11 tam̄ *M* quis (s *m. 1 del.*) *S* congrue *N* congro, *m. 2* congrua $P^4$ 12 genera rerum] generarū, *ras.* generari $P^4$ genera (*om.* rerum) $P^3$ facit—seminibus *om.* $PP^1$ (*s. u. m. 2 add.*) $SVP^5$ 14 et aperta, *m. 2* et aperte *S* et aperte *VNG* (*in ras. m. ut uid. 1*) 15 temere *ras. et corr.* (*m. 1??*); *fuisse uid.* tempr̄ $P^3$ hin, *m. 1* (?) *corr.* hinc *N* hic $PP^1$ (*m. 2* hinc) $SVP^5$ 16 uitas *om.*, *m. 2 add.* $P^1$ 17 dicimus homines *M* nasci∗ *V* animas (s *exp.*) *F* at∗ *V* a∗t (u *eras.*) $P^1$ uero, *m. 2* uero si *S*

dum originale peccatum ueteres nascuntur, ideo baptismate renouantur.

17 Aliquid ergo certum de animae origine nondum in scripturis canonicis comperi. nam hi, qui nouas sine ulla propagine adserunt animas fieri, inter testimonia, quibus id nituntur ostendere, ponunt etiam illa duo, quae paulo ante commemoraui: Qui fingit spiritum hominis in ipso, et: Qui finxit singillatim corda hominum, de quibus uides, quem ad modum possit a resistentibus responderi; utrum enim, cum fingit, ex alio fingat an ex nihilo, incertum est. illud tamen inter cetera testimonium uidetur esse praecipuum, quod in libro Salomonis Ecclesiaste legitur: Et reuertetur puluis in terram, sicut erat, et spiritus reuertetur ad deum, qui dedit eum. sed facillime respondetur: Corpus in terram, de qua factum est primum hominis corpus, et spiritus ad deum, a quo facta est prima hominis anima; sicut enim nostrum corpus, inquiunt, quamuis ex primo illo corpore propagatum sit, eo tamen redit, unde ipsum primum

7 Zach. 12, 1; Ps. 32, 15 12 Eccle. 12, 7

1 ueteris *MF* 2 renuntiantur $P^2$ 3 ergo, *m. 2* ego *S* origine *P* (e *corr. m. 2; ex* o *?*) $P^4$ (*subter* e *ras.*) 4 canonicis, *sed* canon *ex corr.* (*m. 1 ?*) $P^2$ sanctis *N* repperi *Eugippi cod. Vat.* hi *om. M Eugippi cod. Vat.* hi* (*fuit* i) $P^1$ hii *G* ii *edd. praeter a e* nouas *om.* $PP^1SVP^5$ sine] seu $P^2$ ullas (s *exp.*) *M* propagatione *Eugippi cod. Vat.* 5 fieri animas in (*m. 1 corr.* int̃) *G* id nituntur] innituntur $P^3MFA$ 6 ꝑnunt *M* proponunt *Eugippi cod. Vat.* dua $P^3$ commemoraui* (t *eras. ?*) $P^1$ 7 finxit $P^2$ in *om., m. 2 add.* $P^5$ fingit $P^1$ (*m. 1 corr.* finxit) *Eugippi cod. Vat.* 8 corda *bis M* 9 respondere, *corr.* responderi *V* cum finxerit $P^2$ confingit *N* 10 aliquo *Eugippi cod. Vat.* certum $PP^5$ (*stilo cerussato* in *add.*) 11 testimoniũ (u *corr. m. 1*) $P^2$ testimonia *N* 12 ecclesiastae *Pflm* ecclesiastes $P^3N$ reuertatur $P^3$ reuertitur *FA* 13 terram suam sicut *G sec. Vulg.* erat] terram $P^2$ reuertatur $P^3$ 14 deum, *m. 2* deum suum *N* dm̃ *A post* deum *ras.* $^1/_3$ *u. V* dedit] fecit *M* fa*cillime *V* 15 terra *MFA* et *om.* $P^2$ *post* spiritus *ras. 1—2 l.* $P^1$ spm̄, *m. 1 corr.* sp̄s $P^2$ 16 factus, *corr.* facta *G* 18 sit *bis P* ē *M* eo] et *sed exp. G* et *A*

corpus effectum est, sic anima nostra quamuis ex illa anima propagata non ad nihilum, quia inmortalis est, sed ad illum redit, a quo ipsa prima anima facta est. ac per hoc illud, quod scriptum est de spiritu cuiusque hominis, quod redeat ad deum, qui dedit eum, non soluit istam obscurissimam quaestionem, quia siue ex illo uno siue ex nullo alio deus utique dedit eum.

18 Itemque illi, qui propaginem animarum inconsiderata temeritate defendunt, inter alia testimonia, quae suae causae suffragari arbitrantur, nullum quasi manifestius et expressius pro se possunt putare proferendum quam id, quod in Genesi scriptum est: Omnes autem animae, quae introierunt cum Iacob in Aegyptum, qui exierunt de femoribus eius. hoc enim uelut euidentissimo testimonio possunt credi animae in filios ex parentibus propagari, quoniam satis aperte dictum uidetur animas etiam de femoribus Iacob non sola exisse corpora filiorum, ut eo modo etiam illud intellegi uelint a parte totum, quod dixit Adam, cum illi mulier eius ostenderetur: Hoc nunc os ex ossibus meis et caro de

12 Gen. 46, 26 sec. Septuag. 19 Gen. 2, 23

2 progata *A* nihilum redit quia *G* sed—facta est *om., in inf. marg. m. 2 add.* $P^1$ ad *om., m. 1 add. V* 3 quo, *m. 2* qua *V* anima *om. G* ac] *ac *V* hac $P^2$ 4 cuiusque (cuius *ex ras.*) *V* cuiuscumque *G* reat, *m. 2* redeat $P^3$ 5 soluit (it *in ras. m. 1*) $P^1$ soluet *G* solum *PS* (*m. 2* soluit) $P^5$ istã in (in *exp.*) $P^4$ 6 sine, *m. 1 corr.* siue *A* uno illo *signis corr. N* sine *M* ex *om. MFA* 8 considerata *S* (*m. 2?* inconsiderata) *VM* 10 quasi *om.* $P^1$ (*m. 2 add.*) *SV* 11 possent, *m. 1 corr.* possunt *M* profundum, *m. 2* (?) proferendum *N* 12 enim *G* qui *N* 13 qui (i *paulum ras.*) $P^1$ qui, *m. 2* quę *V* qui, *m. 2* et quę *N* quę *P* 14 eius *om., m. 2 add.* $P^1S$ *om. V* uelut *om., m. 1 add.* $P^2$ euidentissimo (o *in ras. m. 1*) $P^3$ 15 animam *N* propagari (ri *ras. et corr. m. 2*) $P^1$ propagatae *SV* quando *G* apertum *A* 16 de iacob (iacob *exp.*) femoribus iacob *G* solũ *M* 17 corpora exisse *M* exiisse *m* 18 a parte (a *ex corr.*) *V* aperte, *m. 2* a parte $P^1P^2P^3N$ aperte *FG* (*m. 3* a parte) apte (*ras. et corr. m. fortasse 1* a parte) $P^1$ totum *bis, alterum del. G* eius *om., m. 1 add. A*

carne mea; non enim dixit 'et anima de anima mea', sed ita fieri potest, ut carne nominata utrumque intellegatur, sicut hic animas nominauit et tamen etiam corpora in filiis intellegi uoluit.

19 Sed hoc testimonium certe quasi tam clarum atque manifestum enodandae huic quaestioni non sufficeret, nec si ita legeretur genere feminino 'quae exierunt de femoribus eius', ut animas intellegeremus, quae exierunt. ideo autem non sufficeret, quoniam et animae nomine corpus solum posse significari modo quodam locutionis ostenditur, quo significatur per id, quod continetur, illud, quod continet, sicut ait quidam: 'Vina coronant', cum coronarentur uasa uinaria; uinum enim continetur, uas continet. sicut ergo appellamus ecclesiam basilicam, qua continetur populus, qui uere appellatur ecclesia, ut nomine ecclesiae, id est populi, qui continetur, significemus locum, qui continet, ita, quod animae corporibus continentur, intellegi corpora filiorum per nominatas animas possunt. sic enim melius accipitur etiam illud, quod lex inquinari dicit eum, qui intrauerit super animam mortuam, hoc est super

12 Verg. Aen. I 724 18 Num. 9, 6—10

1 et *om.* $P^2$ anima de anime (*m. 1 corr.* anima) mea *M* mea *om.* $PP^5$ 2 potest *om.* *M* ut in carne *N* 3 hic *om.* *A* et *om.* $P^2P^3MFA$ etiam *om.* $PP^1$ (*m. 2 add.*) $SVP^5$ 5 sed * *V* certe (*m. 2 exp.*) testimonium certe *N* quasi *om.*, *m. 1 add.* *M* 6 enodanda *F* enodandum *N* enotandae, *m. 1 corr.* enodandae $P^1$ huic *om.* *G* quaestione, *m. 1 corr.* quaestioni $P^1$ sufficit *Eug.* ita *m. 2 del.* $P^1$ *om.* $P^4$ 7 feminino (nino *in ras. m. 2*) *N* ut *om.* $P^3MFA$ 8 exierunt de femoribus eius ideo *N* 9 nomine *om.*, *m. 2 add.* *N* posset (t *eras.*) *G* significare *M* 11 continentur *V* tenetur *G* id *Eugippi cod. Vat.* 12 corona**rentur (*fuit* nt̄) *N* enim *om.* $P^3$ 13 uas] et uas $P^3NMFAP^1$ *edd.* ecclesiam *om.*, *in marg. m. 1 add.* *G* 15 ut] aut $P^3MFA$ id est] idē *A* populi continentur (*om.* qui) $P^2$ significamus *PN* significet $P^4$ 16 locum (m *eraso m. 2* locus) $P^4$ 17 filiorum corpora *G* 18 dicit (~ *eras.*) *G* 19 eum (u *ex corr. m. 2*) *P* eum in| (in *del.*) $P^1$ qui intrauerit *om.* *P* qui intrauit $P^1$ (intrauit *in ras. m. uix 1*) $AP^1$ inquinatur, *m. 1 corr.* qui inquinatur *V* inquinari *S* (*m. 2* quem dicit inquinari) $P^5$ (*sed exp.*)

defuncti cadauer, ut nomine animae mortuae mortuum corpus intellegatur, quod animam continebat, quia et absente populo, id est ecclesia locus tamen ille nihilo minus ecclesia nuncupatur. haec responderentur, sicut dixi, si feminino genere positum esset 'quae exierunt de femoribus Iacob', id est quae animae. nunc uero cum masculinum genus sit positum, id est 'qui exierunt de femoribus Iacob', quis non ita intellegere malit: 'omnes animae eorum, qui exierunt ex femoribus eius,' id est animae hominum, ut etiam sic possint intellegi secundum corpus tantum modo exisse homines de femoribus patris, quorum erant illae animae, per quarum numerum intelleguntur tot homines?

VI 20 Vellem autem legere libellum tuum, cuius mentionem fecisti in litteris tuis, ne forte aliqua ibi testimonia non ambigua posuisti. a me autem cum quaesisset amicus mihi carissimus et diuinarum studiosissimus litterarum, quid de hac quaestione sentirem, eique remota uerecundia hinc aestus meos et ignorantiam fassus essem, scripsit inde longe trans mare ad doctissimum uirum. cui rescripsit ille, ut potius me consuleret,

17 ep. CXLIII p. 255, 1—261, 24 19 ep. CLXV p. 542, 3—543, 9

2 et *om. N* 3 locus—ecclesia *om., in marg. m. 2 (?) add. N* nihilo**minus *V* dicitur *Eugippi cod. Vat.* 4 responderetur, *m. 1 corr.* responderentur $P^1$ respondentur, *m. 1 (?) corr.* responderentur *G* sicut dixi si] si*ut (c *eras.*) dixi //// (si *eras. uid.*) $P^1$ sicut dixi $P^2M$ *Eugippi cod. Vat.* si ut dixi $P^3FAP^4G$ *edd.* femineo, *m. 2 (?) corr.* feminino *N* 5 exierunt, *ras.* exierint *F* exierint $P^3A$ 6 nunc—Iacob *om., in marg. m. 2 (?) add. N* cum] qui, *m. 1 corr.* quia $P^4$ 7 Iacob *om.* $PP^1$ (*m. 2 add.*) $SVP^5$ eius iacob $P^2$ iacob id est quae animae quis *MFA* ite, *m. 1 corr.* ita *G* intellegi (*postr. l. ras.; fuitne* e ?) *P* 8 de *edd. praeter a* 10 exiisse *m* homines *om. Eugippi cod. Vat.* 11 quarum $P^2P^3MFAP^4$ animc ille *G* 14 ibi aliqua $PP^1SVNP^5$ 15 posuisti] ibi (*iterum*) posuisti *A* quaesiisset *m* 17 aestos, *m. 1 corr.* aestus $P^3$ meos *om.* $P^4$ meus, *m. 2* meos $P^1$ ignorantia (*postr. l. exp. uid.*) mi $P^2$ ignorã, *m. 2* ignorantiam *N* 18 essem (*post.* e *ex corr. m. 2*) *P* * (*fuit* n) esse (*m. ut uid. 1 corr.* essem) *G* scripsi* *P* 19 ut *om., m. 1 add. G*

nesciens, quod iam fecerat nec aliquid a me certum ac definitum audire potuerat. significauit tamen in eadem breui epistula sua se potius fieri quam propagari animas credere simul etiam admonens animarum propaginem — quia ipse in oriente est — occidentalem ecclesiam solere sentire. hac ego maiore occasione comperta scripsi ad eum non breuem librum consulens eum et petens, ut prius me doceat et tunc ad me mittat, quos doceam.

21 Qui liber meus non doctoris sed inquisitoris et potius discere cupientis apud me legi potest; mitti uero uspiam non debet uel cuiquam foras dari, nisi cum rescripta domino adiuuante percepero id, quod ille sentit, promptissime ac libentissime defensurus, si me docere potuerit, quo modo animae neque ex Adam ueniant et tamen ex illo iustam sortem damnationis inueniant, nisi ad remissionem peccatorum renascendo perueniant. absit enim, ut credamus uel animas paruulorum in lauacro regenerationis falsam accipere peccatorum mundationem uel deum esse aut aliquam naturam, quam non deus

6 ep. CLXVI

1 quid *MFAP*[4] iam *om. PP*[5] (*in fine u.*) ne, *m. 2* nec *P*[4] ac, *m. 2 supra* ł *N* diffinitum *N* 2 poterat *MFAP*[4] significa////uit (*ras. 1—2 l.*) *N* tamen] autem *N* in *om., m. 1 add. N* 4 ammonet *P*[2] propagine *P*[2] propagationem *N* in *eras. N om. P*[3]*MFA* 5 occidentale *P*[2] senti (*sic!*) *P*[2] hęc *P*[2] haec *F* ergo *P*[1] maiore, *m. 2* maiori *P* 6 consolens *P*[2] 7 potens, *m. 2* petens *P* pri*us *P*[2] 8 mittat ////// (*ras. 3—4 l.*) *N* quos (o *ex corr. m. 2*) *P* quod *P*[2]*M* (*m. 1 corr.* quos) 9 non] non ut *P*[3]*f l r* ut non *m* doctores *MFA* inquisitores *MF* inquisitiores *A* 10 cupientes *MFA* 11 quicquam *P*[2] foras (a *ex corr.*) *N* foris *G* dari (i *ex ras. et corr.; fuitne* e ?) *G* cum] eum *P*[2] adiuuantē *P*[2] 12 percipero *F* id ů (ů *m. 1 exp. et del.*) quod *G* 13 defensurus *ex corr. m. ut uid. 1, fuit* defensuris *G* se defensurus *PP*[1] (se *m. 2 del.*) *S* (se *m. fortasse 1 del.*) *P*[5] poterit *M* 14 neque] quę *P*[3] non *NMFAP*[4] *edd.* ueniant] non ueniat, *m. 1 corr.* non ueniant *P*[3] sortem] sententiam *P*[2] 15 ueniant, *m. 1 corr.* inueniant *G* ad *om. A* 17 falsam] *in spatio uacuo minutissimis l. m. ut uid. a.* elsā *P*[2] 18 deum *om. P*[3] dondidit (*om.* deus), *m. 1 corr.* deus condidit *P*[2] condidit deus *P*[3]*MFAP*[4] *edd.*

condidit, illius, ex qua mundantur, inquinationis auctorem. donec ergo aut ille rescribat aut ego, si deus uoluerit, aliquo modo discam, si nullam de illa peccatrice originem ducit, quae causa sit animae subeundi originale peccatum, quod necesse est esse in omnibus paruulis et quo eam nec deus cogit insontem, quia peccandi auctor non est, nec ulla mali natura, quia non est. nihil tale audeo praedicare.

22 Te autem, si libenter uel patienter admittis, carissime frater, admoneo, ne haeresem nouam minus cautus incurras. quae antiquissimae fidei stabilita molitur fundamenta conuellere aduersus dei gratiam disputando, quam dominus Christus pusillis et magnis ineffabili bonitate largitur. cuius uel auctores uel certe acerrimi notissimique suasores cum Pelagius et Caelestius extitissent, conciliorum episcopalium uigilantia in adiutorio saluatoris, qui suam tuetur ecclesiam, etiam a duobus uenerabilibus antistitibus apostolicae sedis, papa Innocentio et papa Zosimo, nisi correcti etiam egerint paenitentiam, toto Christiano orbe damnati sunt, de quibus exempla recentium litterarum, siue quae specialiter ad Afros siue quae uniuersaliter ad omnes episcopos de memorata sede manarunt, ne forte

1 illius] uel illius $P^3$ inquinationes *MFA* auctorum *M* (*m. 1 corr.* auctorem) *A* 2 aut *ante* ille *om. G* 3 nullum $P^2$ peccatricē (∼ *eras.*) *M* peccatricem $P^2P^3$ (m *del.*) origine $P^2$ ducam *A* 4 animae] calumnię $P^2$ peccato $P^2$ 5 esse cogi nominibus $P^2$ quo, *m. 2* quod *S* q (c superscr.) *m. 1 in ras. 2—3 l. quarum postr.* g *fuit G* quod $P^2$ nec] et $P^2$ 6 illa mali *P* ulla mala *MFA* 7 quia (i *eraso m. 2* quae) $P^1$ audeo tale *V* tale aliquid audeo *M* 8 si *om.* $P^2P^3$ amittis $P^1$ (*m. 2* admittis) $P^2$ 9 heresem, *m. 2* heresim $P^1$ haeresim $P^2NMFP^4$ *edd.* in heresim *G* 10 quē *M* antiquissimae (ae *ex corr. m. 2*) *P* fundamenta *om.* $P^2$ 13 acerrimi//// (*ras. 1—2 l.*) $P^1$ ac notissimi *N* 14 caelestius, *m. 2* caelestinus *S* celestinus (n *m. ut uid. 3 exp.*) *G* 15 a duobus] duobus $P^3P^4$ a uobis *N* ad uos $P^2$ duos *MFA* 16 antistitibus (ti *eraso m. 2 iunctum*) *P* antestitibus $P^1$ antistibus $P^2P^3MFAP^4$ (*m. 2* antistitibus) *G* (*m. 1 ? corr.* antistitibus) pap///a *F* papia *M* 17 pap///a *F* papia *M* correpti *NMFAP*$^4$ agerint. *m. 2* egerint *P* 18 damnatę $P^2$ exempla recentium litterarum] exemplare $P^2$ 20 morata, *m. 2* memorata *N* inmemorata (in *m. 1 exp.*) *G* sede manarunt] se dampnarunt *M*

ad uestram sanctitatem nondum peruenerint, uobis curauimus mitti ab eis fratribus, quibus et has litteras, ut tuae uenerationi dirigerent, dedimus. hi autem non ideo sunt haeretici, quia dicunt animas originem de illa prima peccatrice non ducere, quod uel aliqua fortasse ratione uera dici potest uel sine fidei labe nesciri, sed hinc conantur efficere, unde omnino apertissimi haeretici iudicantur, animas paruulorum nihil mali ex Adam trahere, quod sit lauacro regenerationis expiandum. nam Pelagii de hac re argumentatio, quae inter alia eius damnabilia etiam litteris apostolicae sedis adiuncta est, ita se habet: 'Si anima', inquit, 'ex traduce non est, sed sola caro tantum habet traducem peccati, sola ergo poenam meretur. iniustum est enim, ut hodie nata anima non ex massa Adae tam antiquum peccatum portet alienum, quia nulla ratione conceditur, ut deus, qui propria peccata dimittit, unum inputet alienum'.

23 Si ergo ita potes animarum adserere sine ulla propagine nouitatem, ut ratione iusta et a fide catholica non aliena etiam sic peccato primi hominis ostendantur obnoxiae, adsere, quod

1 ūram (u *ex corr. m. 1*) $P^3$ peruenerī $VP^4$ (~ *eraso m. 2* peruenerint) curauimus uobis $G$ curabimus $N$ curamus $P^3MFAP^4$ 2 ab eis—*p. 162, 9 desunt* $N$ 3 dirigerē $P^2$ hi* (*fuit* i) $P^1$ non *om.* $P^2$ 4 quia * (*fuit* a) $M$ qui $P^2$ dicut (*sic!*) $P^3$ peccatrice prima $G$ peccatrici $P^2$ 5 aliqua (liqu *ex corr. m. 1*) $P^2$ alibi qua $PP^1$ (bi *m. 2 del.*) $S$ (*m. 2* aliqua) $VP^5$ ab aliqua $G$ aliquid $A$ uera, *m. 2* uere $S$ posse $M$ 6 fi|de illa bene scire $P^2$ hic $P^4$ 7 apertissime $P^1SVP^4$ apertissimę $P^2$ hereti, *m. 2* heretici $P^4$ iudicantur, *m. 2* iudicentur $S$ 8 s*it $P^3$ sit////// (*ras. 4—5 l.*) $G$ expiandam, *m. 1 corr.* expiandum $V$ 9 pelagi $P$ hac] ac $V$ alia eius damnabilia (a eius dam *in spatio uacuo m. 2*) $P^1$ 10 sedes $P^2$ est] s̄ est (s̄ *m. ut uid. 2 del.*) $G$ 11 extra duce $A$ 12 peccanti (n *eras.*) $P^1$ 13 iniustum—alienum *om.* $A$ ade $M$ addat. *m. 2* (?) adam nata $P^4$ 14 antiquum, *ras.* antiqui $V$ anticū, *m. 2* antiquū $P^4$ porte, *m. 1 corr.* portet $G$ nulla ratio ratione $P$ 17 potest $P^3MFA$ propagi (*sic!*) $P^2$ 18 nouitate, *m. 2* nouitatem $SP^5$ ratio n̄ $A$ a *om.* $M$ catholica* $V$ *post* aliena *s. u. ras. 2 l.* $G$ 19 sic *om. Eugippi cod. Vat.* sit (t *exp.*) $P^2$ si $A$ peccato (o *ex corr. m. 1*) $G$ ostendatur $P^2G$ obnoxia $G$ obnixae $A$ asserere $P^2MFA$

sentis, ut potes. si autem non eas aliter potes a propagatione facere alienas, nisi ut simul facias ab omni peccati uinculo liberas, cohibe te ab huius modi disputatione omni modo. non est enim falsa etiam in paruulorum baptismate remissio peccatorum nec uerbo tenus dicitur, sed ueraciter agitur. nam, ut iam uerbis utar, quae in ipsa epistula beatissimi antistitis Zosimi leguntur, 'fidelis dominus in uerbis suis eiusque baptismus re ac uerbis, id est opere, confessione et remissione uera peccatorum in omni sexu, aetate, condicione generis humani eandem plenitudinem tenet. nullus enim, nisi qui peccati seruus est, liber efficitur nec redemptus dici potest, nisi qui uere per peccatum fuerit ante captiuus, sicut scriptum est: Si uos filius liberauerit, uere liberi eritis. per ipsum enim renascimur spiritaliter, per ipsum crucifigimur mundo, ipsius morte mortis ab Adam omnibus nobis introductae atque transmissae uniuersae animae illud propagatione contractum chirographum rumpitur, in quo nullus omnino natorum, antequam per baptismum liberetur, non tenetur obnoxius'. in his uerbis apostolicae sedis tam antiqua atque

7 Ps. 144, 13  13 Ioh. 8, 36

1 sentis] sit $P^{2}$  eas] potes $P^{2}$  propagine $PP^{1}SVAP^{5}$  2 peccato $P^{2}P^{3}$ (*m. 2* peccati)  3 coibet (t *eras.*) te $P^{1}$ cohibete *A* cohibere *G* qua ibi te $P^{2}$  ad $P^{3}$  huiusm$^{o}$ , *m. 1* (?) *add.* di *G*  disputationi $P^{2}$  4 est *in fine u. om. P*  etiam *et* paruulorum *om. Eugippi cod. Vat.*  in *om.* $P^{4}$  6 ut iam] utinā *M*  ipsa *om. M*  antistitis, *m. 2* antestitis $P^{1}$ antestitis *P* (*m. 2* antistitis) *F* antistis $MP^{4}$ (*m. 2* antistitis)  8 baptisma, *m. 2* baptismus $P^{1}$ baptissimus *F*  opere] opere et $P^{3}$  uera remissione *G*  9 uera *om., m. 1 add. M* uero *P*  10 eundem $P^{2}$  tenent $MFAP^{4}$ tene $P^{2}$  nisi *om. G*  qui (i *ex corr. m. 2; fuitne* e ?) $P^{1}$ quia, *m. 2* qui *S*  11 *ante* est *m. ut uid. 2 add.* ñ *G*  efficitur (*fuit* a) *G*  nisi, *sed* si *super ras.* (*m. 1*?) *V* qui (i *ex corr. m. 2; fuitne* e ?) $P^{1}$ quia, *m. 2* qui *S*  14 renascimur—ipsum *om., in marg.* per ipsum—spiritaliter *m. 1 add., quo factum est, ut* enim *bis extet F*  renascimus $P^{2}$  15 morte] mortē *A*  omnibus] in omnibus *M*  uobis $P^{2}$  intro|ducit tę, *sed* it *expuncto m. 1* (?) *corr.* intro|ductę $P^{4}$  16 propagine $PP^{1}SVP^{5}m$  17 omnino] hominum $P^{2}$  18 tenetur] ueretur $P^{2}$  19 adque, *m. 2* atque $P^{1}$

fundata, tam certa et clara est catholica fides, ut nefas sit de illa dubitare Christiano.

24 Quoniam ergo morte Christi non unius aut aliquarum sed uniuersae animae propagatione contractum mortis chirographum rumpitur, si potes animas sic alienas a propagatione defendere, ut tamen hoc chirographo, quod sola Christi morte rumpendum est, rectissima ratione demonstrentur obstrictae nec sua propagatione sed carnis hoc debito iuste appareant obligatae, non solum nemine prohibente defende, uerum etiam nobis, quo modo id tecum defendere possimus, ostende. si autem aliter non potes, quod de animarum nouitate sentis, adserere, nisi ut eas dicas peccato primi hominis non teneri aut per propagationem non suam sed carnis auctore deo uel nescio qua mali natura innocentissimas fieri peccatrices, melius origo animae latet, dum tamen eam non dubitemus dei esse creaturam, quam uel deus peccati auctor dicitur uel contra deum aliena mali natura introducitur uel baptisma paruulorum inritum ducitur.

1 fundata tam] fundatata *V* fundatā $P^2$ fundata (*om.* tam) $P^3MFAP^4G$ *edd.* catholice, *m. 2* catholica $P^1$ 2 illo, *m. 2* illa $P^1$ christianum *G* 3 quod $P^2$ 4 propagine $PP^1SVP^5$ *m* 5 potest *MFA* propagine $PP^1SVP^5$ *m* defendere ut (efendere u *ex corr. m. 1*) $P^2$ 6 hoc *om., m. 1 add.* $P^4$ cirographo (*postr. l. ex corr.*) *V* morte christi $P^1SV$ rumpendus *P* rumpendam, *corr.* rumpendum $P^3$ 7 obst (*pro* rictae *spatium 5—6 l. uacuum*) *M* 8 propagine $P^1$ *m* cordis *M* debitor iste (ap-pareat $P^2$ 9 *post* ñ *ras.* (*fuitne* ne?) *V* defendunt *MF* uerum] uolumus $P^2$ id nobis quomodo *edd.* 10 id] haec $P^3$ h///ec *F* hic *MA* 11 potes* (*fuit* t) *S* nouitate sentis] nouitates $P^2$ potestate sentis *M* 12 per *om.* $PP^1$ (*m. 2 add*) $SVP^4P^5G$ 13 propagatione $VP^5$ (*super* e *ras.*) *G* propaginem *m* suam (m *eras.*) *V* sua $PP^5$ (*super* a *ras.*) *G* 14 qua mali natura] cuiquā aliena $P^2$ innocentissimas] introducitursimas *m. 2 del.* $P^4$ feri $P^1$ (*m. 1 corr.* fieri) *S* (*m. 2* fieri) 15 animae nos lateat $PP^1SVP^5$ dei *om. M* creaturam *in ras.* (*m. 1?*) *G* 16 dicitur *S* (*m. 2?* dicatur) *V* (*m. 1? corr.* dicatur) $P^5$ (*m. 2* dicatur) dicatur *P f l r m* alienā (~ *eras.*) *M* alieni, *m. 2* aliena $P^1$ 17 mali *om.* $P^2$ naturā (~ *eras.*) *M* introducitur *S* (*m. 2?* introducatur) $P^5$ (*m. 2* introducatur) introducatur *PV* (a *corr. factum uid.*) *edd. praeter e* baptismum *G* inritum, *m. ut uid. 2* in irritum *G* in irritum $P^3MFAP^4$ ducitur *S* (*m. 2?* ducatur) $P^5$ (*m. 2* ducatur) ducatur *PV* (a *corr. factum uid.*) *m* dicitur $P^2$ dicatur *f l r*

25 Ut autem et a me tua dilectio de hac quaestione aliquid audiat definitum non parui aestimandum, immo praecipue necessarium atque retinendum, quo modo libet se origo habeat animarum, siue ex illa una siue ex nulla alia propagentur, mediatoris tamen animam nullum ex Adam traxisse peccatum dubitare fas non est. si enim nulla propagatur ex altera, ubi omnes tenentur propagata carne peccati, quanto minus credendum est ex propagine peccatricis animam uenire potuisse, cuius caro uenit ex uirgine non libidine concepta sed fide, ut esset in similitudine carnis peccati, non in carne peccati! si autem peccato primae animae peccatricis ideo ceterae tenentur obnoxiae, quia ex illa sunt propagatae, profecto illa, quam sibi unigenitus coaptauit, aut peccatum inde non traxit aut omnino inde non tracta est. neque enim non potuit animam sibi trahere sine peccato, qui soluit nostra peccata, aut, qui nouam creauit ei carni, quam sine parente fecit ex terra, non potuit nouam creare carni, quam sine uiro sumpsit ex femina.

26 Haec, sicut potui, non quidem ad me datis sed tamen ad carissimos nostros sanctitatis tuae litteris non peritia, quam

10 Rom. 8, 3

1 et *om.* $PP^1$ (*m. 2 add.*) $VAP^5$ et a me *om., s. u. m. 1 add.* etiā $P^2$ de hac quaestione *om.* *G* ea $P^2$ 2 parui *ras.* (*ex* parua?) *G* parua *A* parue *F* aestimandum, *m. 2* est aestimandum *S* 3 adque $P^2$ licet *A* se *om.* *A* si $P^2$ originem *A* habet, *m. 2* (?) habeat *G* habeant *A* 4 illa (i *ex corr. m. 1*) $P^2$ propagantur *A* 5 nullam, *m. 2* nullum $P^1$ ex adae $P^2$ 7 propagate $P^2A$ carnem *A* 8 propagatione *A* peccatrici *Eugippi cod. Vat.* uenire non potuisse *Eug.* 10 similitudinē *G* 11 peccato] peccatum *M* (*m. ut uid. 1 corr.* peccato) $FAP^4$ (*corr.* peccato) 12 cetera (*m. 2* cetere) tenentur $P^4$ ce*te (r *eras.?*) retinentur, *m. 2* ce*tere retinentur *G* obnoxiae tenentur $P^2$ qua* , *m. 1 corr.* quia* $P^3$ quae *MFA* 14 non *ante* potuit *om., m. 2 add.* $P^3$ 15 sibi non trahere, *m. 2* sibi contrahere *G* 16 carni, *m. 2* carnē $P^5$ carnē *P* parente—sine *om., s. u. m. 1 add.* parente fecit ex terra ei (*sic!*) quam sine *V* 17 carni, *m. 2* carnē $P^5$ carnem *P* carne| $P^2$ uiro sumpsit (uiro sum *in ras. m. 1*) $P^1$ 19 ad (d *eras.*) $P^5$ me *om., m. 1 add.* *M*

desiderasti, sed sollicita dilectione respondi. si grate accipis et admonitionem fraternam et iam utilem non errando sed prudenter considerando cum ecclesiae pace conseruas, deo gratias. si autem me ista nondum nosse miraris uel etiam nec miraris et me aliquid certum de origine animarum salua ista fide, quae certissima atque clarissima est, mutua caritate docere non rennuis, multo uberius deo gratias. memor nostri domino semper uiuas, domine beatissime et sincera dilectione desiderabilis frater.

## CXCI.

DOMINO VENERABILI ET IN CHRISTI CARITATE SUSCIPIENDO SANCTO FRATRI ET CONPRESBYTERO SIXTO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Ex quo Hipponem litterae benignitatis tuae per sanctum fratrem nostrum Firmum presbyterum directae me absente ue-

1 dilectione, *m. 1 corr.* dilectioni *M* responsione (*exp.*) dilectione *G* accipis* (*fuit* s) $P^1$ accipcs, *m. 1 corr.* accipis *M* 2 fraterna, *m. 2* fraternā *P* etiam *a e* et (*om.* iam) *f l r m* errendo, *m. 1 corr.* errando $P^1$ 3 cum** *F* conseruans $P^3MFA$ ' *đo * (*fuisse uid.* quod) $P^1$ 4 esse *MFA* uel etiam nec miraris *om.* $PP^1SVP^5$ 6 carissima *A* mutua* *V* in tua $P^2P^3MFAP^4$ claritate *MFA* docere *om.*, *m. 1 add. M* doce $P^2$ 7 renuis *edd.* uerberius, *m. 2* uberius *V* domino] in domino *A* *In fine epistulae a. m.:* Emendaui ut potui explct ep aug ad optato epo $P^2$

*B* = *cod. Bononiensis 58, 12 S s. IX.*
*C* = *cod. Coloniensis 80 s. IX.*
*O* = *cod. Bodleianus Laud. misc. 133 s. X in.*
*U* = *cod. Vaticanus 3787 s. XI in.; deest postrema pars a p. 164, 16* nec*—165, 11.*
*N* = *cod. Audomaropolitanus 142 s. XIII.*

(*CSEL XXXV Epistulae imperatorum, pontificum etc. Auellana quae dicitur collectio. rec. Günther p. 111—113*)

11 suspiciendo *C* (*sed* p *et* c *in ras. m. 2*) *O* 12 et conpresbytero xysto *BC* xysto presbytero *U Günther, qui Auellanam huius codicis collectionem expressit* 14 ex] et *U* 15 firmum nostrum *B*

nerunt, posteaquam illas, cum remeassem, quamuis iam inde profecto earum perlatore legere potui, haec prima eademque gratissima rescribendi occurrit occasio per dilectissimum filium nostrum acolithum Albinum. quod autem, quibus simul scripsisti, tunc non eramus simul, ideo factum est, ut singulorum singulas, non unam amborum epistulam sumeres. a me quippe digressus est perlator huius per uenerabilem fratrem et coepiscopum meum Alypium, qui tuae sanctitati aliam rescriberet, transiturus. ad quem etiam ipsas, quas ego iam legeram, litteras tuas ipse portauit. quae nos quanta laetitia perfuderint, quid homo nitatur loqui, quod non potest eloqui? nec te ipsum satis nosse arbitror, sed nobis crede, quantum boni feceris talia nobis scripta mittendo. sicut enim tu testis es animi tui, ita nos nostri, quem ad modum sit affectus illarum sinceritate luculentissima litterarum. si enim breuissimam epistulam tuam, quam de hac ipsa re ad beatissimum senem Aurelium per Leonem acolithum direxisti, exultanti alacritate descripsimus et, quibus poteramus, magno studio legebamus, ubi nobis exposuisti, quid de illo perniciosissimo dogmate uel quid contra de gratia dei, quam pusillis magnisque largitur, cui est illud inimicissimum, sentias, quanta nos putas ista tua prolixiora scripta uel exultatione legisse uel cura, ut legantur, quibus ualuimus, aliis obtulisse atque adhuc, quibus ualemus, offerre! quid enim gratius legi uel audiri potest, quam gratiae dei tam pura defensio aduersus inimicos eius ex ore eius, qui eorundem inimicorum magni momenti patro-

1 posteaquam] postea cum *UN* illam *C* (*m. 2* illas) *O* 2 haec] ac *U* eadem (*om.* que) *O* 4 albinum accolitum *N* Albinum (*om.* acolithum) *a* Albinum acoluthum *eflr* Albinum acolythum *m* 7 digressum *U* 8 alia *U Günth.* rescribere *N* 9 ipsas *om.*, *m. 1* (?) *add. N* iam *om. U Günth.* legerem *Oa* 10 tanta *B* perfuderunt *BN* fuderint *U* 11 nec] quia nec *U Günth.* 12 satis *om. B* 15 luculentissima sinceritate *N* epła *U* 18 discripsimus *B* potuimus *BN* 19 nobis] non *BCOU* 20 de gratia] gratiam *U* largitus *CO* 21 quanto *COU Günth.* 22 tua *om. U Günth.* uel *post* scripta *om. U Günth.* cura] curam et *U* 23 atque] uel *BN* 25 pulcra *aef* 26 patronis *N*

nus antea iactabatur? aut unde uberiores deo debemus agere gratias, quam quod eius sic defenditur gratia ab eis, quibus datur, aduersus eos, quibus uel non datur uel ingratum est, quod datur, quia, ut eis gratum sit, occulto et iusto iudicio dei non datur?

2 Quapropter, domine uenerabilis et in Christi caritate suscipiende sancte frater, quamuis optime facias, cum de hac re scribis ad fratres, apud quos se illi de tua solent efferre amicitia, tamen haec cura maior tibi restat, ut non solum salubri seueritate plectantur, qui errorem illum Christiano infestissimum nomini audent garrire liberius, sed etiam hi diligentissime caueantur uigilantia pastorali propter infirmiores et simpliciores dominicas oues, qui eum pressius quidem atque timidius sed tamen insusurrare non cessant penetrantes domos, sicut ait apostolus, et cetera, quae sequuntur, exercitata impietate facientes. nec illi neglegendi sunt, qui usque ad profundum silentium supprimunt timore, quod sentiunt, sed tamen eandem peruersitatem sentire non desinunt. nonnulli quippe eorum, antequam ipsa pestilentia manifestissimo etiam sedis apostolicae iudicio damnaretur, uobis innotescere potuerunt, quos nunc repente reticuisse perspicitis nec, utrum sa-

14 II Tim. 3, 6—8

1 ante *CO edd.* luctabatur, *m. ut uid. 1 supra* i iactabatur *N* liberiores *CO* ubcrius *U Günth.* gratias agere *N* 2 quam (am *in ras. m. 2*) *C* quot *O* quod, *m. 1 corr.* quot *O* 3 quibus non (*om.* uel) *U Günth.* 4 quia ut] qui aut *U* 6 caritate] gratia *U Günth.* suscipiende, *m. 2* suspiciende *C* suscipiendo *U* 7 frater *corr. ex* pater *U* facis *BN* 8 se illi de] aliut *B* 9 tamen] maior *B* curam *C* (m *eras.*) *O* salubris eueritate *U* 10 nomini infestissimum *U Günth.* 11 hii *C* (*alterum* i *eras.*) *UN* huic *B* ii *f l r m* uigilantissime *N* 12 diligentia *N* 13 eum] cum *N* quidem atque] quidam autem *a e* quidem ac *U cett. edd. Günth.* 15 sicuti *U Günth.* exercitatas *U* exercita *N m* 16 facientes] facientes et reliquum; *cetera* nec—*p. 165, 11 desunt U* 18 sentire *om., in marg. m. 1 add. B* dissinunt *B* 19 ista *BN edd. praeter a* 21 repenti *C* (*m. 2* repente) *O*

nati sint, sciri potest, nisi cum non solum dogmata illa falsa tacuerint, uerum etiam illis uera contraria eo, quo illa solent, studio defensauerint. qui tamen lenius sunt profecto tractandi; quid enim eos terreri opus est, quos satis territos ipsa taciturnitas monstrat? nec ideo tamquam sani praetereundi sunt diligentia medicinae, quorum uulnus in abdito est. etsi enim terrendi non sunt, tamen docendi sunt et, quantum existimo, facilius possunt, dum in eis timor seueritatis doctorem adiuuat ueritatis. ut opitulante domino gratia eius intellecta atque dilecta etiam loquendo expugnent, quod iam loqui non audent.

## CXCII.

DOMINO VENERABILI NIMIUMQUE DESIDERABILI SANCTO FRATRI ET CONDIACONO CAELESTINO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Quamuis longe absens fuerim, quando per Proiectum clericum ad me directa Hipponem sanctitatis tuae scripta uenerunt, tamen, posteaquam ueni eisque lectis rescriptorum debitorem me factum esse cognoui, reddendi tempus opperiebar. et ecce

1 scire *C* (*m. 2* sciri) *O* cum non solum] non solum (*om.* cum) *B* conscium *CO* 2 quo] quod *B* 3 profecto sunt *edd.* 4 terreri, *corr.* terrere *C* opus est terreri *N* 8 timore *B* 9 gratia* *C* gratiae *O*

*P* = *cod. Parisinus 12193 s. IX.*
$P^1$ = *cod. Parisinus 12226 s. IX.*
$P^2$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1672 s. IX.*
*S* = *cod. Sangallensis 174 s. IX.*
*H* = *cod. Palatinus 209 s. X.*
$P^3$ = *cod. Parisinus 1958 s. XI.*
*M* = *cod. Bononiensis 47 s. XII.*

13 *Inscriptionem om.* $PP^3$ uenerabi...... desiderabi, *a. m.* uenerabili...... desiderabili $P^2$ 17 directam $P^1$ (m *m. 2 del.*) $P^3$ (m *eras.*) directum *SM* 18 rescriptorē $P^2$ debitorum, *m. 2* (?) debitorem *S* 19 reddenti $PP^1$ (*m. 2* reddendi) *S* (*m. 2 ?* reddendi) $P^3$

subito profecturi a nobis carissimi fratris nostri Albini acolithi gratissima occurrit occasio. de tua igitur, quae mihi exoptatissima est, salute laetatus sanctitati tuae salutationem debitam reddo. semper autem debeo caritatem, quae sola etiam reddita semper detinet debitorem. redditur enim, cum inpenditur; debetur autem, etiamsi reddita fuerit, quia nullum est tempus, quando inpendenda iam non sit. nec, cum redditur. amittitur, sed potius reddendo multiplicatur; habendo enim redditur, non carendo. et cum reddi non possit, nisi habeatur. nec haberi potest, nisi reddatur; immo etiam, cum redditur ab homine, crescit in homine et tanto maior adquiritur, quanto plurius redditur. quo modo autem negatur amicis, quae debetur et inimicis? sed inimicis cauta inpenditur, amicis secura rependitur. agit tamen, quantum potest, ut ab his etiam, quibus pro malis bona retribuet, id recipiat, quod inpendit. optamus quippe fieri amicum, quem ueraciter diligimus inimicum, quia non eum diligimus, nisi uelimus bonum; quod utique non erit, nisi amiserit inimicitiarum malum.

2 Non ergo sic inpenditur caritas ut pecunia. excepto enim, quod illa inpendendo minuitur, haec augetur, etiam illo inter se differunt, quod pecuniam cui dederimus, tunc ei beniuolentiores erimus, si recipere non quaeramus, non autem potest esse uerus caritatis inpensor, nisi fuerit benignus exactor, quoniam pecunia cum recipitur, accedit, cui datur, sed recedit, a quo datur, caritas uero non solum apud eum crescit.

1 subito] mihi $P^2$ fratres, *m. 2* fratris $P^1$ aluini $P^1P^2$ accoliti *H* 3 sanctitati, *m. 2* sanctitatis *P* resalutationem $P^2$ 4 caritatem quae sola *om. M* 7 st *M* reditur, *m. 1 corr.* redditur $P^1$ 8 sed—multiplicatur *om.* $P^2$ multiplicatur *om. M* 12 pluribus $P^2$ *edd.; in S adscriptum est:* ·N· plurius: *cf. Neue-Wagener Formenlehre der lat. Spr. II p. 208* negabitur $P^2$ negetur *edd.* 13 et *om. H* cauta, *m. 2* caute *P* 15 retribuet *P* (*m. 2* retribuit) $P^1$ (*m. 1 corr.* retribuit) retribuit $P^2$ *edd.* 17 bonam, *m. 2* bonum *S* 18 inimiciarum, *m. 2* inimicitiarum, *S* 20 impendendo illa *edd.* diminuitur *edd.* etiam—differunt *om.* $P^2$ illo *bis, alterum del. M* 21 dederimus] uiderimus *P* 24 cum] quę *M*

qui hanc ab eo, quem diligit, exigit, etiamsi non recipit, sed etiam ille, a quo eam recipit, tunc incipit habere, cum reddit. proinde, domine frater, mutuam tibi caritatem libens reddo gaudensque recipio; quam recipio, adhuc repeto, quam reddo, adhuc debeo. unum enim magistrum, apud quem condiscipuli sumus, per eius apostolum dociles audire debemus praecipientem ac dicentem: Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis.

## CXCIII.

DOMINO DILECTISSIMO ET IN CHRISTI MEMBRIS SINCERISSIMA CARITATE PRAEDICANDO FILIO MERCATORI AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Litterae dilectionis tuae, quas prius abs te missas apud Carthaginem accepi, tanto me affecerunt gaudio, ut etiam in posterioribus te suscensentem, quod tibi non rescripserim, gratissime acceperim. ipsa quippe indignatio tua non erat simultatis initium sed indicium caritatis. ut autem a Carthagine non rescriberem, non occasio defuit perlatorum, sed alia magis urgentia, donec inde proficisceremur, nos occupatissimos

7 Rom. 13, 8

1 quia, *m. 2 (?)* qui *S* recepit, *m. 2* recipit $P^1P^3$ recepit *S* (*m. 1 corr.* recipit) *H a e* 2 recepit, *corr.* recipit *H* recepit *a e* reddit̃ (= redditur) $P^2$ 6 docibiles *a e f* precipientem eum ac $P^2$ 7 nemine *P*

*B = cod. Bononiensis 58, 12 S s. IX,*

*ex quo codice haec epistula primum edita est a Maurinis.*

*D = liber de VIII Dulcitii quaestionibus,*

*in quem Augustinus posteriorem huius epistulae partem (p. 172, 20—175, 24) ad uerbum transcripsit (quaest. III 2—6; Migne patrol. lat. XL p. 159, 25—161, 16).*

11 august̃/// *B* 15 suscitem *B* 16 acciperim *B* 17 simulatis, *m. 1 corr.* simultatis *B* 18 occa·sio (*fuitne* s *?*) *B*

et intentissimos continebant. cum uero inde digressi sumus, perreximus usque ad Mauretaniam Caesariensem, quo nos ecclesiastica necessitas traxit. per quas totas terras cum intentionem nostram huc atque illuc, quae ingerebantur sensibus diuersa, raptarent, nullius, ut tibi rescriberem, adfuit admonitoris instantia, nulla occurrit opportunitas perlatoris. deinde remeans alias apud nostros iam querela exasperatas litteras tuae sinceritatis inueni et alium aduersus nouos haereticos librum refertum sanctarum testimoniis paginarum. quibus lectis excursisque etiam illis, quae primum miseras, quia et carissimi fratris nostri Albini ecclesiae Romanae acolithi opportunissima se offerebat occasio, rescribendum fuit.

2 Ego itaque te, fili dilectissime, scribentem mihi uel ad me consideranda tua scripta mittentem absit ut neglegenter accipiam uel superba uanitate contemnam, praesertim cum mihi de te gaudium tanto maius sit, quanto magis inopinatum inprouisumque prouenit; fateor enim, tantum te profecisse nesciebam. et quid nobis esse debet optatius, quam ut abundent, qui errores infestantes catholicam fidem et insidiantes ......... ineruditisque fratribus infirmis usquequaque redarguant et ecclesiam Christi aduersus profanas uocum nouitates acriter fideliterque defendant, quando quidem, sicut scriptum est, multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum? inspexi ergo cor tuum in scriptis tuis, quantum potui, et inueni amplectendum et hortandum, ut perseuerantissima diligentia in anteriora te extendas adiuuante domino uires tuas, qui tibi eas, quas nutriret, dedit.

II 3 Non autem parum ueritati propinquarunt in quaestione de baptismo paruulorum, quos deuios in uiam reuocare conamur,

21 I Tim. 6, 20 23 Sap. 6, 26

2 Mauritaniam *m* quo *om. B* 8 aduersus (*postr. l. in ras. m. ut uid. 1*) *B* 9 scripturarum *m* 11 acolothi *B* acolythi *m* 12 fiat *B* 17 proficisse *B* 19 catho *folii putredine perditum, m. 2 restitutum B lacunam significaui;* insidiantes infirmis ineruditisque fratribus *m* 25 perreuerentissima *B*

cum infantulum quamlibet recenti partu matris effusum tamen per eos, a quibus baptizandus offertur, credere confitentur. cum enim dicunt, sicut scribis, non infantes ita credere in remissionem peccatorum, tamquam et illis remittantur, quos nullum putant habere peccatum, sed, quia ipsi quoque idem lauacrum percipiunt, quo fit, in quibuscumque fit, remissio peccatorum, hanc fieri credere in aliis, quae non fit in eis, cum ergo dicunt 'non ita credunt, sed ita credunt', profecto eos non ambigunt credere. audiant itaque dominum: Qui credit in filium, habet uitam aeternam; qui autem incredulus est filio, non uidebit uitam, sed ira dei manet super eum. quapropter infantes, quia per alios fiunt credentes, a quibus baptizandi offeruntur, per illos utique sunt increduli, si apud tales sunt, qui eos, dum nihil prodesse credunt, offerendos esse non credunt, ac per hoc, si per credentes credunt et habent uitam aeternam, profecto per incredulos increduli sunt et non uidebunt uitam, sed ira dei manet super eos. non enim dictum est 'uenit super eos', sed 'manet super eos', quia ex origine erat iam in eis nec omnino nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum aufertur ab eis. de hac ira legitur etiam in libro Iob: Homo natus ex muliere breuis uitae et plenus iracundia. unde igitur ira dei super innocentiam paruuli nisi originalis sorte ac sorde peccati? de qua in eodem libro itidem scriptum est non esse ab hac mundum nec infantem, cuius est unius diei uita super terram.

4 Non ergo in istis nihil egit, quod aduersus eos instantissime disputatur et eorum auribus catholicae uoces hinc atque inde circumsonant, quando quidem uolentes argumentari contra sacramenta ecclesiae confessi sunt tamen paruulos credere. non eis ergo promittant uitam, etiamsi non fuerint baptizati; de

9 Ioh. 3, 36 20 Rom. 7, 25 21; 25 Iob 14, 1; 5 sec. Septuag.

1 infantem *m* tam *B* 12 qua (*m. 1 corr.* quia) propter *B* 19 *post* eos *ras. 7—8 l. et post rasuram* tum est uenit super eos sed manet super eos *repetitum sed m. ut uid. 1 deletum B* 22 iracundiae *m*

qua enim alia uita dicitur: Qui incredulus est filio, non uidebit uitam? nec eos a regno caelorum sic fateantur alienos, ut tamen a damnatione defendant; nam quid nisi damnatio significatur per iram, quam dominus super non credentem manere testatur? multum prorsus accessum est et sine scrupulosa conflictatione causa finita est. si enim concedunt paruulos credere, procul dubio, sicut eos tenet illa sententia: Qui non renatus fuerit ex aqua et spiritu, non intrabit in regnum caelorum, sic etiam ista, quae eiusdem domini est: Qui crediderit et baptizatus fuerit, saluus erit; qui autem non crediderit, condemnabitur. quia ergo, cum paruuli baptizantur, fatentur isti eos esse credentes, damnari non dubitent non credentes et audeant iam dicere, si possunt, a iusto deo damnari nihil mali ex origine trahentes et peccati contagium non habentes.

III 5 Illud uero, quod in litteris tuis commemorasti obicere nobis Enoch et Heliam, quod mortui non fuerint, sed cum suis corporibus ex ista hominum conuersatione translati, quid eos ad hoc, unde agitur, adiuuet, non intellego. ut enim omittam, quod ipsi quoque morituri postea perhibentur, sicut plerique exponunt Apocalypsin Iohannis de duobus illis prophetis, de quibus tacitis eorum nominibus loquitur, quod isti duo sancti cum suis tunc corporibus apparebunt, in quibus nunc uiuunt, ut etiam ipsi quem ad modum ceteri martyres pro Christi ueritate moriantur, ut ergo hoc omittam, ista quaestione dilata, quo modo libet sese habeat, quid istos adiuuat, quaeso te? neque enim hinc ostendunt non propter peccatum homines secundum corpus mori. nam si deus, qui tam multis fidelibus suis donat ipsa peccata, uoluit quibusdam etiam istam poenam donare peccati, qui nos sumus, qui respondeamus deo, cur alius sic alius autem sic?

1 Ioh. 3, 36 8 Ioh. 3, 5 10 Marc. 16, 16 21 Apoc. 11, 3—7 30 Rom. 9, 20 31 I Cor. 7, 7

5 prorsus/// (*parua ras.*) *B* 9 qui *B* 20 *post* quoque *ras. 1—2 l. B* 21 Apocalypsim *m* 22 tacit//is, *fuisse uid.* tacitus *B*

6 Dicimus ergo, quod apertissime apostolus ait: Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem uita est propter iustitiam. si autem spiritus eius, qui suscitauit Christum a mortuis, habitat in uobis, qui suscitauit Christum a mortuis, uiuificabit et mortalia corpora uestra per inhabitantem spiritum eius in uobis. nec tamen ista sic dicimus, ut negemus deum posse, in quibus uoluerit, nunc facere sine morte, quod sine dubitatione credimus in tam multis facturum esse post mortem; nec ideo tamen illud falsum erit, quod per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit et per peccatum mors et ita in omnes homines pertransiit. hoc enim dictum est, quia, nisi per peccatum mors intrasset, nulla mors esset. nam et cum dicimus: 'Omnes propter peccata mittuntur in gehennam', numquid ideo falsum dicimus, quia non omnes homines mittuntur in gehennam? illud quippe ideo uerum est, non quia omnis homo mittitur, sed quia nullus nisi peccatorum meritis mittitur. talis est e contrario etiam illa sententia: Per unius iustificationem in omnes homines ad iustificationem uitae; non enim omnes homines pertinent ad iustificationem Christi, sed hoc dictum est, quia nemo iustificatur nisi per Christum.

7 Magis ergo illa quaestio non inmerito mouet, cur poena peccati peccato non remanente remanet, id est si mors etiam corporis poena peccati est, ista potius aliqua quaestio est, cur moriatur infans, cum fuerit baptizatus, quam cur mortuus non sit Helias, cum fuerit iustificatus. illius enim finito peccato mouet, cur secuta sit poena peccati; huius autem finito peccato mouere non debet, si non sequatur poena peccati. si ergo illam quaestionem de morte baptizatorum, cur facta abo-

1 Rom. 8, 10—11 11 Rom. 5, 12 19 Rom. 5, 18

12 in omnes *ex corr. m. 1, fuit* nomines *B* 13 per peccatum non intrasset *B* 17 homo mittatur *m* 26 poena* *B* 28 illius] alii (alii—172, 1 in libris de bab *in ras. m. 1) B* 29 autem] etiam *m*

litione peccati sequatur tamen quaedam poena peccati, in libris de baptismo paruulorum, quos tibi scio esse notissimos, quantum potuimus, domino adiuuante dissoluimus, quanto minus ista mouere nos debet, ubi dicitur: ‘Quare iustus Helias mortuus non est, si mors poena peccati est?’ quasi diceretur: ‘Quare peccator Helias mortuus non est, si mors poena peccati est?’

8 Nisi forte aliud ex alio mouent et dicunt: ‘Si Enoch et Helias usque adeo non habebant peccatum, ut nec mortem, quae peccati est poena, paterentur, quo modo nemo hic uiuit sine peccato?’ quasi non eis probabilius respondeatur: ‘Ideo, quos finitis peccatis uoluit deus uiuere, non hic permissi sunt uiuere, quoniam hic quisquam sine peccato non potest uiuere.’ sed haec atque huius modi aduersus istos dici potuerunt, si pro certo alicunde conuincerent illos numquam esse morituros. cum uero id docere non possint, melius ergo creditur Enoch et Helia*m* morituros in mundi fine, meliusque *cum* illos uenturos credatur ad mortem, nihil est, cur eos uelint nobis obicere causae suae nulla ex parte aliquid profuturos.

IV 9 Illi autem, de quibus dixit apostolus, cum loqueretur de resurrectione mortuorum: Et nos uiuentes qui reliqui sumus, simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera et ita semper cum domino erimus, adferunt quidem aliquid quaestionis, sed per se ipsos non propter istos. nam etsi non sunt etiam ipsi morituri, quid istos adiuuent omnino non uideo, cum talia de his dici possint, qualia de illis dicta sunt duobus. sed re uera, quantum ad

1 De peccatorum meritis et remissione et de baptismo paruulorum II 30, 49—34, 56  21 I Thess. 4, 16

12 dominus *m*  hic *om., m. 1 add. B*  14 //istos (*perparua ras.*) *B*  15 aliunde, *m. 1 corr.* alicunde *B* aliunde *m*  16 melius—fine *om. m*  17 elias, *m. 1 corr.* helias *B; emendaui* Heliam  cum *addidi*  uenturos esse credatur *m*  18 obi*cere *B*  22 inobiam, *m. ut uid. 1 corr.* inobuiam *B; Gr.* εἰς ἀπάντησιν; *cf. p. 173, 25*  26 dici non possint (possint *ras. ex* possunt) *B*

uerba beati apostoli pertinet, uidetur adserere quosdam in fine saeculi adueniente domino, cum futura est resurrectio mortuorum, non esse morituros, sed uiuos repertos in illam inmortalitatem, quae sanctis etiam ceteris datur, repente mutandos et simul cum illis rapiendos, sicut dicit, in nubibus; nec aliquid aliud mihi uisum est, quotiens de his uerbis uolui cogitare.

10 Sed uellem hinc potius audire doctiores, ne illis etiam, qui putant aliquos morte non praecedente uiuificatos ad uitam perpetuam transituros, dicere inueniatur apostolus: Stulte, tu quod seminas, non uiuificatur, nisi prius moriatur. nam et illud, quod in plerisque codicibus legitur, 'omnes resurgemus' unde fieri poterit, nisi omnes moriamur? resurrectio quippe, nisi mors praecesserit, nulla est. et quod nonnulli codices habent 'omnes dormiemus', multo facilius et apertius id cogit intellegi. et si quid aliud tale in sanctis litteris inuenitur, ad id uidetur inpellere, ut nullus hominum existimetur inmortalitatem, nisi mors praecesserit, adepturus. proinde ubi dixit apostolus: Et nos uiuentes qui reliqui sumus in aduentum domini, non praeueniemus eos, qui ante dormierunt. ipse enim dominus in iussu, in uoce archangeli et in tuba dei descendet de caelo et mortui in Christo resurgent primi; deinde nos uiuentes qui reliqui sumus, simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera et ita semper cum domino erimus, uellem, sicut dixi, de his audire doctiores et, si modo potuerint haec ita exponi, ut in eis possit intellegi omnes homines, qui uiuunt uel post nos uicturi sunt, esse morituros, corrigere, quod hinc aliquando

10 I Cor. 15, 36 12 I Cor. 15, 51 19 I Thess. 4, 14—16

5 nec *om*, *m. 1 add. B* 8 uelle *B* 9 uiuicatos, *m. 2* uiuificatos *B* 11 prius *om. D et Gr.; cf. p. 174, 18 et ep. CCV 6 med.* 13 potuit *B* 20 in aduentu *B* 22 discendit *B* 25 in aere *B* 26 de his] de his uerbis *D* 27 doctores *B* modo] mihi *D* poterint *B* ut in *prorsus euanuit B*

aliter sensi. neque enim debemus indociles esse doctores et certe melius homo corrigitur paruus, quam frangitur durus, cum his, quae scripsimus, ita nostra uel aliorum exerceatur et erudiatur infirmitas, ut tamen in eis nulla uelut canonica constituatur auctoritas.

11 Si autem in his uerbis apostoli nullus alius sensus potuerit reperiri et hoc eum intellegi uoluisse claruerit, quod uidentur uerba ipsa clamare, id est quod futuri sint in fine saeculi et in aduentu domini, qui non expolientur corpore, sed superinduantur inmortalitate, ut absorbeatur mortale a uita, huic sententiae procul dubio conueniet, quod in regula fidei confitemur uenturum dominum iudicaturum uiuos et mortuos, ut non hic intellegamus uiuos iustos, mortuos autem iniustos, quamuis iudicandi sint iusti et iniusti, sed uiuos, quos nondum exisse, mortuos autem, quos iam exisse de corporibus aduentus eius inueniet. quae si ita esse constiterit, illa uerba excutienda erunt, quo modo sic accipiemus 'tu quod seminas, non uiuificatur, nisi moriatur', et 'omnes resurgemus' siue 'omnes dormiemus,' ut non aduersentur huic sententiae, qua quidam creduntur etiam cum suis corporibus in aeternum non degustata morte uicturi.

12 Sed utrumlibet horum ueracior ac perspicacior intellectus inueniatur, quid ad causam pertinet istorum, siue omnes debita morte plectantur siue aliquibus ab hac condicione parcatur, cum tamen constet mortem non solum animae uerum etiam corporis secuturam non fuisse, si peccatum non praecessisset, et gratiae mirabiliore uirtute iustos a morte ad aeternam beatitudinem reuiuiscere, quam in mortis experientiam non ue-

10 II Cor. 5, 4  12 II Tim. 4, 1  17 I Cor. 15, 36; 51

2 prauus *Maurini in D, ubi codd. inter* paruus *et* prauus *uariant* 3 iis *m* 6 autem] enim *m* poterit *D* 9 in *om. D* 15 exiisse *m* exiisse *m* 17 accipiamus *D* 18 nisi prius moriatur *m; cf. p. 173, 11* 19 ut *om. B* 20 quidem (e *ex corr. m. 1*) *B* 21 gustata *D* 22 et *m D* 23 *inter* inueniatur *et* inueniat *uariant codd. in D* pertinebit *D* 25 constat, *m. 1 corr.* constet *B* 28 ueni . . *prorsus euanuit B*

nire? haec propter illos, de quibus mihi scripsisti, satis dicta sint, quamuis eos iam non existimem dicere, etiamsi non peccasset Adam, fuisse uel corpore moriturum.

13 Ceterum quod adtinet ad quaestionem resurrectionis, propter illos, qui creduntur non esse morituri sed ex hac mortalitate ad inmortalitatem sine media morte transituri, inquisitio diligentior adhibenda est et, si quid hinc absolutum ac definitum disputatione rationabili atque perfecta uel audisti uel legisti uel etiam ipse excogitare potuisti siue adhuc audire aut legere aut excogitare potueris, peto mihi mittere non graueris. ego enim, quod confitendum est caritati tuae, plus amo discere quam docere. nam haec admonemur etiam dicente apostolo Iacobo: Sit autem omnis homo uelox ad audiendum, tardus ad loquendum. ut ergo discamus, inuitare nos debet suauitas ueritatis; ut autem doceamus, cogere necessitas caritatis. ubi potius optandum est, ut transeat ista necessitas, qua hominem docet aliquid homo, ut simus omnes dociles deo, quamuis hoc simus, cum ea, quae ad ueram pietatem pertinent, discimus, etiam quando illa docere uidetur homo. quia neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. cum itaque, si deus incrementum non daret, nihil essent apostoli plantatores et rigatores, quanto magis ego uel tu uel quilibet huius temporis homines, quando nobis uidemur esse doctores!

13 Iac. 1, 19 17 Ioh. 6, 45; Es. 54, 13 20 I Cor. 3, 7

2 si///nt (*parua ras.*) *B* etiam, *m. 1 corr.* etiamsi *B* 4 attinet quod *signis corr. B* 6 morte media *D* 8 rationabili/// (*parua ras.*) *B* 9 cogitare *m* potuistis iue *B* 10 cogitare *m* 12 hoc *m D* 14 tardus autem ad *D sec. Vulg.* dicamus, *m. 1 corr.* discamus *B* 15 cogere necessitatis ubi *B* 17 homo et simus *D* docibiles *m D sec. Vulg.* 18 dei *m sec. sacr. litt.; in D uariant codd. inter* deo *et* dei 19 dicimus *B*

## CXCIV.

DOMINO IN DOMINO DOMINORUM DILECTISSIMO FRATRI SANCTO ET CONPRESBYTERO SIXTO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

I 1 In epistula, quam per carissimum fratrem nostrum Albinum acolithum misi, prolixiorem me missurum esse promisi per sanctum fratrem et conpresbyterum nostrum Firmum, qui nobis litteras adtulit sinceritatis tuae plenas sinceritate fidei tuae, quae nobis tantum gaudium contulerunt, quantum magis possumus habere quam dicere. quod enim fatendum est caritati tuae, tristes eramus nimis, cum fama iactaret inimicis Christianae gratiae te fauere. sed ut haec tristitia de nostris cordibus tergeretur, primo te priorem anathema eis in populo frequentissimo pronuntiasse eadem fama non tacuit; deinde cum litteris apostolicae sedis de illorum damnatione ad Africam missis tuae quoque litterae ad uenerabilem senem Aurelium consecutae sunt, quae tametsi breues erant, tuum tamen uigorem aduersus eorum errorem satis indicabant; nunc uero

*B* = *cod. Bononiensis 58, 12 S s. IX.*
*C* = *cod. Coloniensis 80 s. IX.*
*O* = *cod. Bodleianus Laud. misc. 133 s. X in.*
*P* = *cod. Parisinus 12220 s. X.*
*P*¹ = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*M* = *cod. Marcianus 637 s. XII.*
*N* = *cod. Audomaropolitanus 142 s. XIII.*

*S* = *fragm. cod. Sangallensis 190 s. VIII—IX:*
*p. 201, 4* quam quaeso—*204, 5* non miretur

2 sancto fratri *PP¹M edd.* 3 xysto *C* in domino salutem *om. PM* 5 in epistulam *B* epistolā (*om.* in) *M* epistola *P* (*m. 2* in epistola) *m* aluinum *P* 6 accolitum *P¹* prolixiorem (m *s. u.*) *P* esse *om. PM* 7 qui (ui *in ras. m. 1 et deinceps ras. 1—2 l.*) *B* 8 plenas (s *s. u.*) *P* sinceritate *om. N* 11 tristis eram *P¹* 13 priore *M* 14 frequentissime *BPP¹N* deinde] denique *N* 16 misis, *m. 2* missis *B* 17 quae tametsi breues erant *om. CO* tametsi] si *N* 18 errorum, *m. 1 (?) corr.* errorem *C*

cum apertius et latius, quid de illo dogmate contraque sentires, in litteris tuis fides ipsa nobiscum Romanae ecclesiae loqueretur, cui potissimum beatus apostolus Paulus de gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum multa et multipliciter est locutus, non solum illud omne tristitiae nubilum fugit de cordibus nostris, sed etiam tantum ibi laetitiae lumen infulsit, ut nihil egisse in nobis uideretur ille maeror et timor nisi successurorum ampliorem flagrantiam gaudiorum.

2 Itaque te, frater carissime, quamuis non uideamus oculis carnis, animo tamen in fide Christi, in gratia Christi, in membris Christi tenemus, amplectimur, osculamur et remeante a nobis ad te nostrorum inuicem conloquiorum sanctissimo et fidelissimo perlatore, quem uoluisti esse apud nos non solum aduectorem scriptorum tuorum uerum etiam narratorem testemque factorum, rescripta persoluimus et aliquanto diutius tecum sermocinamur admonentes, ut docendis instes, quibus terrendis satis, quantum comperimus, institisti. sunt enim quidam, qui iustissime damnatas impietates adhuc liberius defendendas putant, et sunt, qui occultius penetrant domos et, quod in aperto clamare iam metuunt, in secreto

3 Rom. 7, 25 19 II Tim. 3, 6

1 contra quę sentires litteris *M* contra quęrenti res litteris *P* 2 fide *CO* 3 loqueretur *om. P* cui *om., s. u.* et *add., sed exp. P* paulus apostolus *signis corr. P*[1] ap, *m. 2 supra* apostolus *B* apostolus (*om.* Paulus) *N* 4 nostrum *om. BN* multa et *in fine u. om. P*[1] 5 illud *om. PM* omnis *BN* 6 fugiit *C* (*alterum* i *eras.*) *O* tantum] tm̄ *N* 7 effulsit *N* in nobis egisse *BP*[1]*N* 8 nisi] nihil, *quo exp. m. 2 supra* nisi *P* successorum *CON* successus horum *PM* fragrantiam, *corr.* flagrantiam *P* 9 te *om. P* (*post* non *s. u. add.*) *P*[1]*M* te *post* non *habet m* oculos, *corr.* oculis *P* 10 in gratia Christi in membris Christi *om. PM* 11 tenemus *an* tenemur *incertum B* teneamus *C* (a *eras.*) *O* amplectemur *C* (*m. 2* amplectimur) *O* rem//////ean////te *P* 12 ad] a *B* 13 fidelissimo] felicissimo *O* 14 aduectorem, *m. 1 corr.* aduictorem *O* scriptorum—narratorem *om. O* script**orum *C* 15 factorem *C* (*m. 2* factorum) *OP* (*corr.* factorum) aliquando *O* 17 instet *CO* 18 damnatus, *m. 2* damnatas *B* 19 defendas *C* (*m. 2* defendendas) *O* 20 iam clamare *cdd.* metuant, *corr.* metuunt *P*

seminare non quiescunt, sunt autem, qui omnino siluerunt magno timore compressi, sed adhuc corde retinent, quod ore iam proferre non audent, qui tamen esse fratribus possunt ex priore ipsius dogmatis defensione notissimi. proinde alii seuerius cohercendi, alii uigilantius uestigandi, alii tractandi quidem lenius sed non segnius sunt docendi, ut, si non timentur, ne perdant, non tamen neglegantur, ne pereant.

II 3 Quod enim putant auferri sibi liberum arbitrium, si nec ipsam bonam uoluntatem sine adiutorio dei hominem habere consenserint, non intellegunt non se firmare humanum arbitrium sed inflare, ut per inania feratur, non in domino tamquam in petra stabili conlocetur; paratur enim uoluntas a domino.

4 Quod autem personarum acceptorem deum se credere existimant, si credant, quod sine ullis praecedentibus meritis, cuius uult, miseretur et, quos dignatur, uocat et, quem uult, religiosum facit, parum adtendunt, quod debita reddatur poena damnato, indebita gratia liberato, ut nec ille se indignum queratur nec dignum se iste glorietur, atque ibi potius acceptionem nullam fieri personarum, ubi una eademque massa damnationis et offensionis inuoluit, ut liberatus de non libe-

12 Prou. 8, 35 sec. Septuag. 14; 20 Act. 10, 34; II Paral. 19, 7; Rom. 2, 11; Eph. 6, 9; Col. 3, 25; I Petr. 1, 17 16 Rom. 9, 18 II Thess. 1, 11

1 siluerunt, *m. 2 supra* siluerint *B* 2 corda *C* (*m. 2* corde) *O* in corde $P^1$ or, *m. 1 corr.* ore *B* 3 possunt fratribus *edd.* fratribus *om. P* 4 uerius *C* (*m. 2* seuerius) *O* 5 trantaudi, *m. 1 corr.* tractandi $P^1$ 8 si nec] sine *CO* 9 ipsam (am *in ras. m. 2*) bonam (m *in ras. m. 1*) *C* ipsum bonam *O* homine *O* 11 inflare] impellere $PP^1M$ *edd.* non—conlocetur *om. CO* tamquam] quod autem *P* 12 conlocentur *B* enim *del. P* 13 a deo *BN* 14 personarem, *m. 1 (?) corr.* personarum *O* 15 praecedentibus *om. CO* mentis, *corr.* meritis *P* 16 quos] quo *CO* quod, *corr.* quos *P* 17 uul, *m. ut uid. 2* uult *M* religiosum facit] relinquit *M* 18 ////ut (*ras. 1—2 l.*) *B* 19 nec dignum] non dignum *B* iuste (, *eras.*) *P* 21 inuoluat, *m. 1 corr.* inuoluit *O* *post* liberatus *ras. 9—10 l.* $P^1$

rato discat, quod etiam sibi supplicium conueniret, nisi gratia subueniret; si autem gratia, utique nullis meritis reddita sed gratuita bonitate donata.

5 'Sed iniustum est', inquiunt, 'in una eademque mala causa hunc liberari, illum puniri'. nempe ergo iustum est utrumque puniri. quis hoc negauerit? agamus ergo etiam gratias saluatori, dum nobis non redditum cernimus, quod in damnatione similium etiam nobis debitum fuisse cognoscimus. si enim utrique liberarentur, lateret, quid peccato per iustitiam debeatur; si nemo, quid gratia largiretur. ut ergo in hac difficillima quaestione uerbis potius utamur apostoli, uolens deus ostendere iram et demonstrare potentiam suam adtulit in multa patientia uasa irae, quae perfecta sunt in perditionem, et ut notas faceret diuitias gloriae suae in uasa misericordiae. cui non potest figmentum dicere: Quare sic me fecisti? cum habeat potestatem ex eadem massa facere aliud uas in honorem aliud in contumeliam. ubi quia uniuersa ista massa merito damnata est, contumeliam debitam reddit iustitia, honorem donat indebitum gratia non meriti praerogatiua, non fati necessitate, non temeritate fortunae sed altitudine diuitiarum sapientiae et scientiae dei, quam non

11; 15 Rom. 9, 22—23; 20—21 21 Rom. 11, 33

1 supplici*um *B* 2 utique nulli*s (*fuit* u) *P* utique nullius *M* non utique ullis $P^{1}$ 4 *post* sed *m. 2 add.* non *C* 5 illum] hunc *CO* nempe—puniri *om. CO* 6 etiam *om.* *COPP*$^{1}$*MN* (*m. 1 add.*) *edd.* gratia *C* (*m. 2* gratias) *O* 7 nobis in omnibus non *P* 9 utrique liberarentur] liberarentur utique (*sic!*) *B* omnis homo liberaretur utique *Nlrm* debebatur *P* (*post.* b *s. u.*) $P^{1}$*N* deberetur *M* 10 ergo] igitur *N* hęc, *corr.* hac *P* 11 apostolo, *m. 1 corr.* apostoli *O* uolens] quod si uolens *CO sec. sacr. litt.* 14 in perditione *BM pro* et *ras. C* 15 uana, *corr.* uasa *P* 16 dicere figmentum *N sec. sacr. litt.* finxisti *PM* 17 potestatem] potestatem figulus luti *CO sec. sacr. litt.* in honore aliud in contumelia *M* 18 ubi quia] ubiq. (= ubique) *B* uniuersa* ista* massa* *B* massa ista *N* ista *om. P* 19 iustitia* (*fuit* in) *C* 20 donat] dat *M* 22 *post* diuitiarum *ras. 1—2 l. B*

aperit, sed clausam miratur apostolus clamans: O altitudo diuitiarum sapientiae et scientiae dei! quam inscrutabilia sunt iudicia eius et inuestigabiles uiae eius! quis enim cognouit sensum domini? aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi et retribuetur ei? quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. ipsi gloria in saecula saeculorum!

III 6 Nolunt autem, ut sit ipsi gloria in iustificandis impiis gratuita gratia, qui eius ignorantes iustitiam suam uolunt constituere uel iam conclamantium religiosorum et piorum uocibus pressi ita se fatentur ad habendam seu faciendam iustitiam diuinitus adiuuari, ut sui praecedat aliquid meriti, quasi priores uolentes dare, ut retribuatur eis ab illo, de quo dictum est: Quis prior dedit illi et retribuetur ei? et sua putantes praeire merita ad illum, de quo audiunt aut potius audire nolunt: Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. quarum autem diuitiarum est altitudo sapientiae et scientiae eius, ex his sunt diuitiae gloriae eius in uasa misericordiae, quae uocat in adoptionem, quas diuitias notas uult facere etiam per uasa irae, quae perfecta sunt in perditionem. et quae sunt uiae inuestigabiles, nisi de quibus in psalmo canitur: Uniuersae uiae domini misericordia et ueritas? misericordia igitur et ueritas

1 Rom. 11, 33—36 10 Rom. 10, 3 15 Rom. 11, 35 17 Rom. 11, 36 18; 22 Rom. 11, 33 19 Rom. 9, 22—23 23 Ps. 24, 10

1 minatur *B* dicens *N* 2 incomprehensibia (*sic!*) *N sec. Vulg.* 5 fuit eius *P* 7 saeculorum amen *PP*¹*M edd. sec. sacr. litt.* 10 iustiam *P* 11 uel et iam (et *m. 1 exp.*) *O* religiosum *M* 12 pressis *B* 13 diuinitatis *B* praecedunt, *corr.* praecedat *P* praecedant *M* 14 uolantes, *m. 2* uolentes *B* 16 sua potentes praeire merita ad illum *CO* suo putantes praeire merito illum *P*¹ (merito preire *sed signis corr.*) *N edd.* 19 et scientiae *om. CO* 20 in adoptione *O* 21 uult *om. CO* 23 canitur in psalmo *N* in psalmo dicitur *M* dei *B* 24 igitur inuestigabiles sunt misericordia et ueritas eius *PP*¹*M edd.*

eius inuestigabiles sunt, quoniam, cuius uult, miseretur non iustitia sed misericordia gratiae et, quem uult, obdurat non iniquitate sed ueritate uindictae. quae tamen misericordia et ueritas ita sibi occurrunt, quia scriptum est: Misericordia et ueritas occurrerunt sibi, ut nec misericordia impediat ueritatem, qua plectitur dignus, nec ueritas misericordiam, qua liberatur indignus. quae igitur sua merita iactaturus est liberatus, cum, si digna suis meritis redderentur, non esset nisi damnatus? nullane igitur sunt merita iustorum? sunt plane, quia iusti sunt. sed ut iusti fierent, merita non fuerunt; iusti enim facti sunt, cum iustificati sunt sed, sicut dicit apostolus, iustificati gratis per gratiam ipsius.

7 Cum igitur huic gratiae inimici infestique sint isti, Pelagius tamen in ecclesiastico iudicio Palaestino — non enim aliter inde inpunitus exisset — anathematizauit eos, qui dicunt gratiam dei secundum merita nostra dari. sed nihil aliud in eorum etiam posterioribus disputationibus inuenitur quam meritis dari eam gratiam, de cuius commendatione maxime ad Romanos apostolica epistula loquitur, ut inde se praedicatio eius uelut a capite orbis toto orbe diffunderet; ea est enim, qua iustificatur impius, id est fit iustus, qui prius fuerat im-

1 Rom. 9, 18  4 Ps. 84, 11  12 Rom. 3, 24

2 iustitia, *m. 1 corr.* iniustitia *B* in iusticia *M*  misericordiae gratia *P*¹ *edd.*  3 uindicta, *m. ut uid. 2* uindictae *B*  misericordię *P*  4 ita] ocurrer̄ (*del.*) ita *P*  5 occurrunt *BN* (*m. 1 supra* occurrerunt) obuiauerunt *edd. sec. Vulg.*  6 dignus, *m. 2* ł indignus *B*  7 indignus, *m. 2* ł dignus *B*  8 cum] cui *PP*¹*M*  9 merita iustorum sunt *M*  sunt *s. u. P om. N*  12 dixit *BN*  iustificati* (*fuitne* s?) *B*  14 hui, *m. 1 corr.* huic *P*¹  sunt *PM*  15 in ecclesiasticis iudicio (*sic!*) *CO*  16 inde punitus *B* impunitus inde *N*  exiisset *m*  anathemazauit, *m. 1 corr.* anathematizauit *B*  17 nostra *om. PP*¹*M edd.*  sed] si *P*¹  18 etiam *in fine u. om. P*¹  19 eam *in fine u. om. N* etiam *PP*¹*M*  20 apostolica] in apostolica *B*  ut (*s. u.*) inde *P* unde *M*  21 diffundere *C* (*m. 2* diffunderet) *O*  enim est *N*  22 fuera, *m. 2* fuerat *M* erat *P*¹ *edd.*

pius. et ideo percipiendae huius gratiae merita nulla praecedunt, quia meritis impii non gratia sed poena debetur nec ista esset gratia, si non daretur gratuita, sed debita redderetur.

8 Sed cum ab istis quaeritur, quam gratiam Pelagius cogitaret sine ullis praecedentibus meritis dari, quando anathematizabat eos, qui dicunt gratiam dei secundum merita nostra dari, respondent sine ullis praecedentibus meritis gratiam ipsam humanam esse naturam, in qua conditi sumus; neque enim, antequam essemus, mereri aliquid potuimus, ut essemus. abiciatur a Christianorum cordibus ista fallacia. non, omnino non istam gratiam commendat apostolus, qua creati sumus, ut homines essemus, sed qua iustificati, cum mali homines essemus. ista est enim gratia per Iesum Christum dominum nostrum. etenim Christus non pro nullis, ut homines conderentur, sed pro impiis mortuus est, ut iustificarentur: iam quippe homo erat, qui dicebat: Miser ego homo! quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum.

14; 17 Rom. 7, 24—25

1 deo *C* (*m. 1 ? corr.* ideo) *O* inde *P* (de *exp.*) *M* percipienda huius gratia *P* 2 quoniam *PP*¹*M edd.* 3 ista (s *s. u.*) *P* esset (se *s. u.*) *P* esse *C* (*m. 2* esset) *O* gratuita daretur *M* redderetur (er *s. u.*) *P* 5 istis] his *N* 6 praecidentibus *CO* qm̄ *N* anathematizabat (b *ex* u) *P* anathematizauit *COM* (*m. 1 corr.* anathematizabat) 8 respondit, *corr.* respondent *P* ipsam] illam *N* 10 merere, *m. 2* ł mereri *B* poteramus *P*¹ *edd.* 11 a *s. u. P* non omnino non] nam omnino non *edd.* 13 sed qu·a (*fuit* i) iustificati cum mali homines essemus *CP* sed quia iustificati cum mali homines essemus *O* sed qua iustificati sumus ut homines iusti essemus sed qua iustificati cum mali homines essemus *B* sed iustificati sumus ut homines iusti essemus *N* sed qua iustificati sumus ut homines iusti essemus *eflr* sed qua—essemus *om. a* 15 non pro nonnullis *CO* 16 con***derentur *C* contenderentur *O* impios *C* (*m. 2* impiis) *O* (*m. 1 corr.* impiis) 17 iam] nam *PP*¹*M* quippe *exp. P* decebat, *corr.* dicebat *P* 18 liberabit (*post.* b *ex* u) *P* liberauit *C* (*m. 2* liberabit) *O* huius mortis *B*

9 Possunt quidem dicere remissionem peccatorum esse gratiam, quae nullis praecedentibus meritis datur; quid enim habere possunt boni meriti peccatores? sed nec ipsa remissio peccatorum sine aliquo merito est, si fides hanc impetrat. neque enim nullum est meritum fidei, qua fide ille dicebat: Domine, propitius esto mihi peccatori et descendit iustificatus merito fidelis humilitatis, quoniam, qui se humiliat, exaltabitur. restat igitur, ut ipsam fidem, unde omnis iustitia sumit initium, propter quod dicitur ad ecclesiam in cantico canticorum: Venies et pertransies ab initio fidei, restat, inquam, ut ipsam fidem non humano, quod isti extollunt, tribuamus arbitrio nec ullis praecedentibus meritis, quoniam inde incipiunt bona, quaecumque sunt, merita, sed gratuitum dei donum esse fateamur, si gratiam ueram, id est sine meritis cogitemus, quia, sicut in eadem epistula legitur, deus unicuique partitur mensuram fidei. opera quippe bona fiunt ab homine, fides autem fit in homine, sine qua illa a nullo fiunt homine; omne enim, quod non est ex fide, peccatum est.

10 Quapropter, ne se uel ipsius orationis meritum extollat, etiamsi ad uincendas temporalium rerum cupiditates et diligenda bona aeterna atque ipsum fontem omnium bonorum

5 Luc. 18, 13—14; 14, 11; Matth. 23, 12 10 Cant. 4, 8 sec. Septuag. 16 Rom. 12, 3 18 Rom. 14, 23

1 remissionem *om. CO* 2 praedentibus, *m. 2* praecedentibus *C* datur meritis *B* possunt habere boni meriti *N* habere boni meriti possunt *PP¹M edd.* 4 si *om. P¹M* fidelis *N* 5 nullis *C* (*m. 2* nullum) *O* quia *P* propitius esto domine *N* deus *edd. sec. sacr. litt.* 6 mihi *om., supra m. ut uid. 2 add. M* peccatori] homini peccatori *B* discendit *B* 7 humiliatus *PP¹M a e f* 9 iustitię, *corr.* iustitia *P* dicatur, *m. 1 corr.* dicitur *O* in cantico canticorum ad ecclesiam *N* in cantico] in canticis *PM* 11 restat—fidem *om. P¹* restat] urae *P* quo isti extolluntur *PP¹M e f l r* quo isti excelluntur *a* 13 in die *C* (*ras.* in d*e) *O* 14 donum dei *PP¹MN edd.* si] nisi *CO* 15 cogitamus *PP¹MN edd.* 17 fiunt bona *CO* 20 rationis *CO* 21 etiamsi] etiam *PP¹M* uineendas (*sic!*) *B* diligentia *O* 22 fontem *om. BN* bonorum omnium *N*

deum adiutorium datur oranti, fides orat, quae data est non oranti, quae utique nisi data esset, orare non posset. quo modo enim inuocabunt, in quem non crediderunt? aut quo modo credent, quem non audierunt? quo modo audient sine praedicante? igitur fides ex auditu, auditus autem per uerbum Christi. proinde minister Christi huius fidei praedicator secundum gratiam, quae data est illi, plantator est et rigator. nec tamen, qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus, qui unicuique partitur mensuram fidei. unde et alibi dicitur: Pax fratribus et caritas cum fide, quam ne sibi tribuerent, continuo subiunxit: A deo patre et domino Iesu Christo, quia nec omnium est fides, qui audiunt uerbum, sed quibus deus partitur mensuram fidei, sicut nec omnia germinant, quae plantantur et rigantur, sed quibus deus dat incrementum. cur autem ille credat, ille non credat, cum ambo idem audiant et, si miraculum in eorum conspectu fiat, ambo idem uideant, altitudo est diuitiarum sapientiae et scientiae eius, cuius inscrutabilia sunt iudicia et apud quem non est iniquitas, dum, cuius uult, miseretur et, quem uult, obdurat; neque enim propterea sunt ista iniusta, quia occulta.

2; 5 Rom. 10, 14; 17 7 Rom. 15, 16; 15; I Cor. 3, 5—6; Rom. 12, 3 8; 15 I Cor. 3, 7; 6 10; 14 Rom. 12, 3 11 Eph. 6, 23 19 Rom. 11, 33 20 Rom. 9, 14 21 Rom. 9, 18

1 dator *B* non] num *C (ras. et corr.* non) *O* 2 potest, *m. 2* posset *P* 4 aut *om.* $P^{1}$ *edd.* credent ei quem *M sec. Vulg.* credunt ei quem *P* quo modo, *m. 2* quo modo autem *P* quo modo autem *MN sec. Vulg.* 5 audiunt *BCO* 9 neque] sed, *m. 1 corr.* neque *O* 12 quam ne sibi tribuerent *bis, alterum del.* $P^{1}$ tribuerant, *m. 1 corr.* tribuerent *O* 13 subiungit *BN* domino] domino nostro *f l r m* 14 est *om. P* qui] qui• *B* 15 germinant' (= germinantur) *B* 17 audiunt *BPP*$^{1}$*M edd.* 18 fiant *B* uident $P^{1}$ *edd.* 19 diuitiarum *in fine u. om.* $P^{1}$ 20 eius] dei *edd. sec. sacr. litt.* 22 indurat $P^{1}$ *sec. Vulg.*

11 Deinde post remissionem peccatorum, nisi mundatam domum habitet spiritus sanctus, nonne cum aliis septem redit inmundus spiritus et erunt nouissima hominis illius peiora, quam erant prima? ut autem habitet spiritus sanctus, nonne, ubi uult, spirat et caritas dei, sine qua nemo bene uiuit, diffunditur in cordibus nostris non a nobis sed per spiritum sanctum, qui datus est nobis? hanc enim fidem apostolus definiuit dicens: Neque circumcisio est aliquid neque praeputium sed fides, quae per dilectionem operatur. ista quippe fides est Christianorum non daemoniorum. nam et daemones credunt et contremescunt, sed numquid et diligunt? nam si non crederent, non dicerent: Tu es sanctus dei uel: Tu es filius dei: si autem diligerent, non dicerent: Quid nobis et tibi?

12 Fides igitur ad Christum nos trahit, quae nisi desuper gratuito munere nobis daretur, non ipse diceret: Nemo potest uenire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum. unde et paulo post ait: Verba, quae ego locutus sum uobis, spiritus et uita sunt. sed sunt quidam ex uobis, qui non credunt; deinde euangelista subiungit: Sciebat enim ab initio Iesus, qui essent credentes et quis esset traditurus eum. et ne quis-

2 Matth. 12, 43—45; Luc. 11, 24—26 4 Ioh. 3, 8 5 Rom. 5, 5 8 Gal. 5, 6 11 Iac. 2, 19 13 Luc. 4, 41; 34; Marc. 3, 11—12 15 Matth. 8, 29; Marc. 5, 7; Luc. 8, 28 17 Ioh. 6, 44 19 Ioh. 6, 64—66

1 unde $P^1$ peccatorem, *m. 1 corr.* peccatorum *O* 2 habitat *P* rediit *B* rediet *N* re·dit (*fuit* d) *P* spiritus immundus *PP¹MN* *edd.* inmundus (*om.* spiritus) *B* 3 illius hominis, *m. 2* hominis illius *M* 4 ut *om. P* 6 non a nobis *om. CO* 8 diffiniuit *N* 10 per caritatem *BN sec. Vulg.* ista] ita *BC* 11 est *om. N* demonum *N* nam *in fine u. om. B* et *om. PP¹M* 12 et *post* numquid *om. B* 16 trahit (h *s. u.*) *P* desuper] de *N* 18 attraxerit *PP¹M edd.* 19 et paulo *om. M* ego *om. P* 21 quidem *P* in uobis *CO* 22 enim *om. PM*

quam existimaret credentes sic ad eius praescientiam pertinere quo modo non credentes, id est ut non eis fides ipsa desuper daretur, sed tantum eorum uoluntas futura praenosceretur, mox adiecit atque ait: Et dicebat: 'Propterea dixi uobis, quia nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo'. hinc erat, quod eorum, qui audierant loquentem de carne sua et sanguine suo, quidam scandalizati abscesserunt, quidam credendo manserunt, quia nemo posset uenire ad illum, nisi cui datum esset a patre ac per hoc et ab ipso filio et ab spiritu sancto. neque enim separata sunt dona uel opera inseparabilis trinitatis; sed filius sic honorans patrem non adfert ullius distantiae documentum, sed magnum praebet humilitatis exemplum.

13 Hic iterum isti liberi arbitrii defensores, immo deceptores quia inflatores et inflatores quia praesumptores non aduersus nos sed aduersus euangelium locuturi quid aliud dicent quam id, quod apostolus sibi, quasi a talibus diceretur, obiecit? Dicis itaque mihi: 'Quid adhuc conqueritur? nam uoluntati eius quis resistit?' hanc contradictionem sibimet ipsi tamquam ab altero opposuit uelut ex eorum uoce, qui nolunt accipere, quod superius dixerat: Ergo, cuius uult, miseretur et, quem uult, obdurat. talibus itaque

6 Ioh. 6, 53; 61—62; 67 18 Rom. 9, 19 21 Rom. 9, 18

1 praescientiam, *sed ci s. u.* (*m. 2 ?*) *P* praesentiam *N* 2 ut *om. P* desuper *om. N* 3 tantum uoluntas eorum $P^1$ tantummodo uoluntas eorum *edd.* futura *om.* $PP^1M$ *edd.* 4 et *om. P* 5 ei fuerit *N* 7 et sanguine suo *om. P* 8 quidem, *m. 2* quidam *P* manserunt, *m. 2* remanserunt *C* potest $COPP^1MN$ *edd.* 9 est $PP^1M$ *edd.* 10 a spiritu *M edd.* separati *O* 12 aufert $BP^1N$ illius *B* nullius *P* (n *exp.*) $P^1MN$ 13 exemplum humilitatis, *m. 2* humilitatis exemplum *M* 14 isti *om. N* 15 *pr.* inflatores] implatores, *m. 2* implanatores *P* aduersum nos $PP^1M$ *edd.* 16 aduersum euangelium *N* dicunt $PP^1MN$ *edd.* 17 id *om.* $P^1$ 18 quęritur *P* 19 qui, *m. 2* quis *P* 20 sibimet ipse $P^1M$ semet (*quo del. m. 2 supra* sibi) ipse *P* uelut—obdurat *om. CO* ueluti *N* 21 cuius] cui $P^1M$ 22 indurat (*super* in *m. 1 add.* ł ob; *cf. p. 184, 22*) $P^1$ itaque] ergo *BN*

cum apostolo dicamus — non enim melius illo inuenire possumus, quid dicamus —: O homo, tu quis es, qui respondeas deo?

14 Quaerimus enim meritum obdurationis et inuenimus. merito namque peccati uniuersa massa damnata est nec obdurat deus impertiendo malitiam sed non impertiendo misericordiam. quibus enim non impertitur, nec digni sunt nec merentur ac potius, ut non impertiatur, hoc digni sunt hoc merentur. quaerimus autem meritum misericordiae nec inuenimus, quia nullum est, ne gratia euacuetur, si non gratis donatur, sed meritis redditur.

15 Si enim dixerimus fidem praecessisse, in qua esset meritum gratiae, quid meriti habebat homo ante fidem, ut acciperet fidem? quid enim habet, quod non accepit? si autem accepit, quid gloriatur, quasi non acceperit? sicut enim non haberet homo sapientiam, intellectum, consilium, fortitudinem, scientiam, pietatem, timorem dei, nisi secundum propheticum eloquium accepisset spiritum sapientiae et intellectus, consilii et fortitudinis, scientiae et pietatis et timoris dei, sicut non haberet uirtutem, caritatem, continentiam, nisi accepto spiritu, de quo dicit apostolus: Non enim accepimus spiritum timoris sed uirtutis et caritatis et continentiae, ita non haberet fidem, nisi accepisset spiritum fidei, de quo idem ipse dicit: Habentes autem eundem spiritum fidei, secundum quod

2 Rom. 9, 20 10 Rom. 11, 6 14 I Cor. 4, 7 18 Es. 11, 2—3 21 II Tim. 1, 7 24 II Cor. 4, 13; Ps. 115, 10

1 dicamus cum apostolo *PP[1]M edd.* possum *BN* 4 enim] namque *P[1] edd.* 5 est] est deus *B* deus *om*, *s. u. m. 2 (?) add. M* 6 malitiam sed non impertiendo *om. P* 7 ac] at *M edd.* 8 ñ. *B* hoc merentur hoc digni sunt *N* 10 nec (c *exp.*) *P* gratiae uacuetur *C (sed corr.) O* 12 dixeremus, *corr.* dixerimus *P* 14 si autem accepit *om. CO* accipit *B* 18 accepisset (t *s. u.*) *P* 19 consilii] spiritum consilii *CO sec. sacr. litt.* ac timoris *edd.* 20 dei *om. BN* 21 dicit] ait *N* 22 accepistis *P[1] edd. sec. ep. ad Rom. 8, 15* 23 accepisset (t *s. u.*) *P*

scriptum est: 'Credidi, propter quod et locutus sum', et nos credimus, propter quod et loquimur. non autem merito accipi sed misericordia eius, qui, cuius uult, miseretur, manifestissime ostendit, ubi de se ipso ait: Misericordiam consecutus sum, ut fidelis essem.

IV 16 Si dixerimus meritum praecedere orationis, ut donum gratiae consequatur, impetrando quidem oratio, quicquid impetrat, euidenter ostendit donum dei esse, ne homo existimet a se ipso sibi esse, quod si in potestate haberetur, non utique posceretur. uerum tamen ne saltem orationis putentur praecedere merita, quibus non gratuita daretur gratia — sed iam nec gratia esset, quia debita redderetur —, etiam ipsa oratio inter gratiae munera reperitur. quid enim oremus, ait doctor gentium, sicut oportet, nescimus; sed ipse spiritus interpellat gemitibus inenarrabilibus. quid est autem 'interpellat' nisi interpellare nos facit? indigentis enim certissimum indicium est interpellare gemitibus. nullius autem rei esse indigentem fas est credere spiritum sanctum. sed ita dictum est 'interpellat', quia interpellare nos efficit nobisque interpellandi et gemendi inspirat affectum, sicut illud in euangelio: Non enim uos estis, qui loquimini, sed

3 Rom. 9, 18  5 I Cor. 7, 25  14 Rom. 8, 26  I Tim. 2, 7  22 Matth. 10, 20

1 et *om.* *COPP¹MN cdd. sec. Vulg., cf. p. 112, 14*  2 quod (d *s. u.*) *P*  3 accepit *CO* accepisse *PP¹M edd. praeter e*  misericordiam *C* (*erasa postr. l.*) *O*  cuius] cui *P¹*  4 se *om. CO*  5 ait *om., m. 1 add. B*  8 *post* consequatur *sequitur* impetrando quidem oratio | meritū p̄cedere orationis ut donū gratię consequatur *sed del. P*  quidam, *corr.* quidem *P*  9 donum dei esse ostendit *P¹ edd.*  ostendit *om. P* docet *M*  essem, *corr.* est *P*  ne—esse *om. CO*  ęstimet *PP¹* estimet *M*  11 orationes, *corr.* orationis *P*  putarentur *COPP¹M edd.* 12 daretur gratuito (*sic!*) *N*  13 quia] qui *B* qua *CO*  reddetur *BP* 16 interpellat] interpellat pro nobis *PP¹M edd. sec. Vulg.*  18 indicium *B*  gemitibus] in gemitibus *N*  20 interpellat *om. M* interpellare *BN*  facit *P¹ edd.*  21 sicut est illud *N*  22 estis *om. B* qui* (d *eras.*) *P*

spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. neque enim et hoc ita fit de nobis tamquam nihil facientibus nobis. adiutorium igitur spiritus sancti sic expressum est, ut ipse facere diceretur, quod ut faciamus, facit.

17 Nam non esse intellegendum spiritum nostrum, de quo dictum est: Interpellat gemitibus inenarrabilibus, sed spiritum sanctum, quo nostra infirmitas adiuuatur, satis ipse demonstrat apostolus. inde enim coepit: Spiritus, inquit, adiuuat infirmitatem nostram; deinde ista subiunxit: Quid enim oremus, sicut oportet, nescimus, et cetera. de hoc quippe spiritu apertius alibi dicit: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: 'Abba pater'. ecce hic non dixit, quod ipse spiritus clamet orando, sed 'in quo clamamus', inquit, 'abba pater'. alio tamen loco ait: Quoniam filii estis, misit deus spiritum filii sui in corda uestra clamantem: 'Abba pater'. non hic ait 'in quo clamamus', sed ipsum spiritum clamantem dicere maluit, quo efficitur, ut clamemus, sicut sunt illa: Ipse spiritus interpellat gemitibus inenarrabilibus et: Spiritus patris uestri est, qui loquitur in uobis.

18 Sicut ergo nemo recte sapit, recte intellegit, recte consilio ac fortitudine praeualet, nemo scienter pius est uel pie sciens, nemo timore casto deum timet, nisi acceperit spiritum

8 Rom. 8, 26 11 Rom. 8, 15 16 Gal. 4, 6 20 Rom. 8, 26 21 Matth. 10, 20 23—p. 190, 4 cf. p. 187, 15—23

1 in uobis *in fine u. om. B* 6 interpella *in fine u., m. 2* interpellat *C* interpella *O* interpellare *M* 7 qua *B* 8 ipse *om. P*[1] apostolos *C* (*m. 2* apostolus) *O* spm, *corr.* sps *P* 9 nostra, *corr.* nostram *P* ista] ita *PP*[1]*M edd.* 14 dicit *P*[1] 15 ipse (pse *in ras.*) *P* clamat *CO* damet, *supra* clamet *P* inquit clamamus *N* inquit *om. CO edd.* 16 loco tamen *CO* filii] filii dei *M edd.* 17 nra *PMN; uariant etiam sacr. litt.* 19 maluit clamantem dicere *M* quod *CO* 21 et *om. P* 22 est *om. P* 23 recte sapit *om. PM* recto consilio *BPN* 24 pie sciens] piescens *CO*

sapientiae et intellectus, consilii et fortitudinis, scientiae et pietatis et timoris dei, nec habet quisquam uirtutem ueram, caritatem sinceram, continentiam religiosam nisi per spiritum uirtutis et caritatis et continentiae, ita sine spiritu fidei non est recte quispiam crediturus nec sine spiritu orationis salubriter oraturus, non quia tot sunt spiritus, sed omnia haec operatur unus atque idem spiritus diuidens propria unicuique, prout uult, quia spiritus, ubi uult, spirat. sed, quod fatendum est, aliter adiuuat nondum inhabitans aliter inhabitans; nam nondum inhabitans adiuuat, ut sint fideles, inhabitans adiuuat iam fideles.

V 19 Quod est ergo meritum hominis ante gratiam, quo merito percipiat gratiam, cum omne bonum meritum nostrum non in nobis faciat nisi gratia et, cum deus coronat merita nostra, nihil aliud coronet quam munera sua? sicut enim ab initio fidei misericordiam consecuti sumus, non quia fideles eramus, sed ut essemus, sic in fine, quod erit uita aeterna, coronabit nos, sicut scriptum est, in miseratione et misericordia. non itaque frustra deo cantatur et: Misericordia eius praeueniet me et: Misericordia eius subsequetur me. unde et ipsa aeterna uita, quae utique in fine sine fine habebitur et ideo meritis praecedentibus redditur, tamen, quia

1 Es. 11, 2—3 4 II Tim. 1, 7 6 1 Cor. 12, 11 8 Ioh. 3, 8 18 Ps. 102, 4 19 Ps. 58, 11 20 Ps. 22, 6

2 et *ante* timoris *om. CO* 3 uirtutem] ueritatem *B* ueram et caritatem *M* * religiosam *B* 5 fidei—spiritu *om. P* 6 *ante* oraturus *s. u.* ∻ *P* spiritus sunt *B* 7 adque, *corr.* atque *P* 8 prout (ut *s. u.*) *P* quia (i *s. u.*) *P* 9 fatendus *C* (*m. 2* fatendum) *O* iuuat *N* 10 aliter habitans (*m. 1 corr.* inhabitans) nam $P^1$ 11 ut sint—iam *om. P* iam *om. M* 12 est *om. CO* ergo *om., m. 1 add.* $P^1$ quo—gratiam *om.* $P^1$ 13 bonum *om.* $P^1$ 14 in nos $PP^1M$ 15 coronat *PM* 16 consecuti sumus misericordiam *N* 17 quo *PMm* est uita $PP^1Ma$ erit in uita *eflr* coronauit, *corr.* coronabit *P* coronauit *C* (*m. 2* coronabit) *O* 18 et in misericordia *O* 19 canatur, *m. 1 corr.* cantatur *O* 20 eius *om. M* subsequitur, *corr.* subsequetur *CP* subsequitur *O* 21 uita aeterna $COPP^1M$ *edd.* sine fine *om.* $PP^1M$ 22 praecedentibus meritis *M*

eadem merita, quibus redditur, non a nobis facta sunt per nostram sufficientiam, sed in nobis facta per gratiam, etiam ipsa gratia nuncupatur non ob aliud, nisi quia gratis datur, nec ideo, quia non meritis datur, sed quia data sunt et ipsa merita, quibus datur. ubi autem inuenimus etiam uitam aeternam gratiam nuncupari, habemus apud eundem gratiae magnificum defensorem apostolum Paulum: Stipendium, inquit, peccati mors; gratia autem dei uita aeterna in Christo Iesu domino nostro.

20 Vide, obsecro te, in quanta breuitate quam uigilanter uerba posuerit, quibus diligenter consideratis quaestionis huius aliquantum dilucescat obscuritas. cum enim dixisset: Stipendium peccati mors, quis non eum congruentissime et consequenter addere iudicaret, si diceret: 'Stipendium autem iustitiae uita aeterna'? et uerum est, quia sicut merito peccati tamquam stipendium redditur mors ita merito iustitiae tamquam stipendium uita aeterna. aut si nollet dicere 'iustitiae', at diceret 'fidei', quoniam iustus ex fide uiuit. unde etiam et merces appellatur plurimis sanctarum scripturarum locis; numquam porro dicta est merces iustitia uel fides, quia iustitiae uel fidei redditur merces. quod est autem merces operanti, hoc militanti stipendium.

21 Sed beatus apostolus aduersus elationem, quae usque adeo magnis temptat inrepere, ut et sibi propter ipsam dicat datum

7; 12 Rom. 6, 23   18 Rom. 1, 17; Gal. 3, 11; Hebr. 10, 38; Hab. 2, 4   23 II Cor. 12, 7

1 creditur, *m. 1 corr.* redditur *M*   parata *PP¹MN edd.*   2 facta] facta sunt *CO*   3 nunc operatur *PM*   4 meritis non *N* meritis (*om.* non) *PM*   5 ȇrita, *m. 2* m|erita *P*   etiam *om. PP¹M*   6 eiusdem, *m. 1 supra* ł eundē *P¹*   7 stipendia *N sec. sacr. litt.*   8 mors] mors est *P edd. praeter a*   10 uide] unde *CO*   11 aliquantum *om. P¹* aliquantulum *PMN edd.*   13 et consequenter *om. P¹*   14 si diceret *om. N*   15 uitam aeternam *CO*   merito///// (*ras. 1—2 l.*) *O*   17 dicere* *N*   18 at diceret *scripsi;* et diceret *BCOPM* diceret *P¹N edd.*   20 nusquam *PP¹M edd.*   mercis *C* (*corr.* merces) *O*   21 merces redditur *N*   mercis, *corr.* merces *P*   autem *om., in marg. m. 1 add. B*   23 batus, *m. 2* beatus *C*   24 ipsum *N*   datam *O*

angelum Satanae, a quo colaphizaretur, ne uerticem praesumptionis erigeret, aduersus hanc ergo elationis pestem uigilantissime militans: Stipendium, inquit, peccati mors; recte stipendium, quia debetur, quia digne retribuitur, quia merito redditur. deinde, ne iustitia de humano se extolleret bono merito, sicut humanum meritum malum non dubitatur esse peccatum, non a contrario rettulit dicens: 'Stipendium iustitiae uita aeterna,' sed: Gratia, inquit, dei uita aeterna. et haec ne praeter mediatorem aliqua alia uia quaereretur, adiecit: In Christo Iesu domino nostro, tamquam diceret: 'Audito, quod stipendium peccati sit mors, quid te disponis extollere, o humana non iustitia sed nomine iustitiae plane superbia? quid te disponis extollere et contrariam morti uitam aeternam tamquam debitum stipendium flagitare? cui debetur uita aeterna, uera iustitia est; si autem uera iustitia est, ex te non est, desursum est descendens a patre luminum. ut haberes eam, si tamen habes eam, profecto accepisti; quid enim boni habes, quod non accepisti? quapropter, o homo, si accepturus es uitam aeternam, iustitiae quidem stipendium est, sed tibi gratia est, cui gratia est et ipsa iustitia. tibi enim tamquam debita redderetur, si ex te tibi esset iustitia, cui debetur. nunc uero de plenitudine eius accepimus non solum gratiam, qua nunc iuste in laboribus usque in finem uiuimus, sed etiam gratiam pro

3; 8; 10 Rom. 6, 23 16 Iac. 1, 17 18 I Cor. 4, 7 22; 24 Ioh. 1, 16

1 colafizeretur, *corr.* colafizaretur *P* colaphizetur $P^1$ uerticem, *m. 2 supra* ceruicem *B* 5 nec (c *exp.*) *P* extollat *N* 8 dei inquit *N* 9 hanc *CO* hoc *N* alia aliqua *N* ∗ uia *B* 12 o humana—extollere *om.* $COP^1M$ non iustitię sed *P* 13 plena *P* contrarium *N* 14 aeternam *om. PM* quam, *m. 2* tāquam *P* 15 est iusticia si *M* est—iustitia *om. P* est *m. 2 (?) exp. P* 16 descendens *om. CO* 17 heres, *m. 1 corr.* haberes *O* profecto accepisti *bis, alterum del.* $P^1$ 18 quid—accepisti *om. CO* boni *om.* $PP^1M$ *edd. sec. sacr. litt.* 20 quidem *om. M* gratię *P* cui gratia est *om. P* cui] qui *C* (*m. 2* quia) *O* 22 debetur, *m. 2* deberetur *C* uero] ergo $PP^1M$ 23 accipiemus *B* 24 fine *O* pro hanc gratiam *C* (n *et* m *eras.*) *O*

hac gratia, ut in requie postea sine fine uiuamus'. hoc nihil salubrius fides credit, quia nihil uerius intellectus inuenit, et debemus audire prophetam dicentem: Nisi credideritis, non intellegetis.

VI 22 'Sed excusabunt se', inquit, 'homines, qui nolunt recte fideliter uiuere, dicentes: Quid nos fecimus, qui male uiuimus, quando quidem gratiam, unde bene uiueremus, non accepimus?' non possunt ueraciter dicere nihil se mali facere, quia male uiuunt; si enim nihil mali faciunt, bene uiuunt; si autem male uiuunt, de suo male uiuunt, uel quod originaliter traxerunt uel quod insuper addiderunt. sed si uasa sunt irae, quae perfecta sunt ad perditionem, quae illis debita redditur, sibi hoc inputent, quia ex ea massa facta sunt, quam propter unius peccatum, in quo omnes peccauerunt, merito deus iusteque damnauit; si autem uasa sunt misericordiae, quibus ex eadem massa factis supplicium debitum reddere noluit, non se inflent, sed ipsum' glorificent, qui eis misericordiam non debitam praestitit et, si quid aliter sapiunt, hoc quoque illis ipse reuelabit.

23 Postremo quonam se isti excusabunt modo? nempe illo, quem breuiter tamquam ex eorum uoce sibi obiecit apostolus,

3 Es. 7, 9 sec. Septuag. 11; 15 Rom. 9, 22—23 13 Rom. 9, 21 14 Rom. 5, 12 18 Phil. 3, 15

1 in requiem *P* 4 intellegitis *B* intellegeritis (ri *semirasum uid.*) *P* 5 uolunt *N* 6 fideliterque *N* et fideliter *PP¹M edd.* fecimus, *corr.* facimus *P* 7 quando] quoniam *N* unde] ut *P¹* 8 mali se *PP¹M edd.* mali (*om.* se) *C* (se *post* mali *m. 2 add.*) *O* fecisse *PP¹M edd. praeter l r* qui *P m* 9 mali] male *P* 10 uiuunt sed quod *P* 11 sed] uel *CO* 13 redduntur, *corr.* redditur *M.* imputant *M* 14 in quo|in quo (*bis*) *B* 15 si autem si autem (*bis, alterum del.*) *P¹* uasa* (*pr.* a *corr. m. 1 ex* i) *O* 16 facti *C* (*m. 2* factis) *O* 17 uoluit *P* se] eē, *m. 2 corr.* sese *P* implent *C* (*m. 2* inflent) *O* 18 praestit *C* (*m. 2* praestitit) *O* aliter | aliter (*bis*) *N* hoc—reuelabit *om. P¹* hoc] et hoc *PM edd. sec. Vulg.* 19 ipse] deus *N sec. sacr. litt.* reuelabit, *m. 2* reuelauit *C* reuelauit *BPN edd. praeter m* 20 postremum *P* nos postremo *M* quoniam *B* qnm *P* qm̄ *M* quo *N* excusabunt isti *M* nempo, *corr.* nempe *P* 21 uoce* (*fuit* s) ibi (*m. 2* sibi) *P*

ut dicant: Quid adhuc conqueritur? nam uoluntati eius quis resistit? hoc est enim dicere: 'Quid de nobis fit querela, quod deum offendamus male uiuendo, cum illius uoluntati nemo possit resistere. qui nos obdurauit misericordiam non praestando?' si ergo illos non pudet hac excusatione non nobis sed apostolo contra dicere, cur nos pigeat eis, quod dixit apostolus, hoc idem atque identidem dicere: O homo. tu quis es, qui respondeas deo? numquid dicit figmentum ei, qui se finxit: 'Quare sic me fecisti?' annon habet potestatem figulus luti ex eadem massa utique merito recteque damnata facere aliud uas in honorem indebitum propter misericordiae gratiam, aliud in contumeliam debitam propter irae iustitiam et ut notas faciat diuitias gloriae suae in uasa misericordiae sic ostendens, quid eis largiatur, cum id supplicium recipient uasa irae, quod pariter omnibus debebatur? satis sit interim Christiano ex fide adhuc uiuenti et nondum cernenti, quod perfectum est, sed ex parte scienti nosse uel credere, quod neminem deus liberet nisi gratuita misericordia per dominum nostrum Iesum Christum et neminem damnet nisi aequissima ueritate per eundem dominum nostrum Iesum Christum. cur autem illum potius quam illum liberet aut non liberet, scrutetur, qui potest, iudiciorum eius tam magnum profundum, uerum tamen caueat praecipitium. numquid

1 Rom. 9, 19 7 Rom. 9, 20—21; 23 17 Rom. 1, 17; Gal. 3, 11; Hebr. 10, 38; Hab. 2, 4 17 I Cor. 13, 9—10; 12 24 Rom. 9, 14

1 uoluntate *P* 2 quis] qui *M* 4 resistere possit *N* 5 si//// (*ras. 1—2 l.*) *B* 6 contra *om. BN* cur] cum *B* 8 dicit *om., in marg. m. 2* (*?*) *add. P* 9 me sic *B* 11 damnato *C* (*m. 2* damnata) *O* 12 indebitam, *corr.* indebitum *P* gratiam *in fine u. om., m. 2 add. M* 13 et *om. BNlrm sec. Vulg.* 15 ei *PM* largitur *CO* id *om., m. 1 add. B* 16 pariter omnibus] eis pariter *N* debebatur (*post.* b *s. u.*) *P* 17 uiuendi *C* (*m. 2* uiuenti) *O* et—scienti *bis C* (*alterum exp.*) *O* cernendi, *corr.* cernenti *P* 19 nominem, *m. 2* neminem *C* misericordia* (*fuit* e) *B* 20 damnat, *corr.* damnet *P* 22 cur] cum *B* 23 iudicia *P*[1]

enim iniquitas apud deum? absit! sed inscrutabilia sunt iudicia eius et inuestigabiles uiae eius.

24 Et in maioribus dum taxat aetatibus merito dici potest: Hi noluerunt intellegere, ut bene agerent; hi, quod est grauius, intellexerunt et non oboedierunt, quia, sicut scriptum est, uerbis non emendabitur seruus durus; si enim et intellexerit, non oboediet. unde non oboediet nisi sua pessima uoluntate? cui grauior damnatio diuina aequitate debetur; cui enim plus datur, plus exigetur ab eo. istos quippe scriptura inexcusabiles dicit, quos non latet ueritas et in eis perseuerat iniquitas. reuelatur enim ira dei de caelo, ait apostolus, super omnem impietatem et iniustitiam hominum eorum, qui ueritatem in iniquitate detinent, quia, quod notum est dei, manifestum est in illis; deus enim illis manifestauit. inuisibilia enim eius a creatura mundi per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur sempiterna quoque uirtus eius ac diuinitas, ut sint inexcusabiles.

25 Si ergo istos inexcusabiles dicit, qui inuisibilia eius per ea, quae facta sunt, intellecta conspicere potuerunt nec oboedierunt tamen ueritati, sed iniqui et impii permanserunt — neque enim non cognouerunt, sed cognoscentes, inquit.

1 Rom. 11. 33 4 Ps. 35, 4 6 Prou. 29, 19 sec. Septuag. 8 Luc. 12, 47—48 11; 22 Rom. 1, 18—21

1 iniquitas] iniquitas est *P*$P^1$*M a e* est iniquitas *cett. edd.* 2 et—eius *om. P* 3 et in maioribus *bis, alterum del. P* hi* *P* hii *B*$P^1$*N* 4 hi* *P* hii *B*$P^1$*N* grauius est *edd.* 6 * durus *B* dolosus *P*$P^1$*M edd. praeter m* 9 *post* debetur *s. u. add.* et *P* enim *om. PM* exigitur *P*$P^1$*MN edd.* *post* eo *ras. 2—3 l. B* 10 scriptura *om. BN* dicit inexcusabiles *edd.* 11 iniquitas] impietas *M* reueletur, *m. 2* reuelatur *B* reuelabitur *N* 13 eorum *om., m. 1 add.* $P^1$ in iniquitate] iniquitate, *m. 1 corr.* in iniquitate *B* in iniustitia *P*$P^1$ *edd. sec. sacr. litt.* iniusticia (*om.* in) *M* 15 in *om. CO* reuelauit $P^1$ 16 eius enim *signis corr. B* 19 si ergo istos inexcusabiles *om. CO* qui, *m. 2* quia *C* eius, *m. 1 supra* ł illius $P^1$ illius *PM edd.* 22 non *om. COP* sed non cognoscentes *O*

deum non ut deum glorificauerunt aut gratias egerunt —, quanto magis inexcusabiles sunt, qui ex lege eius instructi confidunt se ipsos duces esse caecorum et alios docentes se ipsos non docent, qui praedicant non furandum et furantur et cetera, quae de ipsis apostolus loquitur! eis quippe dicit: Propterea inexcusabilis es, o homo omnis, qui iudicas; in quo enim alium iudicas, temet ipsum condemnas; eadem enim agis, quae iudicas.

26 Dicit etiam ipse dominus in euangelio: Si non uenissem et locutus fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. non utique peccatum nullum haberent, qui pleni erant aliis magnis multisque peccatis; sed hoc peccatum uult intellegi non eos habituros fuisse, si non uenisset, quo, cum audissent eum, non crediderunt in eum, hanc eos excusationem non habere adserens, qua possent dicere: 'Non audiuimus, ideo non credidimus.' humana quippe superbia tamquam praesumens de uiribus liberi arbitrii excusatam se putat, quando ignorantiae non uoluntatis uidetur esse, quod peccat.

27 Secundum hanc excusationem inexcusabiles dicit scriptura

2 Rom. 2, 18—19; 21 6 Rom. 2, 1 10 Ioh. 15, 22

3 se ipsos] in se ipsos (in *del.*) *N* 5 et *ante* furantur *om. BCOPM sec. sacr. litt.* qui, *corr.* quae *C* 6 inexcusabiles, *m. 1 corr.* inexcusabilis *O* 7 in quo enim alium iudicas *om. B* enim *in ras. m. ut uid. 1 C* omnis *O* 8 te ipsum *B*$P^1$*N sec. Vulg.* qui/// (*parua ras.*) *C* qui *OP* (*corr.* que̜) *sec. Vulg.* (*ed. Clement.* quae; *Gr.* ὁ κρίνων) 10 dominus ipse *N* ipse *in fine u. om. O* uenissem] fuissem, *m. 2* uenissem *B* 11 eis fuissem *P*$P^1$*MNm* 13 plen, *m. 1 corr.* pleni *B* 14 multis magnisque *N* 15 quo] quod *COP* (d *s. u.*) 16 eum *om. N* in *om., in marg. m. 2 (?) add. P* eos *om. B* excusationem (ex *in ras.*) *C* accusationem *O* 17 asserens/// (*parua ras.*) *C* asserent *O* asserit *P*$P^1$*M edd.* quia *O* possint *P*$P^1$*M edd.* 18 credimus *B* tamquam] quam *C* (*m. 2* quae) *O* 19 arbitri *B* putant, *m. 2* ł putat *B* 20 uidetur esse] uidetur, (*om. in fine u.* esse) *B* est *Nlr* 21 hanc] hanc in *P*

diuina, quoscumque scientes peccare conuincit. dei tamen iustum iudicium nec illis parcit, qui non audierunt; quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. et quamuis se ipsi excusare uideantur, non admittit hanc excusationem, qui scit se fecisse hominem rectum eique oboedientiae dedisse praeceptum nec nisi eius, quo male usus est, libero uoluntatis arbitrio, etiam quod transiret in posteros, manasse peccatum. neque enim damnantur, qui non peccauerunt, quando quidem illud ex uno in omnes pertransiit, in quo ante propria in singulis quibusque peccata omnes communiter peccauerunt. ac per hoc inexcusabilis est omnis peccator uel reatu originis uel additamento etiam propriae uoluntatis, siue qui nouit siue qui ignorat siue qui iudicat siue qui non iudicat, quia et ipsa ignorantia in eis, qui intellegere noluerunt, sine dubitatione peccatum est, in eis autem, qui non potuerunt, poena peccati. ergo in utrisque non est iusta excusatio sed iusta damnatio.

28 Ideo autem diuina eloquia eos inexcusabiles dicunt, qui non ignorantes sed scientes peccant, ut secundum iudicium superbiae suae, quo multum confidunt de uiribus propriae uoluntatis, se inexcusabiles uideant, quia de ignorantia iam non habent excusationem et nondum est iustitia, cui praesumebant sufficere uoluntatem. at uero ille, cui dominus et sciendi et oboediendi largitus est gratiam: Per legem,

2 Rom. 2, 12 5 Eccle. 7, 30 9 Rom. 5, 12 13 Rom. 2, 1 24 Rom. 3, 20

1 non uincit, *m. 2* conuincit *CP* non uincit *O* 3 peribunt] et peribunt *N sec. sacr. litt.* 4 excusando, *corr.* excusare *P* excusando *M* admittit (d *s. u.*) *P* 6 quo] o *sed exp. P* 7 arbitrio uoluntatis *N* 9 ex uno omnes | transiit (in *ante* omnes *m. 1 add.*) *B* 10 propria, *m. 2* ł proprio *B* propriam (m *exp.*) *P* peccato *B* 11 *ac (*fuit* h) *P* inexcusabiles, *corr.* inexcusabilis *P* 12 additamentum, *corr.* additamento *B* etiam *om. N* quod etiam (quod *m. 1 del.*) *O* 15 est *om. B* 16 in utri*sque (*fuit* u) *C* in utriusque *OM* 21 iam *om.* $P^1$ 22 excusationem] excusationem suam *P m* et nondum] et dum non *B* dum non *N l r* 23 ad, *corr.* at *P* 24 largitus *bis. alterum del. P*

inquit, cognitio peccati et: Peccatum non cognoui nisi per legem; nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: 'Non concupisces'. nec uult intellegi hominem praeceptricis legis ignarum sed liberatricis indiguum gratiae, ubi dicit: Condelector legi dei secundum interiorem hominem et cum hac non solum scientia uerum etiam delectatione legis postea dicit: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum nemo itaque liberat a uulneribus illius trucidatoris nisi unius gratia saluatoris; nemo liberat uenundatos sub peccato a uinculis captiuitatis nisi gratia redimentis.

29 Ac per hoc uniuersi, qui se in nequitiis et iniquitatibus excusatos uolunt, ideo iustissime puniuntur, quoniam, qui liberantur, nonnisi gratia liberantur. nam si excusatio illa iusta esset, non inde iam gratia sed iustitia liberaret. cum uero non liberat nisi gratia, nihil iustum inuenit in eo, quem liberat, non uoluntatem, non operationem, non saltem ipsam excusationem; nam si haec iusta est, quisquis ea utitur, merito non gratia liberatur. nouimus enim liberari per gratiam Christi quosdam etiam eorum, qui dicunt: Quid adhuc con-

1 Rom. 7, 7; Ex. 20, 17; Deut. 5, 21; 7, 25 5 Rom. 7, 22 7 Rom. 7, 24—25 21 Rom. 9, 19

1 inquit] enim *B sec. sacr. litt.* 4 praecepta, *sed* ta *s. u. P* indignum *BCOP¹MN a e f* indigum *P l r m; scripsi* indiguum 5 dicit] ait *N* legi] enim legi *BN sec. sacr. litt.* 7 etiam] etiam et *PP¹M edd.* dilectione, *m. 1 corr.* delectatione *B* 8 liberauit, *m. 2* liberabit *BC* liberauit *OP* (*corr.* liberabit) 9 dominum nostrum iesum christum *N* 10 liberat a (a *s. u.*) *P* liberata| *in ras., sed detersa postr. l. O* nisi—saluatoris *om. CO* unius] huius *P¹ edd.* 11 sub peccatis *N* 12 captiuantis *PP¹MN edd.* 13 qui] quia qui *B* 14 ido (*sic!*) *P* 15 nonnisi gratia liberantur *om., m. 2 add.* nonnisi per gratiam liberantur *B* nonnisi per gratiam liberantur *N* liberantur (n *s. u.*) *P* illic *P m* 17 liberet, *m. 1 corr.* liberat *O* iusto, *corr.* iusti *P* in eo (n *m. 2 in ras.*) *C* ideo *O* 18 non *ante* operationem *om. C* (*m. 2 add.*) *O* sal*tem (u *eras.*) *P* 19 iniusta *BCON* 20 liberari] liberam, *m. 2* (?) liberari *P* quosdam per gratiam christi *N* 21 christi* *B*

queritur? nam uoluntati eius quis resistit? quae si iusta est excusatio, non iam gratuita gratia sed propter huius excusationis iustitiam liberantur. si autem gratia est, qua liberantur, profecto haec excusatio iusta non est. tunc enim uera gratia est, qua homo liberatur, si non secundum debitum iustitiae retribuitur. nihil ergo fit in eis, qui dicunt: Quid adhuc conqueritur? nam uoluntati eius quis resistit? nisi quod legitur in libro Salomonis: Insipientia uiri uiolat uias eius; deum autem causatur corde suo.

30 Quamuis itaque deus faciat uasa irae in perditionem, ut ostendat iram et demonstret potentiam suam, qua bene utatur etiam malis, et ut notas faciat diuitias gloriae suae in uasa misericordiae, quae facit in honorem non damnabili massae debitum sed suae gratiae largitate donatum, tamen in eisdem irae uasis propter meritum massae in contumeliam debitam factis, id est in hominibus propter naturae quidem bona creatis sed propter uitia supplicio destinatis iniquitatem, quam rectissime ueritas inprobat, damnare nouit ipse, non facere. sicut enim uoluntati eius tribuitur humana natura nullo dubitante laudanda, sic hominis uoluntati culpa tribuitur nullo recusante damnanda. quae uoluntas hominis aut hereditarium uitium transmisit in posteros, quos in se

7 Rom. 9, 19 8 Prou. 18, 22 (19, 3) sec. Septuag. 11 Rom. 9, 21—23 19 Ps. 44, 8; Hebr. 1, 9

1 nam] nam et *P* (et *exp.*) *M* uolunti *P* 2 iam non *signis corr.* $P^1$ 3 si—liberantur *om. COP* 4 haec excusatio] excusatio ñ iam *P* 5 qua] quia *O* 6 fit *om. M* in *s. u. P* 7 ad hoc *C* (*m. 2* adhuc) *O* non quaeritur *O* 8 Salomonis] psalmorum *B* 9 dm̃ (m *ex corr. m. ut uid. 1*) *C* deus *OP* (*m. 2 ?* deum) causator, *corr.* causatur *P* corde suo] in corde suo $PP^1M$ *edd.* 12 quam *BOP* (m *exp.*) 13 utamur etiam *B* utitur etiam $PP^1M$ etiam utitur *edd.* faciet *P* diuitias] potentiam suam (suam *exp.*) *P* 14 fecit $P^1N$ 16 pro meritum *C* (*m. 2* pro merito) *O* 17 debitam *om.* $P^1$ (*in fine u; m. 1 add.* debitū) *M* debitum *P* in *om.* $PP^1$ 18 bone, *corr.* bonum *P* bonae *M* bonum $P^1N$ 20 facere (t *eras.*) *P* tribuit, *m. 2* tribuitur *B* 21 laudanda *om. M* sic—damnanda *om. B* uolun// /tati *P* tribuitur culpa *N* 23 quod $PP^1$

habuit, cum peccaret, aut adquisiuit etiam cetera uitia, cum in se ipso unusquisque perdite uiueret. sed neque ab illo, quod originaliter trahitur, neque ab his, quae unusquisque in uita propria uel non intellegendo uel nolendo intellegere mala congregat uel etiam instructus ex lege additamento praeuaricationis exaggerat, quisquam liberatur et iustificatur nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum non solum remissione peccatorum sed prius ipsius inspiratione fidei et timoris dei impertito salubriter orationis affectu et effectu, donec sanet omnes languores nostros et redimat de corruptione uitam nostram et coronet nos in miseratione et misericordia.

VII 31 Verum isti, qui personarum acceptorem fieri existimant deum, si in una eademque causa super alios ueniat misericordia eius, super alios maneat ira eius, nempe totas uires argumentationis humanae in paruulis perdunt. nam ut interim taceam, quod non est praeter paruulos quamlibet a materno utero recentissimos ea poena, de qua loquens apostolus ait: Per unius delictum in omnes homines ad condemnationem, unde non liberat nisi unus ille, de quo idem ait: Per unius iustificationem in omnes homines ad iustificationem uitae, ut hoc ergo interim omittam et hoc solum de paruulis dicam, quod ipsi quoque auctoritate

7 Rom. 7, 25 10 Ps. 102, 3—4 13 Act. 10, 34 19; 21 Rom. 5, 18

1 peccaret] ea caret *C* (*m. 2* ea careret) *O* adquaesiuit *CO* certa, *m. 1 corr.* cetera *O* uetera *PM* 2 quisque *P* biberet, *m. 2* (?) uiueret *P* 3 generaliter *M* ab hiis *N* 4 non *om. PP*[1]*M edd. praeter m* 5 instructū *PM* 8 remissionem *C* (*postr. l. cras.*) *O* ipsius *om. BN* inspirationis *PM* fid////ei *P* 9 effectu] affectu, *m. 2* effectu *B* 10 redimet, *corr.* redimat *P* 11 uiam, *m. 1 corr.* uitam *O* animam *P*[1] 13 existiment, *corr.* existimant *P* 15 maneat] uero maneat *edd.* 17 quamlibet* a ma*terno *C* a *om. P*[1] *edd.* 18 utero *om., s. u. m. 2 add. P* recentissimo se a poena *B* 19 ad—homines *om. P* ad] an, *m. 1 corr.* ad *P*[1] 21 iustificatione *M* 22 ergo hoc *PP*[1]*MN edd.* amittam (*pr.* m *expuncto supra add.* d) *P* dimittam *M*

euangelica territi uel potius Christianorum populorum concordissima fidei conspiratione perfracti sine ulla recusatione concedunt, quod nullus paruulus nisi renatus ex aqua et spiritu intrat in regnum caelorum, quam quaeso adlaturi sunt causam, quod alius sic gubernatur, ut baptizatus hinc exeat, alius infidelium manibus traditus uel etiam fidelium, priusquam ab eis baptizandus offeratur, expirat? an hoc fato uel fortunae daturi sunt? non opinor eos in tantam dementiam prorupturos quantulumcumque nomen Christianum tenere cupientes.

32 Cur ergo in regnum caelorum non accepto regenerationis lauacro paruulus nullus intrabit? numquidnam ipse sibi parentes infideles uel neglegentes, de quibus nasceretur, elegit? quid dicam de inopinatis et repentinis innumerabilibus mortibus, quibus saepe etiam religiosorum Christianorum praeueniuntur et baptismo praeripiuntur infantes, cum e contrario sacrilegorum et inimicorum Christi aliquo modo in Christianorum manus uenientes ex hac uita non sine sacramento regenerationis emigrent? quid hic dicturi sunt, qui, ut gratia dari possit, nonnulla praecedere merita humana contendunt, ne sit personarum acceptor deus? quae tandem hic merita praecesserunt? si eorundem cogitaueris paruulorum, nulla sunt propria, utrisque est illa massa communis; si parentum adtenderis, bona sunt illa, quorum filii repentinis mortibus sine Christi baptismate perierunt, mala uero illa, quorum filii per Christianorum aliquam potestatem ad sacramenta ecclesiae

3 Ioh. 3, 5  10 Tit. 3, 5  19 Act. 10, 34

1 territi ,// (*ras. 1—2 l.*) *B*  2 perfacti, *corr.* perfecti *C* perfecta *O* praefracti *M*  perfracti////ne ulla *P*  excusatione *PM*  4 ** allaturi (*fuit* la) *C* allituri *O*  5 alius sit gubernator *CO*  7 expirat, *corr.* expiret *P* exspiret *N*  fortuitu *S* fortitudinę (ti *et* di *eras.*) *P*  8 donaturi *SPP¹M*  opinor (or *supra ras.*) *P*  tantum *OM*  producturos *SPM* prodituros *P¹*  10 regno *P*  11 intrauit *SC* (*m. 2* intrabit) *OP* (*corr.* intrabit)  numquidnam *om. B*  13 et] uel *P¹*  repentilis *O*  15 et in baptismo praecipiuntur *O*  17 manus, *sed* anu *in ras.* (*m. 2 ?*) *P*  uenient *CO*  18 hinc *SPP¹M*  20 hinc *SPM*  22 illæ *P* ille *S*  massa quam communis *SP* (quam *exp.*)  attendis *P¹*  23 filiis *O*

peruenerunt. et tamen prouidentia dei, cui nostri capilli numerati sunt, sine cuius uoluntate non cadit passer in terram, quae nec fato premitur nec fortuitis casibus impeditur nec ulla iniquitate corrumpitur, ut renascantur ad hereditatem caelestem, non consulit omnibus paruulis filiorum suorum et nonnullis consulit etiam paruulis impiorum. iste infans de fidelibus coniugatis ortus, laetitia parentum susceptus, matris uel nutricis somnolentia suffocatus fit exsors expers suorum fidei; ille infans de sacrilego stupro nascitur, crudeli timore matris exponitur, alienorum misericordi pietate colligitur, eorum Christiana sollicitudine baptizatur, fit aeterni consors et particeps regni. ista cogitent, ista considerent, hic audeant dicere deum uel acceptorem in sua gratia personarum uel remuneratorem praecedentium meritorum.

33 Nam etsi conabuntur maioris aetatis aliqua merita suspicari seu mala seu bona, quid de ipsis infantibus dicent, quorum nec iste sibi ullis propriis meritis malis adquirere potuit uiolentiam suffocantis nec bonis ille diligentiam baptizantis? nimiae uanitatis et caecitatis sunt, si etiam his consideratis nondum dignantur exclamare nobiscum: O altitudo diuitiarum sapientiae et scientiae dei! quam inscrutabilia sunt iudicia eius et inuestigabiles uiae

1 Matth. 10, 30; 29 13 Act. 10, 34 20 Rom. 11, 33

1 tamen] cum *a* cur *cett. edd. praeter m* cui *om. M* cum *B* nostri] dicitur *O* 2 cuius] tupis (*?*) *O* non] iñ (i *exp.*) *B* in terra *B* 3 fa*to *P* facto *S* 4 renascatur *B* 7 ortis *O* conceptus *M* 8 sit *O* exsors] extorris *SPP*[1]*M m* et expers *SOP* (et *s. u.*) *P*[1]*MN edd.* (*f* et extorris) fidei suorum *l r m* 10 misericordi/// *P* colligi////tur (*ras. 1—2 l.*) *C* colliguntur *O* 11 aeterna, *m. 2* aeterni *B* 12 cogitent ista] cogitent his *S* cogitentis, *m. 2* cogitantes *P* hinc *SPP*[1]*M* uideant, *m. 1 corr.* audeant *O* 13 dicere *om., m. 1 add. P*[1] 16 seu bona seu mala *P*[1] (*signis corr.*) *N edd.* istis *SPP*[1]*M edd.* 17 ipse *CO* propris, *m. 2* propriis *B* propriis malis meritis *SPP*[1]*M* meritis propriis malis *N* potuit acquirere *edd. praeter a* (*a om.* potuit) 18 uinolentiam *SBCOP* (*corr.* uinulentiam) *P*[1]*M* suffocantur, *corr.* suffocantis *P* 19 unitatis *B*

eius! non itaque misericordiae gratuitae dei pertinacissima aduersentur insania. sinant filium hominis in qualibet aetate quaerere et saluum facere, quod perierat, nec de inscrutabilibus iudiciis eius audeant iudicare, cur in una eademque causa super alium ueniat misericordia eius, super alium maneat ira eius.

VIII 34 Qui enim sunt isti, qui respondeant deo, quando quidem ille Rebeccae habenti geminos ex uno concubitu Isaac patris nostri, cum illi nondum nati nihil egissent boni uel mali, ut secundum electionem propositum eius maneret, electionem scilicet gratiae, non debiti, electionem, qua eligendos facit ipse, non inuenit, non ex operibus sed ex uocante dicit minori seruiturum esse maiorem? in quam sententiam beatus apostolus etiam testimonium prophetae longe posterioris adsumpsit: Iacob dilexi, Esau autem odio habui, ut intellegeretur hoc apertum postea per prophetam, quod, antequam illi nascerentur, erat in dei praedestinatione per gratiam. quid enim diligebat in Iacob, antequam natus fecisset aliquid boni, nisi gratuitum misericordiae suae donum? et quid oderat in Esau, antequam natus fecisset aliquid mali, nisi originale peccatum? nam nec in illo diligeret iustitiam, quam nullam ille fecerat, neque in isto odisset naturam, quam bonam ipse fecerat.

2 Luc. 19, 10; Matth. 18, 11 7 Rom. 9, 20 8; 12 Rom. 9, 10—12; Gen. 25, 21—23 13 Rom. 9, 13; Mal. 1, 2—3

1 gratuitae misericordiae *M* 2 insania *om. B* 4 inscrutabilibus (in *s. u.*) *P* 5 causa, *supra m. 1* ł massa *N* 6 ira eius maneat *B* (*ante* ira *ras. 2—3 l.*) *N* 8 habenti] utero habenti *BN* 10 lectionem, *m. 2* electionem *C* electione *P* electio *M* 11 debitae *BP* electione *PM* qu*a (*fuisse uid.* quia) *O* quia *M* eligendo *SCOM* ligendo *B* 12 non cum inuenit *PM* minori* *C* minoris *O* 13 in qua sententia *P*[1] sentiunt, *quo expuncto m. 2 supra* sicut *P* 14 prophetae testimonium *N* adsumit *CO* 16 per prophetas *BN* quod ante quod illi *CO* 17 illi *om. B* erant *P* (n *exp.*) *M* 18 fecisset (t *s. u. m. 2*) *P* 19 orat *C* (*m. 2* oderat) *O* 20 antequam—mali *om. CO* natus *om. P*[1] 21 neque *SPP*[1]*M edd.* diligeretur iustitiam *C* (m *eras.*) *O* 22 ipse bonam *N* 23 pfecerat *P*[1]

35 Mirum est autem, cum his coartantur angustiis, in quanta se abrupta praecipitent metuentes retia ueritatis. 'Ideo', inquiunt, 'nondum natorum alium oderat, alium diligebat, quia eorum futura opera praeuidebat.' quis istum acutissimum sensum defuisse apostolo non miretur? hoc quippe ille non uidit, quando sibi uelut aduersantis obiecta quaestione non id potius tam breue, tam apertum, tam, sicut isti putant, uerum absolutumque respondit. cum enim rem stupendam proposuisset, quo modo de nondum natis nec aliquid agentibus boni aut mali recte dici potuerit, quod unum deus dilexerit, alterum odio habuerit, ipse sibi obiecta quaestione motum exprimens auditoris: Quid ergo dicemus? inquit, numquid iniquitas apud deum? absit! hic ergo erat locus, ut diceret, quod isti sentiunt: 'Futura enim deus opera praeuidebat, quando minori maiorem seruiturum esse dicebat.' non autem hoc apostolus dicit, sed potius, ne quisquàm de suorum operum meritis audeat gloriari, ad dei gratiam et gloriam commendandam uoluit ualere, quod dicit. cum enim dixisset: Absit, ut sit iniquitas apud deum, tamquam ei diceremus: 'Unde hoc ostendis, cum adseras non ex operibus sed ex uocante dictum esse: Maior seruiet minori?' Moysi enim dicit, inquit: 'Miserebor, cui misertus ero, et misericordiam praestabo, cui misericors fuero'. igitur non uolentis neque currentis sed miserentis est dei. ubi nunc merita, ubi opera uel praeterita uel futura tamquam liberi arbitrii uiribus adimpleta siue adimplenda? nonne aper-

12 Rom. 9, 14 20 Rom. 9, 11—12; Gen. 25, 23 21 Rom. 9, 15—16; Ex. 33, 19

1 est *om.* $P^1$ hiis *N* coarguantur $P^1$ 2 se] re *O* abrupta (p *s. u.*) *P* praecipitent (n *s. u.*) *P* metuentis, *corr.* metuentes *P* 5 apostolū* *B* 10 alium *PP*$^1$*M edd.* 11 ipsa *PM m* 12 dicimus *PM* iniquitas est apud deum *B* 14 quae *N* dī opera *P* opera dī *N* 15 ////////// quando (*ras. 5—6 l.*) *C* atque ideo $P^1$ 16 sed potius *om. P* 17 audeat meritis *PP*$^1$*M edd.* aude*at *B* 18 dicit, *corr.* dixit *P* dixit $P^1$ *edd.* 20 adserat, *corr.* asseras *P* 21 moyses *PP*$^1$*M edd. praeter m* 22 misertus (tus *in ras.*) *P* 25 tamquam *om. P* 26 *post* sū (= siue) *ras. 1 l. B* sibi, *corr.* siue *P* uel $P^1$*N edd.*

tam protulit apostolus de gratuitae gratiae, hoc est uerae gratiae commendatione sententiam? nonne stultam fecit deus haereticorum sapientiam?

36 Quid autem agebatur, ut hoc apostolus diceret, ut eorum geminorum commemoraret exemplum? quid persuadere moliebatur? quid inculcare cupiebat? nempe hoc, quod ipsorum oppugnat amentia, quod superbi non capiunt, quod sapere nolunt, qui ignorantes dei iustitiam et suam uolentes constituere iustitiae dei non sunt subiecti. de ipsa quippe gratia satis agebat apostolus et ideo promissionis filios commemorabat. quod enim promittit deus, non facit nisi deus; habet namque aliquid rationis et ueritatis, ut homo promittat et deus faciat; ut autem homo se facere dicat, quod promiserit deus, superbae impietatis est reprobus sensus.

37 Commendans ergo filios promissionis hoc prius significatum ostendit per Isaac, filium Abrahae. euidentius namque opus dei apparet in eo, quem non genuit usitatus ordo naturae de sterilibus uisceribus et senectute confectis, ut in filiis dei, qui futuri praenuntiabantur, hoc esset signum diuini operis non humani. in Isaac, inquit, uocabitur tibi semen, hoc est non qui filii carnis, hi filii dei, sed filii promissionis deputantur in semen. promissionis enim uerbum hoc est: 'Ad hoc tempus ueniam et erit Sarrae filius.' non solum autem, inquit, sed et Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris

2 I Cor. 1, 20  8 Rom. 10, 3  21 Rom. 9, 7—10

5 quid *om., in marg. m. 2 add. P*  persuadere/// (*parua ras.*) *B*  7 amentiā *M*  superbia *PP¹M edd. praeter m*  8 uolentes *bis, alterum del. N*  11 commendabat *P¹N edd.*  13 facere se *P¹*  16 primum *PP¹M edd.*  17 ostenderit, *m. 1 corr.* ostendit *O*  nam, *m. 1 corr.* namq: *B*  apparet opus dei *M* opus apparet dei *N*  21 inquit *om., in fine u. m. ut uid. 2 add. M*  22 hi (i *in ras. m. 1*) *O* hii *BPP¹N* ii *f l r m*  sed qui filii *CO sec. Vulg.*  23 in semine *BCOP¹N edd. praeter m sec. Vulg.* (*Gr.* εἰς σπέρμα); *cf. ep. CXL p. 195, 12*  25 erit] en, *m. 2* erit *P*  inquit *om. P¹*  et *om. CO*  26 patres, *corr.* patris *P*

nostri. quo pertinuit, ut adderet 'ex uno concubitu', nisi ut non solum de suis neque de parentum meritis aliorum sed ne de ipsius quidem unius patris mutata forte in melius uoluntate gloriaretur Iacob dicens ideo se a creatore dilectum, quia pater eius, quando eum seminauit, melioribus laudabilior moribus fuit? 'ex uno,' inquit, 'concubitu'; unum tunc ad eos seminandos meritum patris, unum ad concipiendos meritum matris, quia, etsi mater eos, donec pareret, uisceribus portauit inclusos et forte uoluntates affectionesque uariauit, non uni sed ambobus utique uariauit, quos pariter uentre portauit.

38 Intentio igitur intuenda est apostoli, quo modo propter gratiam commendandam nolit eum, de quo dictum est: Iacob dilexi, nisi in domino gloriari, ut, cum ex eodem patre, eadem matre, uno concubitu, antequam aliquid egissent boni aut mali, alterum diligit deus, odit alterum, intellegat Iacob ex illa massa originalis iniquitatis, ubi fratrem, cum quo habuit communem causam, uidet per iustitiam meruisse damnari, nonnisi per gratiam se potuisse discerni. nondum enim nascentibus, inquit, nec aliquid agentibus boni aut mali, ut secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus sed ex uocante dictum est ei: 'Maior seruiet minori.'

13 Mal. 1, 2 19 Rom. 9, 11—12; Gen. 25, 23

1 quod *C* (*m. 2* quid) *OP* quid *B* concubito, *m. 1 corr.* concubitu *O* concubitu habens isaac patris nri ut non solum *P* 3 nec *BCON* de se ipsius quidam (*corr.* quidem) *P* 5 seminabit *C* (*corr.* seminauit) *O* 7 concipiendos *ras. ex* concupiendos *P* concupiscendos *O* 8 donec//// (ec *in ras.*) *P* 9 inconclusos *P* afflictionesque *M* 11 urae *exp. et in marg m. 2 add.* uentre *P* 12 intentio *om. C* (*m. 2* sententia *post* est *add.*) *O* 13 nolis *O* 14 ut *om. P* ut, *corr.* et *M* cum *om. CO* 15 eademque *N* boni egissent *N* 16 aut] uel *M* deus diligit *PP*¹*M edd.* alterum odit *BN* intelligit *N* 17 fratrem] fratrem suum *PP*¹*M edd.* cum] in *P* 18 uidet, *m. 2* uidit *C* per iustitiam, *m. 2* per iniustitiam *B* 19 potuisse] meruisse *P*¹ 20 inquit sed aliquid *CO* nec (*om.* inquit *et* aliquid) *PP*¹*M edd.* bonum aut malum *PP*¹*M edd. sec. Vulg.*

39 Electionem autem gratiae nullis fieri operum praecedentibus meritis alio loco apertissime idem apostolus ostendens: Sic ergo, inquit, et in hoc tempore reliquiae per electionem gratiae saluae factae sunt. si autem gratia, iam non ex operibus; alioquin gratia iam non est gratia. secundum hanc ergo gratiam etiam propheticum testimonium consequenter adsumens: Sicut scriptum est, inquit, 'Iacob dilexi, Esau autem odio habui,' et continuo: Quid ergo dicemus? inquit, numquid iniquitas apud deum? absit! sed quare 'absit'? an propter opera, quae futura praeuidebat amborum? immo et hoc absit; Moysi enim dicit: 'Miserebor, cui misertus ero, et misericordiam praestabo, cui misericors fuero.' igitur non uolentis neque currentis sed miserentis est dei. atque ut in uasis, quae perfecta sunt ad perditionem, quae damnatae debita est massae, agnoscant uasa ex eadem massa in honorem facta, quid eis misericordia diuina largita sit: Dicit enim, inquit, scriptura Pharaoni, quia ad hoc te excitaui, ut ostendam in te potentiam meam et ut glorificetur nomen meum in uniuersa terra. denique ad utrumque concludit: Ergo, cuius uult, mise-

2 Rom. 11, 5—6  7; 11; 18; 21 Rom. 9, 13—18; Mal. 1, 2—3; Ex. 33, 19; 9, 16  15 Rom. 9, 21—22

1 meritis praecedentibus *N*  praecidentibus, *m. 2* praecedentibus *B*  2 *post* meritis *repetitum est* fieri operum, *sed del. P*  ostendens *om. BCOPM*  3 reliquiae *om. CO*  per] secundum *PP*$^1$*M edd. sec. Vulg.* (*Gr.* κατά)  4 saluae *om. C* (*m. 2 add.*) *OP* (*m. 2 add.*) *sec. sacr. litt.*  5 alioquin iam (*om.* gratia) *P*  7 consequenter *om. P*$^1$  adsumimus, *corr.* assumimus *P* assumimus *M*  9 dicimus *P*  iniquitas est apud deum *BPP*$^1$*M edd.*  10 sed (d *s. u.*) *P*  11 praeuidebat] sui praecedebat (sui *deleto corr.* praeuidebat) *P* sui praecedebant *M* praesciebat *P*$^1$ *edd.*  moyses *BCOPP*$^1$*M edd. praeter m*  13 misertus *O*  15 ut *om. P*  ad] in *PP*$^1$*M edd. sec. Vulg.*  16 est, *m. 2* sunt *P*  uase, *corr.* uasa *P*  17 diuina misericordia *P*$^1$  largita sit] largitas (*m. 2* largitur) ||||||| *P*  18 scriptura inquit *MN*  inquit *om. B*  ad pharaonem *P* (nem *s. u. m. 2*) *P*$^1$*M edd.*  20 et *om. N*  tuum, *m. 2* meum *B*

retur et, quem uult, obdurat. hoc facit, apud quem non erit iniquitas. miseretur itaque gratuito dono, obdurat autem iustissimo merito.

40 Sed dicat adhuc superbi infidelis elatio uel puniti damnabilis excusatio: Quid adhuc conqueritur? nam uoluntati eius quis resistit? dicat et audiat, quod conuenit homini: O homo, tu quis es, qui respondeas deo? et cetera, de quibus iam, quantum potui, satis ac saepe disserui. audiat haec et non contemnat. quod si contempserit, etiam ut contemneret, se inueniat obduratum; si autem non contempserit, etiam ut non contemneret, se credat adiutum, sed obduratum debite, adiutum gratis.

IX 41 Neque enim, si duorum de Isaac patriarcha geminorum, quod quidem iam ostendimus quanta caecitate dicatur, futura praeuidit deus opera, quia uixerunt atque senuerunt, et propterea Iacob dilexit, Esau autem odio habuit, ideo moriturorum etiam paruulorum potest quisquam dicere, ut huic ad percipiendum baptismum non consulat, illi autem consulat, deum futura eorum opera praeuidere; quo modo enim futura dicuntur, quae nulla erunt?

42 'Sed deus,' inquiunt, 'in eis, quos hinc aufert, praeuidet,

5; 7 Rom. 9, 19—20   16 Mal. 1, 2—3

1 obdurat (ob *et* at *in ras. m. ut uid. 1*) *O* indurat $P^1$ *sec. Vulg.* 2 est *PP¹MN edd.* meretur *B* 4 dicit *O* adhuc uel superbi *PP¹MN edd.* 6 quis] qui *B* audia, *m. 2* audiam' *P* 7 homini//// *P* 8 de *om. P* (*s. u. m. 2 add.*) *M* *ac (h *eras.*) *P* 9 audiet, *corr.* audiat *P* etiam—inueniat *om. PM* etiam obduratum ut contempneret se inueniat *N* 10 contemnerit, *corr.* contemneret *C* contempserit *O* autem *om. PP¹M* contem*nerat (*sic!* p *eras.*) *P* 11 se] esse *PM* (*ante* esse *in fine u.* se *postea add.*) esse se $P^1$ 12 debitae *BO* debito $P^1$ *edd.* gratia *edd.* 14 quo, *m. 1 corr.* quod *O* quidem (m *s. u m. 2*) *P* 15 quia] qui *M m* senserunt *C* 16 dilexi.... habui *C* (*m. 2* dilexit.... habuit) *O* habuit (h *s. u. m. 2*) *P* moritorum *O* meritorum *C* 17 quicquam *B* 18 illi autem consulat *om. B* autem *om. N* deus $P^1$ 19 opera eorum *N f l r m* 20 erunt, *m. 2* erant *C* 21 deus *om.* $P^1$ hic *B* praeuidit *BN*

quem ad modum uicturus fuisset quisque, si uiueret; ideo, quem nequiter nouit fuisse uicturum, sine baptismo facit et mori sic in eo puniens opera mala, non quae fecit, sed quae facturus fuit.' si ergo diuinitus, etiam quae commissa non sunt, mala opera puniuntur, primo adtendant, quam falso polliceantur in damnationem paruulos non ituros, qui sine baptismate moriuntur, qui si propterea non baptizantur, quia male uicturi erant, si uiuerent, propter ipsam quippe malam uitam procul dubio damnabuntur, si etiam mala, quae fuerant futura, damnantur. deinde si eis ad percipiendum baptismatis consulitur sacramentum, quos nouit deus, si uiuerent, bene fuisse uicturos, cur non omnes tenentur in uita, quam bonis operibus ornaturi sunt? cur etiam eorum, qui baptizantur, quidam diu uiuentes pessime uiuunt et usque ad apostasian aliquando perueniunt? cur ipsum primum coniugium peccatorum, quos utique nouerat peccaturos, non de paradiso ante proiecit, ne ibi committerent, quod tam sancto loco esset indignum, si iuste peccata etiam nondum commissa puniuntur? quid denique praestatur ei, qui rapitur, ne malitia mutet intellectum eius et ne fictio decipiat animam eius, si iuste etiam illa puniuntur, quae licet non fecerit, fuerat tamen

19 Sap. 4, 11

1 esset *PP$^1$M edd.* si** *C* siue *O* ideo] et ideo *PP$^1$M edd.* 2 fuisse uicturum nouit *N* fecit *N* et mori] emori *PMm* 3 quae non *M* facit *P* 4 diuinitas *P* 5 puniuntur, *m. 2* punit *P* punientur *B* attendant (*secunda et quinta l. ex corr. m. 2*) *C* autem dant *O* falsa *PM* polliantur, *m. 2* cen *super* an *B* 6 in dam*natione (p *eras.*) *P* 7 si *om. PP$^1$MN edd.* dicturi *C* (*m. 2* uicturi) *O* 8 si** *C* siue *O* ipsum *B* 9 futura fuerant *P$^1$* (*signis corr.*) *N* 10 sacramentum consulitur *N* 11 quos] quis *M* deus] eos *M* 13 quidam] qui tam *B* idem *PM* 14 apostasiam *P* (*ex corr. m. 2; fuit* postas iam) *P$^1$MN edd.* 15 coniugium primum *N* 16 nouerat] nouerat deus *edd.* peccatores *O* (*m. 1 corr.* peccaturos) *P* ante *in fine u. om. N* 17 iam *P* 19 malitia mutet *ex* malitiam utet *P* mutaret *CO* 21 etiam iuste *N* fecerit fuerat, *corr.* fecerint fuerant *P*

uiuendo facturus? postremo cur non ad percipiendum regenerationis lauacrum ei magis consulitur morituro, qui male fuerat uicturus, si uiueret, ut ei peccata, quae fuerat commissurus, remittantur in baptismo? quis enim est tam uecors, qui ea neget per baptismum posse dimitti, quae sine baptismo dicit posse puniri?

X 43 Sed disputando aduersus eos, qui usquequaque conuicti etiam non commissorum peccatorum deum persuadere moliuntur ultorem, uerendum est, ne nos in eos ista fingere existimemur, illi autem nullo modo tam hebetes esse credantur, ut haec uel sentiant uel cuiquam persuadere conentur. uerum tamen nisi eos haec dicere audissem, refellenda esse non arbitrarer. circumstipantur enim et diuinarum auctoritate lectionum et antiquitus tradito ac retento firmo ecclesiae ritu in baptismate paruulorum, ubi apertissime demonstrantur infantes, et cum exorcizantur et cum ei se per eos, a quibus gestantur, renuntiare respondent, a diaboli dominatione liberari, et non inuenientes, qua eant, pergunt in praecipitem stultitiam, dum nolunt mutare sententiam.

44 Illud sane sibi uidentur acutissime dicere: 'Quo modo peccatum transit in filios fidelium, quod in parentibus non dubitamus dimissum esse per baptismum?' quasi propterea possit

1 Tit. 3, 5

1 uidendo *P* facturos postremum, *corr.* facturi postremo *P* 2 ei] et *CO* qui] quia *B* 4 tam *ex* iam (*m. 2?*) *P* qui*ea *C* ea neget *ex* eam eget *P* 5 qui *N* 6 puniri posse *O* 7 disputandum *B* 8 molumtui (*sic!*) *P* 9 auctorem *B* in eos *om. CO* ista* *C* existimemus *PM* 10 illi//// (*ras. 1—2 l.*) *C* illud *O* euetes, *corr.* ebetes, *m. 2* hebetes *P* ebetes, *m. 2* hebetes $P^1$ esse] se, *m. 2* esse *B* haec *om. CO* hoc *B* 12 audiissem *m* arbitrarer* *B* arbitraret, *m. ut uid. 1 corr.* arbitrarer *C* 14 ac] et $P^1$ (*m. 1 corr.* ac) *edd.* in baptysmo *N* 15 demonstratur *B* monstrantur *N* 16 exorcitantur *O* exorciz*antur (*fuit* i) *P* ei se] eis et *C* (s *eras.*) *O* eis *PM* ei $P^1$*N* *edd. praeter m* testantur *M* abrenunciare *M* 17 a dominatione diaboli *N* 18 qua* (e *eras.*) ante pergunt (*corr.* pergant) *P* qua exeant pergunt $P^1$*N* *edd.* *post* praecipitem *in marg. m. 2 add.* eunt *P* uolunt *P* 20 uidentur sibi *N* uidetur *C* (*m. 2* uidentur) *O* 22 demissum, *corr.* dimissum *P* quasi] quare $P^1$

non habere generatio carnalis, quod sola tollit regeneratio spiritalis. aut uero in baptismo concupiscentiae carnis infirmitas continuo sanatur, sicut continuo reatus eius aboletur sed gratia renascendi non condicione nascendi? unde quisquis per hanc concupiscentiam etiam de renato nascitur, sine dubitatione oberit nato, nisi et ipse similiter renascatur. uerum quicquid est in hac quaestione difficultatis, ita in agro Christi non impedit operarios eius, quominus ab eis in peccatorum remissione baptizentur infantes, siue de infidelibus siue de fidelibus nati sunt, sicut agricolas non impedit, quominus ab eis inserendi cura in oleas conuertantur oleastri, siue de oleastris siue de oleis oriantur. nam et hoc si, ut respondeat, rustico proponatur, quae causa sit, ut, cum aliud sit olea aliud oleaster, non tamen nisi oleaster de semine utroque nascatur, non omittit inserendi operationem, etiamsi non possit istam soluere quaestionem; alioquin, dum ex oliuae semine exorta uirgulta non aliud quam oleas esse existimat, efficit desidia uanitatis, ut totus ille ager amara sterilitate siluescat.

45 Nam illud, quod excogitauerunt, cum ueritatis pondere premerentur, quia f i d e l i s d o m i n u s i n u e r b i s s u i s et prop-

10 Rom. 11, 24 20 Ps. 144, 13

1 haberi *B* generatione carnali *CO* 3 sanetur *PP*¹*N l r m* sed, *m. 2* aut *C* gratiae (e *exp.*) *O* 4 renascendi (re *exp.*) *C* non condicione nascendi *om. CO* 5 nascitur *bis, alterum del. O* 6 obierit *B* 7 hanc *C* (n *eras.*) *O* **ita *C* agno, *m. 2* agro *B* 8 in *om., s. u. m. 2 add. P* remissione peccatorum *M* remissionē peccatorum *P* (~ *m. 2*) *P*¹ (~ *m. 1?*) remissionem peccatorum *N edd.* 9 de *ante* infidelibus *om., m. 2 add. B* siue de fidelibus siue de infidelibus *P* (fi *in* infidelibus *s. u. m. 2*) *P*¹*MN edd.* 10 sint *PP*¹*MN edd.* cominus, *m. 2* (?) quominus *P* 12 oriuntur, *m. 1 corr.* oriantur *P*¹ si ut respondeat] sua respondeat *sed del. et s. u. m. 2* si *add. P* si] sic *M* 14 que nascatur non omittit *deest in B folii fortasse resectione* nascitur *M* 15 inserendi *om. N* curationem *P*¹*N* possitis tam *C* (*sed corr.*) *O* posit (*m. 2?* possit) tam (*m. 2* istam) *P* 16 oliu*ae (*fuit* i) *P* 17 uirgula, *m. 2* (?) uirgulta *P* existimas *B* ęstimat *PP*¹ estimat *MN* 20 in omnibus uerbis suis *M sec. Vulg.*

terea eius ecclesia nullo modo fallaciter paruulos in peccatorum remissione baptizat, sed, ut fide agatur, quod agitur, utique fit, quod dicitur, — quod ergo excogitauerunt, cum haec eos apertissima moles ueritatis urgueret, quis non Christianus inrideat, quamlibet uersutissimum cernat? dicunt enim ueraciter quidem respondere paruulos per ora gestantium in remissionem se credere peccatorum, non tamen quia sibi remittuntur, sed quia credunt, quod in ecclesia uel in baptismo remittantur. in quibus inueniuntur, non in quibus nulla sunt. ac per hoc nolunt eos ita baptizari in remissione peccatorum, tamquam in eis fiat ipsa remissio, quos contendunt nullum habere peccatum, sed quoniam licet sine peccato in eo tamen baptismate baptizantur, quo fit in quibusque peccatoribus remissio peccatorum.

46 Fieri quidem potest, ut haec uersipellis astutia subtilius et acutius ex otio refellatur. uerum tamen secundum istam suam calliditatem non inueniunt, quid ad hoc respondeant, quod exorcizantur et exsufflantur infantes. hoc enim procul dubio fallaciter fit, si diabolus eis non dominatur; si autem dominatur et ideo non fallaciter exorcizantur et exsufflantur, per quid dominatur nisi per peccatum princeps utique peccatorum? proinde si iam erubescunt nec audent dicere haec in ecclesia mendaciter geri, fateantur, quod perierat, etiam in paruulis

1 nulla *P* in remissione peccatorum *PM* in remissionem peccatorum *P¹N edd.* 2 baptizans, *m. 2 (?)* baptizat *P* agatur] agitur *B* 4 ueritatis moles *P¹* mole *B* 5 *post* inrideat *ras. 8—9 l. B* quemlibet *CO* 6 paruulos *om. P* *ora (h *eras.*) *P* 7 remittantur *m* 8 credant *P¹N edd.* remittuntur *P¹ a e* remituntur *N* 9 inueniatur, *m. 1 corr.* inueniantur *B* 10 in remissionem *PP¹N edd.* 11 ipsa *om. N* 12 quoniam] quam *B* 13 sit *B* quibuscumque *N* 15 quidem (m *s. u.*) *P* ut] in *O* pellis uersi *signis corr. B* 16 extot*o- refellatur (i *eras.*) *P* secundum] se secundum *CO* (se *s. u.*, *sed m. 1*) 17 inueniant *B* inuenio *P* 18 exorcitantur, *m. 1 corr.* exorcizantur *O* et] ut *B* enim] in eis *N* 19 eis] in eis *CON* dominetur *CO* si autem dominatur *om. M* si autem—per quid dominatur *om. P* 20 ideo si non *M* 21 dominantur *C* (n *post* a *eras.*) *O* 22 erubescant nec audeant *B* ḣ (= hoc) *P¹*

quaeri. neque enim nisi propter peccatum perierat, quod nisi per gratiam non potest quaeri, non potest inueniri. sed deo gratias, quod saltem, cum argumentantur contra remissionem peccatorum, ne fieri credatur in paruulis, iam tamen quamuis per corda et ora maiorum credere paruulos confitentur. sicut ergo audiunt dominum dicentem: Qui non renatus fuerit ex aqua et spiritu, non intrabit in regnum caelorum, propter quod eos baptizandos esse concedunt, sic audiant eundem dominum dicentem: Qui non crediderit, condemnabitur, quia sicut eos renasci per ministerium baptizantium ita etiam credere per corda et ora respondentium confitentur. audeant ergo dicere, quod a iusto deo innocens condemnabitur, si nullo uinculo peccati originalis innectitur.

47 Si sermo iste prolixus est et onerosus occupationibus tuis, da ueniam, quia, ut haec ad te scriberem et prouocatus litteris tuis indicibus erga nos beniuolentiae tuae tecum ista conloquerer, etiam ego uim feci interrumpendis occupationibus meis. si qua illos alia excogitare aduersus fidem catholicam scieritis et quaecumque aduersus eos, ne dominici gregis infirma deuastent, uos quoque fideli et plane pastorali dilectione disseritis, nota facite nobis. haereticorum quippe inquietudine,

6 Ioh. 3, 5 9 Marc. 16, 16

1 periera*t *C* perierant *O* 2 inuenire *B* 3 argumenta*tur (*fuit* u) *B* 4 peccatorū *sed* rū *s. u.* (*m. 2?*) *P* creda*tur *C* credantur *O* 5 *ora (h *eras.*) *P* malorum *P* (l *in inf. parte rasum*) $P^1$ confiteantur *N* 7 spiritu] spiritu sancto *P*$P^1$*MN edd.* introibit *P* (b *ex* u) $P^1$*M edd. sec. Vulg.* regnum *ex* pegnum *P* 8 contendunt *CO* 11 respondentium] confitentium *P*$P^1$*MN edd.* 12 confitemur $P^1$*N edd. praeter m* audiant, *m. 2* audeant *C* audeat *B* 13 originalis peccati *N* 15 qui aut *C* (*corr.* quia ut) *O* occupatus *P*$P^1$*MN edd.* 16 iudicibus, *m. 2* *l* indicibus *B* nos, *supra m. 1* uos *B* 17 conloqueret *C* (*m. 1 corr.* conloquerer) *O* etiam] et *B* interrumpendo *B* 18 aduersum, *m. 1 corr.* aduersus *O* 19 sciereti s (*sic!*) *O* sciretis, *corr.* scieritis *P* scitis $P^1$*N* infima *N* 20 deuastem *O* fideliter plane *CO* 21 diserentis, *corr.* disserentes *P* quippe] quoque *B* inquietudine *cum ras. fortasse super postr. l. M* inquietudines *CO*

ut scripturas uigilantius perscrutemur, unde, ne ouili Christi noceant, eis possit occurri, tamquam de somno ignauiae nostra excitatur industria. ita per multiplicem gratiam saluatoris, etiam quod inimicus in perniciem machinatur, deus conuertit in adiutorium, quoniam diligentibus eum omnia cooperantur in bonum.

## CXCV.

### DOMINO SANCTO AC BEATISSIMO PAPAE AUGUSTINO HIERONYMUS.

Omni quidem tempore beatitudinem tuam eo, quo decet, honore ueneratus sum et habitantem in te dilexi dominum

5 Rom. 8, 28

1 ut] et *PM* perscrutemur, *m. 2* perscrutamur *P* perscrutamur *M* ne obili (*m. 2* ne ouili) *C* n·obili *O* 2 occurri et tamquam *PM* nostre, *m. 2* nostra *P* nostrae *M* 3 excitetur *P* (*corr.* excitatur) *N* 4 in] ad *N* 5 deum *PP*[1]*MN edd. sec. sacr. litt.* cooperatur *B* 6 in bonum. amen *B* in bonum semper in deo uiuas memor nostri frater Karissime. amen *P* (bonū *ex* bono) *P*[1]*M* in bonum semper in deo uiuas memor nostri frater Karissime *N edd.*

*H* = *cod. Escorialensis & I 14 s. VIII—IX.*
*P* = *cod. Parisinus 12163 s. IX.*
*P*[1] = *cod. Parisinus nou. acq. 1672 s. IX.*
*K* = *cod. Coloniensis 60 s. IX.*
*V* = *cod. Vaticanus 355 s. IX—X.*
*U* = *cod. Vaticanus 5762 s. X.*
*Q* = *cod. Augiensis LII s. X.*
*N* = *cod. Atrebatensis 696 (621) s. X.*
*I* = *cod. Escorialensis a II 3 s. X ex.*
*R* = *cod. Vaticanus 341 s. X—XI.*
*D* = *cod. Mus. Brit. Add. 24902 s. X—XI.*
*C* = *cod. Casinensis 16*[19] *s. XI.*
*E* = *cod. Einsidelensis 130 s. XI.*

8 domino *om. P*[1] sancto atque beatissimo *R* sancto et beatissimo *PQE* sancto *P*[1] merito honorabili multumque preferendo *HID* papa *P*[1]*Q* 9 hieronimus in christo salutem *E* 10 omni (ni *ex corr. m. 1*) *P*[1] eo] et *QE* quod ec & *P*[1] quo* (d *eras.*) decet *K* quod decet *HVQIDE* quo decet (*pr.* e *in ras. m. 1*) *N* quo docet *P* 11 in te dilexi] intellexi *I*

saluatorem; sed nunc, si fieri potest, cumulo aliquid addimus et plena complemus, ut absque tui nominis mentione ne unam quidem horam praeterire patiamur, qui contra flantes uentos ardore fidei perstitisti maluistique, quantum in te fuit, solus liberari de Sodomis quam cum pereuntibus commorari. scit, quid dicam, prudentia tua. macte uirtute in orbe celebraris. catholici te conditorem antiquae rursum fidei uenerantur atque suscipiunt et, quod signum maioris gloriae est, omnes haeretici detestantur et me pari persequuntur odio, ut, quos gladiis nequeant, uoto interficiant. incolumem et mei memorem te

5 Gen. 19, 14

1 sed *om.* $P^1$ si *P* cumulo] quum uolo *I* addimus aliquid *HD* aliquid *om. I* addidimus $P^1$ adimus *N* adieimus *R* 2 eonplemur *VC* ut] ita *P* tu, *m. 1 (?) corr.* tui *P* mentione *cum ras. super postr. l. K* mentionem *PV* (*postr. l. del.*) *U* commemorationē $P^1$ neunem (*sic!*) quidem hora *P* ne una quidem hora $HP^1I$ 3 flante, *m. 2* flantes *R* f*lantes (*fuitne* u?) *U* luentes $P^1$ uentus, *m. 2* uentos *K* 4 perstetisti *U* perstitisti* (*fuit* s) *N* prestitisti *HI* prestetisti *P* que *om. QE* quantum in te fuit salus (*m. 2?* solus) *E* quantum in te fuit solum *PK* (solū; *post* ~ *s. u.* s *eras.*) *VUC* quantum in fuit solum (te *om.*) *I* quantum in te fuit *D* solum quantum interest $P^1$ 5 qua *P* eum *om.* $P^1I$ pereuntibus] pereuntibus sodomitis $HP^1I$ commorares *QE* eommori $P^1$ 6 prudentia* tua (*cum ras. supra* a) *K* prudentiā tuā *I* inaete *Q* maste *V* abs te *C* me tue $P^1$ uirtute. *m. 2* a uirtute *K* uirtutis $P^1$ in orbe *om. VDC* in urbe *PKUQNRE* (*m. 2* in orbe) intra orbem $P^1$ celebrari *V* eelebrare *Q* ecclesiae *in ras. m. ut uid. 2 E* 7 eatholica *Q* eatholieae *DE* eatholiee $P^1$ te *om. D* conditorem *om.* $P^1$ eon torem *V* eantorem *C* atq antiq: (atq *eras.*) *N* rursus *P* sursum *V* aque *P* 8 suseipiunt. *m. 2* t suspiciunt *K* suspiciunt *QDE edd.* maioris *om. D* gloria | ee *P* gloria est *U* est gloriae $HP^1QIDE$ 9 *ante* detestantur *s. u. m. 1 add.* te *K* pari *om., s. u. m. 2 add. K* pariter *D* insecuntur *H* insequuntur *ID* sequuntur $P^1N$ (*m. 2* persequuntur) ut] us (*sic!*) *P* gladiis *ras. ex* gladius *N* 10 nequeant, *m. 1 corr.* nequeunt *K* nequeunt $HP^1NIRD$ *edd. praeter a* uotis $P^1$ interfieiunt *D* *pro* ineolumem—papa *sequitur in HID:* Capta Hierusalem tenetur a Nabuchodonosor (naba quod nosos *I* nabac quod onores *H*) rege (regem *H*) nec Hieremiae uult audire eonsilia; quin potius Aegyptum desiderat, ut moriatur in Taphnes (thamnes *H* tafnis *D*) et ibi seruitute (et abires uita

Christi domini clementia tueatur, domine uenerande et beatissime papa.

## CXCVI.

DOMINO BEATISSIMO FRATRI ET COEPISCOPO ASELLICO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

I 1 Litteras sanctitatis tuae, quas ad uenerabilem senem Donatianum de cauendi Iudaismi disceptatione misisti, ad me ipse dignatus est mittere atque, ut eis responderem, petendo uehementius imperauit. quem ueritus contemnere, ut possum, domino adiuuante respondeo gratum existimans etiam caritati tuae, quod ad te scribendo illi iubenti, quem pro suis meritis ambo ueneramur, obtemperare non rennui.

2 Christianos maxime ex gentibus uenientes iudaizare non oportere Paulus apostolus docet, ubi ait: D i x i P e t r o c o r a m

14 Gal. 2, 14—16; Rom. 3, 20

te *HI*) pereat sempiterna. multi utroque claudicant pede et ne fractis quidem ceruicibus inclinantur habentes erroris pristini (erroris pristinum *I* errorem pristinum *D*) cum (cum *om. I*) predicandi eandem (eandem *om. D*) non habeant (haberent *D*) libertatem. fratres tuos, dominum meum Alypium et dominum meum (Alypium—meum *om. D*) Euodium, ut meo nomine salutes, precor (oro. precor *D*) coronam tuam (uestram. amen *D*), *in P*[1]*:* Capta hirslm tenetur a nabucodonosor et nec hieremię uult audire consilia quin potius ęgyptum desiderant ut ibi moriantur in tamnis et seruitute pereant sempiternā. Multi utroque pede claudicant et ne fractis quidem ceruicibus inclinantur habentes affectū pristinū erroris cum predicandi eandem libertatem non habeant facultatem. Ora ꝑ nob̄ dn̄e sc̄e pater. amen. *disiecta membra ep. CXXIII* incolumen *PK* (*m. 2* incolumem) *N* te et mei memorem *QE* 1 Xp̄e *U* domini (*postr. l. in ras. m. 2*) *V* dī nostri *QE* tueatur clementia *Q* clementia (cle *in ras. m. 2*) *V*

*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

4 episcopo *FA* 6 donationum *F* 9 impetrauit *edd. praeter m* 11 a, *m. 1 corr.* ad *F* uiuenti *FA* 12 renui *PR edd.*

omnibus: 'Si tu, cum sis Iudaeus, gentiliter et non Iudaice uiuis, quem ad modum gentes cogis iudaizare?' et secutus adiunxit: Nos natura Iudaei et non ex gentibus peccatores scientes autem, quoniam non iustificatur homo ex operibus legis nisi per fidem Iesu Christi, et nos in Christo Iesu credidimus, ut iustificemur per fidem Christi et non ex operibus legis, quoniam ex operibus legis non iustificabitur omnis caro.

3 Non solum autem illa opera legis, quae sunt in ueteribus sacramentis et nunc reuelato testamento nouo non obseruantur a Christianis, sicuti est circumcisio praeputii et sabbati carnalis uacatio et a quibusdam escis abstentio et pecorum in sacrificiis immolatio et neomenia et azymum et cetera huius modi, uerum etiam illud, quod in lege dictum est: Non concupisces, quod utique etiam Christianis nullus ambigit esse dicendum, non iustificat hominem nisi per fidem Iesu Christi et gratiam dei per Christum dominum nostrum. idem ipse quippe dicit apostolus: Quid ergo dicemus? lex peccatum est? absit! sed peccatum non cognoui nisi per legem; nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: 'Non concupisces'. occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. sine lege enim peccatum mortuum est. ego autem uiuebam aliquando sine lege. aduenient autem mandato peccatum reuixit, ego autem mortuus sum et inuentum est mihi mandatum, quod erat in uitam, hoc esse in mortem. peccatum enim occasione accepta

15 Ex. 20, 17; Deut. 5, 21; 7, 25; Rom. 7, 7 17 Gal. 2, 16 18 Rom. 7, 25 19 Rom. 7, 7—16

5 iustificabitur *AR; cf. u. 9 et Rom. 3, 20* 6 in Iesu Christo *edd.* credimus *A* 13 abstinentia *A edd.* 16 etiam] et *edd.* Xp̄ian' (= Christianus) *P* 18 gr̃a *R* per Iesum Christum *edd. sec. sacr. litt.*

per mandatum fefellit me et per illud occidit. itaque lex quidem sancta et mandatum sanctum et iustum et bonum. quod ergo bonum est, mihi factum est mors? absit! sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem, ut fiat super modum peccatum peccans per mandatum. scimus enim, quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum uenundatus sub peccato. quod enim operor, ignoro; non enim, quod uolo, hoc ago. sed, quod odi, illud facio. si autem, quod nolo, hoc facio, consentio legi, quoniam bona est.

4 Videmus itaque in his apostolicis uerbis legem non solum non esse peccatum, sed etiam esse sanctam et mandatum sanctum et iustum et bonum, quo dictum est: Non concupisces. sed peccatum per bonum fallit et per illud occidit eos, qui cum sint carnales, putant suis uiribus legem spiritalem se posse complere. et per hoc fiunt non solum peccatores, quod essent, etiam si legem non accepissent, sed etiam praeuaricatores, quod non essent, nisi legem accepissent sic enim alio loco dicit: Ubi lex non est, nec praeuaricatio. lex ergo subintrauit, sicut alibi ipse testatur, ut abundaret delictum; ubi autem abundauit delictum, superabundauit gratia.

II 5 Haec est igitur utilitas legis, quia ostendit hominem sibi ipsum, ut sciat infirmitatem suam et uideat, quem ad modum per prohibitionem augeatur potius carnalis concupiscentia, quam sanetur. appetuntur enim ardentius, quae uetantur, dum id, quod spiritaliter iubetur, carnalis obseruare compellitur.

20 Rom. 4, 15 21 Rom. 5, 20

1 per illum *FA* 3 mors factum est *R* 5 bonom, *m. 1 corr.* bonum *F* operatu ē *A* 6 supra *P edd. praeter a sec. Vulg.* peccans peccatum *P* 7 lex *om., m. 1 add. P* 10 hoc] illud *P* 12 solum non *om. R* 13 esse etiam *R* 14 quod *AR* 20 ubi enim lex *P sec. Vulg.* 23 gratia] et gratia *edd.* 24 hominem *om. R* sibi se ipsum *R* sibi ipsi *edd.*

ut autem sit spiritalis, qui legem impleat spiritalem, non fit ipsa lege sed gratia, hoc est non imperio sed beneficio, non iubente littera sed iuuante spiritu. incipit autem homo secundum gratiam in interiore homine renouari, ut mente agat, quod amat, nec carni consentiat agenti, quod odit, id est non ut omnino non concupiscat, sed ut post concupiscentias suas non eat. quod quidem tam magnum est, ut, si omni modo fieret et, quamuis insint, dum sumus in corpore mortis huius, desideria peccati, nulli tamen eorum adhiberemus adsensum. non esset, unde diceremus patri nostro, qui est in caelis: Dimitte nobis debita nostra. nec tamen ideo tales iam essemus, quales erimus, cum mortale hoc induerit inmortalitatem; tunc enim non solum nulli desiderio peccati oboediemus, sed nulla erunt desideria talia, quibus non oboedire iubeamur.

6 Nunc ergo, ubi dicitur: Iam non ego operor illud sed id, quod in me habitat, peccatum, de concupiscentia carnis dicitur, quae operatur in nobis motus suos, etiam quando eis non oboedimus, dum non regnat peccatum in nostro mortali corpore ad oboediendum desideriis eius nec exhibemus membra nostra arma iniquitatis peccato. in qua iustitia nondum consummata perseueranter proficientes ad eius consummationem quandoque ueniemus, ubi peccati concupiscentia non cohibenda atque frenanda sed nulla sit. hoc enim lex posuit dicendo: Non concupisces, non quod hic ualeamus,

4 II Cor. 4, 16 5 Rom. 7, 15 6 Eccli. 18, 30 8 Rom. 7, 24 10 Matth. 6, 9; 12; Luc. 11, 4 12 I Cor. 15, 54 16 Rom. 7, 17; 20 19 Rom. 6. 12—13 25 Ex. 20, 17; Deut. 5. 21; 7, 25; Rom. 7, 7

1 autem] tamen A sit sit (*bis; alterum m. 2 del.*) *P* spiritalem] spiritalis *R* 3 iuuante, *m. 1 supra* ł uiuificante *R* iubente *FA* adiuuante *edd. praeter m* 4 in interiori *edd.* 5 consentiata genti *m. 2 corr. A* 6 non *post* omnino *in fine u. om. R* 9 nulli] si nulli *m* eorum tamen *edd.* adheremus *A* 13 desiderio nulli *A* 14 peccati *om. R* 15 obicere. *m. 2* obedire *A* 16 sed quod habitat in me *P sec. Vulg.* 19 in nostra mortalia corpora *FA* 20 ñec (~ *eras.*) *A*

sed ad quod proficiendo tendamus. uerum hoc fit non lege, quae hoc imperat, sed fide, quae hoc impetrat, non littera, qua iubetur, sed spiritu, quo donatur, non ergo meritis operantis hominis sed largientis gratia saluatoris. utilitas itaque legis est, ut hominem de sua infirmitate conuincat et gratiae medicinam, quae in Christo est, implorare compellat. omnis enim, qui inuocauerit nomen domini, saluus erit. quo modo ergo inuocabunt, in quem non crediderunt? quo modo credent, quem non audierunt? unde paulo post dicit: Igitur fides ex auditu, auditus autem per uerbum Christi.

7 Quae cum ita sint, qui se Israhelitas esse carnaliter gaudent et praeter Christi gratiam in lege gloriantur, hi sunt, de quibus idem apostolus ait, quod ignorantes dei iustitiam et suam uolentes constituere iustitiae dei non sunt subiecti. dei quippe dixit iustitiam, quae homini ex deo est, suam uero, qua putant sibi sufficere ad facienda mandata sine adiutorio et dono eius, qui legem dedit. his autem similes sunt, qui cum profiteantur se esse Christianos, ipsi gratiae Christi sic aduersantur, ut se humanis uiribus diuina existiment implere mandata, ac sic etiam ipsi ignorantes dei iustitiam et suam uolentes constituere iustitiae dei non sunt subiecti et non quidem nomine sed tamen errore iudaizant. hoc genus hominum capita sibi inuenerat Pelagium et Caelestium impietatis huius assertores acerrimos, qui recenti iudicio dei per diligentes et fideles seruos eius etiam catholica communione priuati sunt et propter cor inpaenitens adhuc in sua damnatione persistunt.

6 Rom. 10, 13—14; Ioel 2, 32; Act. 2, 21 10 Rom. 10, 17 14; 21 Rom. 10, 3

1 longe, *m. 2* lege *A* 2 hoc *om. P* hoc] hic *F* imperat *A* 3 quod sonatur *F* quo sonatur *A* quo sanatur *P* quo iuuetur *R* 6 omnes. *m. 1 (?) corr.* omnis *F* 10 paul' (= paulus) *A* 12 esse] et *P* 13 gratiam Christi *edd.* hii *P* ii *Rflrm* 14 item *flm* 16 quae] qui *F* 17 quam *AP edd.* 21 etiam et ipsi *P* 23 et *om. FAP* 25 inue|rat *R* inuener̄ (= inuenerunt) *P* et | et (*bis*) *A*

8 Quisquis ab isto carnali et animali atque ideo non inmerito reprehensibili atque damnabili Iudaismo esse quaerit alienus, non solum ueteres illas obseruationes a se facere debet alienas, quae iam reuelato testamento nouo, posteaquam uenerunt ea, quae per illas significabantur esse uentura, procul dubio esse necessaria destiterunt, ut non iudicetur in cibo et in potu et in parte diei festi et neomeniae et sabbatorum, quod est umbra futurorum, uerum etiam illa, quae in lege ita praecepta sunt, ut ualeant ad informandos mores fidelium, id est ut abnegantes impietatem et saeculares cupiditates temperanter et iuste et pie uiuamus in hoc saeculo, unde est etiam hoc, quod ex lege maxime commendandum elegit apostolus: Non concupisces, et quaecumque de deo et proximo diligendo sine ullis figuris sacramentorum praecipiuntur in lege, in quibus duobus praeceptis etiam ipse dominus Christus dicit totam legem prophetasque pendere, sic accipit, sic amplectitur, sic obseruanda esse non dubitat, ut, quicquid in eis proficit, non sibi tribuat sed gratiae dei per Iesum Christum dominum nostrum.

III 9 Verum tamen cum quisque isto modo fuerit uerus germanusque Christianus, utrum etiam Iudaeus uel Israhelita dicendus sit, merito quaeritur. quod quidem si non carne sed spiritu hoc esse intellegitur, non debet ipsum nomen sibi in consuetudine sermonis inponere, sed spiritali intellegentia retinere, ne propter ambiguitatem uocabuli, quam non discernit cotidiana locutio, illud profiteri uideatur, quod est inimicum nomini Christiano. hanc autem quaestionem, id est utrum, qui Christianus est, etiam Iudaeus uel Israhelita possit intel-

6 Col. 2, 16—17   10 Tit. 2, 12   13 Rom. 7, 7; Ex. 20, 17; Deut. 5, 21; 7, 25   14 Matth. 22, 37—40; Marc. 12, 30—31; Luc. 10, 27; Deut. 6, 5; Leu. 19, 18   19 Rom. 7, 25

3 ueteris illa *A*   5 significabant *R*   futura *edd.*   6 necessariae *e m*   iudicentur *R*   et potu *R edd.*   9 infirmandos *FAP* formandos *R*   infidelium *P*   12 hoc *ante* quod *om. R*   17 si (*m. 1 corr.* sic) obseruanda *F* sic obseruandum *R*   20 quisquis *R*   uerus] uerus homo *A*   21 uel] ne *a* aut *e l r m*   26 profitere *FA*   28 etiam *om. P*

legi, idem beatus nobis aperit et dissoluit apostolus, ubi dicit: Circumcisio quidem prodest, si legem custodias: si autem praeuaricator legis sis, circumcisio tua praeputium facta est. si igitur praeputium iustitias legis custodiat, nonne praeputium eius in circumcisionem reputabitur et iudicabit, quod ex natura est, praeputium legem perficiens te, qui per litteram et circumcisionem praeuaricator legis es? non enim, qui in manifesto, Iudaeus est neque, quae in manifesta carne, est circumcisio, sed qui in abscondito Iudaeus est et circumcisione cordis, qui spiritu non littera, cuius laus non ex hominibus sed ex deo. cum igitur audiamus apostolum Christi commendantem nobis Iudaeum in abscondito non carnis circumcisione sed cordis et spiritu non littera, quis est iste nisi Christianus?

10 Sic itaque sumus Iudaei non carnaliter sed spiritaliter, quem ad modum sumus semen Abrahae non secundum carnem sicut illi, qui de ipso nomine carnali superbia gloriantur, sed secundum spiritum fidei, quod non illi. scimus enim nos fuisse promissos, quando ei dixit deus: Patrem multarum gentium posui te. et quam multa de hac re dicat apostolus, nouimus. dicimus enim, inquit, quoniam deputata est Abrahae fides ad iustitiam. quo modo ergo depu-

2 Rom. 2, 25—29   21 Gen. 17, 5   23 Rom. 4, 9—12

1 nobis beatus *R*   3 sis *om. A*   4 si/// (*ras. 1—2 l.*) *F*   praeputium] in praeputio *A*   5 custodias *F*   praeciputium (*ci m. ut uid. 1 exp.*) *A*   6 iudicabit//// (*ras. 1—2 l.*) *F*   7 lege *F*   8 legis *om., m. 1 add. P*   9 in *om. FA*   10 quae *om. F* qui, *m. 2* que *R*   in manifesto in carne *m sec. sacr. litt.*   est *om., m. 1 add. P*   11 es *FA*   circumcisio *f l r m sec. sacr. litt.*   12 qui] quae *f l r m*   spiritu] spiritu est *f l r m*   13 ex deo] ex deo est *P edd.*   14 non in carnis *P*   15 cardis, *m. 1 corr.* cordis *P*   19 supbi *cum ras. supra* bi *et infra P*   20 quo *P*   nos] ñ *A*   21 promissus *F* promissū *A*   23 quia *P sec. Vulg.*   24 fides eius ad *P*

tata est? cum in circumcisione esset, an cum esset in praeputio? non in circumcisione sed in praeputio. et signum accepit circumcisionis, signaculum iustitiae fidei. quae est in praeputio, ut sit pater omnium credentium per praeputium, ut deputetur et illis ad iustitiam. ut sit pater circumcisionis his, qui non solum ex circumcisione sunt, sed et his, qui sequuntur uestigia, quae est in praeputio, fidei patris nostri Abraham. et paulo post: Ideo, inquit, ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini, non ei tantum, quod ex lege est, sed et ei, quod ex fide est Abraham, qui est pater omnium nostrum, sicut scriptum est: 'Quia patrem multarum gentium posui te'. item ad Galatas: Sicut Abraham, inquit, credidit deo et deputatum est illi ad iustitiam. intellegite ergo, quoniam, qui ex fide, hi sunt filii Abraham. prouidens autem scriptura, quia ex fide iustificat gentes deus, praenuntiauit Abrahae, quia benedicentur in te omnes gentes, ita ut, qui ex fide sunt, benedicantur cum fideli Abraham. iam aliquanto post in eadem epistula: Fratres, inquit, secundum hominem dico; tamen hominis confirmatum testamentum nemo inritum facit aut superordinat. Abrahae dictae sunt promissiones et semini eius. non dicit 'et seminibus' tamquam in multis. sed tamquam

10 Rom. 4, 16—17; Gen. 17, 5 15 Gal. 3, 6—9; Gen. 15, 6: Rom. 4, 3; Iac. 2, 23; Gen. 12, 3: 22, 18; 26, 4; Act. 3, 25 22 Gal. 3, 15—16 24 Gen. 13, 15; 17, 8 al.

1 esset an—in circuncisione *posteriore* esset *omisso bis R* 3 accipit *A* circumcisione *FA* 4 iustitiae et fidei *FAP* 7 non his solum qui *a e* non iis solum qui *cett. edd. sec. Vulg.* 8 iis *f l r m* fidei quae est in praeputio *P f l r m* 11 omni semini] omnis enim *FA* ei] ea *A* 12 ei quod] ei qui *R sec. Vulg.* 13 nostrum *om. A* 14 posui] constitui *P* 17 hii *P* abrahae *R sec. Vulg.* 18 quia] qui *FA* 21 aliquando *FA*

in uno 'et semini tuo,' quod est Christus. item paulo post: Omnes enim uos, inquit, unum estis in Christo Iesu; si autem uos Christi, ergo Abrahae semen estis secundum promissionem heredes.

11 Secundum istum ergo intellectum apostolicum inueniuntur Iudaei, qui Christiani non sunt, cum ex carne Abrahae originem ducant, non esse filii Abrahae. cum enim dicit: Intellegite ergo, quoniam, qui ex fide, hi sunt filii Abrahae, profecto significat eos, qui ex fide non sint, non esse filios Abrahae. ac per hoc, nisi Iudaeis eo modo sit pater Abraham, quo modo est nobis, quid eis prodest, quod de carne eius exorti sunt et nomen sine uirtute tenuerunt? cum autem ad Christum transeunt et incipiunt esse ex fide filii Abrahae, tunc erunt Iudaei non in manifesto sed in abscondito, circumcisione cordis, spiritu non littera, quorum laus non sit ex hominibus sed ex deo. ab hac autem fide alienati in ramis fractis deputabuntur ex illa olea, in cuius radicem idem dicit apostolus inseri oleastrum, id est gentes, quod utique non fit per carnem sed per fidem nec per legem sed per gratiam nec per litteram sed per spiritum nec carnis circumcisione sed cordis nec in manifesto sed in abscondito nec laude ex hominibus sed ex deo, ut sit unusquisque Christianus sicut non carnalis sed spiritalis Abrahae filius ita non carnalis sed spiritalis Iudaeus nec carnalis sed spiritalis Israhelita. nam et de isto nomine sic apostolus loquitur: Non enim omnes, qui ex Israhel, hi sunt Israhel neque, quia sunt semen Abraham, omnes filii; sed 'in Isaac

2 Gal. 3, 28—29 14; 20 Rom. 2, 28—29 16 Rom. 11, 17—24 25 Rom. 9, 6—8; Gen. 21, 12; Hebr. 11, 18

3 uos estis Christi *f l r m* 5 ergo istum *R* 8 hii *P* 9 sunt *PR edd.* 10 sit eo modo *R* 17 radice *P* 18 dicit, *supra* l' docet (l' *m. 2*, docet *m. 1*) *P* inserere oleastrum *P* insereole austrum (*post* le *s. u. m. 1 add.* ae *et pr.* u *exp.*) *F* 19 neque *P edd.* 20 neque carnis *edd.* nec per carnis circumcisione (*sic!*) *A* 25 homine *R* 26 hii *P* israelitae *R sec. Vulg.* quia] qui *A edd.*

uocabitur tibi semen', hoc est non hi, qui fili carnis, hi filii dei, sed filii promissionis deputantur in semen. nonne mirabilia magna sunt ista profundumque mysterium, ut multi ex Israhel nati non sint Israhel et multi non sint filii, cum sint semen Abrahae? quo modo enim non sunt, quo modo nos sumus, nisi quia non sunt filii promissionis ad Christi gratiam pertinentes sed filii carnis nomen inane gestantes? ac per hoc nec illi sunt Israhel, sicut sumus nos, nec nos sumus Israhel, sicut sunt illi. nos enim sumus secundum spiritalem regenerationem, illi secundum carnalem generationem.

12 Intuendum est quippe ac discernendum alium esse Israhel, qui propter carnem nomen accepit, alium uero, qui propter spiritum rem, quae illo nomine significatur, obtinuit. numquid enim ex Agar, ancilla Sarrae, nati sunt Israhelitae? nonne Ismahel ex illa natus est et non Israhelitarum sed Ismahelitarum gentem suo semine propagauit? de Sarra autem uenit Israhel per Isaac, qui ex promissione natus est Abrahae. tamen cum secundum propaginem carnis se ita res habeat, uenitur ad intellectum spiritalem et inueniuntur ad Sarram non pertinere carnales Israhelitae, qui ex illa carnis originem ducunt, et pertinere ad eam potius Christiani, qui non secundum Ismahel filii sunt carnis, sed secundum Isaac filii sunt promissionis non ad ipsius Isaac carnale semen sed ad spiritale mysterium pertinentes. ita quippe ad Galatas apostolus loquitur: Dicite mihi: sub lege uolentes esse legem non audistis? scriptum est enim, quod Abraham duos filios habuit, unum de ancilla et unum de

3 Ps. 135, 4 18 Gen. 18, 10 26 Gal. 4, 21—5, 1 27 Gen. 16, 15; 21, 2

1 hii *P* ii *flrm* 2 hii *P* in *A* 3 in semine *P sec. Vulg.* 4 nati non] nati (*om.* non) *a* non nati *eflr* sint] st̄ *A* 5 non sint] non st̄ *A* 6 nos sumus] non sumus *FA* sunt *Pa e* 9 nos sumus *ras. ex* possumus *A* 13 accipit *A* 16 ex illa] et ille *A* 17 autem] namque *edd.* 19 habet *A* 21 carnis] carne *A* 24 carnale] in carne *A* 26 esse uolentes *edd.* 27 quod] qm̄ *A sec. Vulg.*

libera. sed ille quidem, qui de ancilla, secundum carnem natus est, qui autem de libera, per repromissionem. quae sunt in allegoria. haec enim sunt duo testamenta, unum quidem a monte Sina in seruitutem generans, quod est Agar; Sina enim mons est in Arabia, quae coniuncta est huic, quae nunc est Hierusalem; seruit enim cum filiis suis. quae autem sursum est Hierusalem, libera est; quae est mater nostra. scriptum est enim: 'Laetare sterilis, quae non paris, erumpe et exclama, quae non parturis, quia multi filii desertae magis quam eius. quae habet uirum'. nos autem, fratres, secundum Isaac promissionis filii sumus. sed sicut tunc, qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secundum spiritum, ita et nunc. sed quid dicit scriptura? 'eice ancillam et filium eius; non enim heres erit filius ancillae cum filio liberae'. nos autem, fratres, non sumus ancillae filii sed liberae; qua libertate Christus nos liberauit.

13 Ecce secundum istam spiritalem atque apostolicam intellegentiam nos potius pertinemus ad liberam Sarram, qui ex illa nullam carnis propaginem trahimus; Iudaei autem, qui ex illa carnis propaginem trahunt, ad Agar potius ancillam pertinere monstrantur, de qua carnis propaginem non trahunt. in nepotibus etiam Abrahae et Sarrae, id est filiis Isaac et Rebeccae, illis geminis Esau et Iacob, qui postea uocatus est Israhel, hoc ipsum magnum et profundum mysterium reperitur. de quo idem apostolus loquens cum per Isaac promissionis filios commemorasset ad Christi gratiam pertinentes: Non solum

9 Es. 54, 1 16 Gen. 21, 10 29 Rom. 9, 10—13; Gen. 25, 23; Mal. 1, 2—3

6 qui coniunctus *AP edd. sec. Vulg.* quae] quē *R* 7 seruit enim] et seruit *P edd. sec. Vulg.* 10 et clama *PR sec. Vulg.* 13 tunc *om. R* 23 pnere *F* 24 pginem *F* propagationem *edd.* 26 *post* qui *in fine u. ras. 2—3 l. F* 27 *post* profundum *in fine u. ras. 2—3 l. F*

autem, inquit, sed et Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri. nondum enim natis nec qui egerint aliquid boni aut mali, ut secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus sed ex uocante dictum est ei, quia maior seruiet minori, sicut scriptum est: 'Iacob dilexi, Esau autem odio habui'. haec certe doctrina apostolica atque catholica satis euidenter indicat nobis secundum originem carnis ad Sarram Iudaeos, id est Israhelitas, ad Agar uero Ismahelitas pertinere; secundum autem mysterium spiritus ad Sarram Christianos, ad Agar Iudaeos; item secundum originem carnis ad Esau, qui dictus est etiam Edom, gentem Idumaeorum, ad Iacob autem, qui dictus est etiam Israhel, gentem Iudaeorum; porro secundum mysterium spiritus ad Esau Iudaeos, ad Israhel pertinere Christianos. ita quippe impletur, quod scriptum est: Maior seruiet minori, id est prior natus populus Iudaeorum posteriori nato populo Christianorum. ecce quem ad modum sumus Israhel adoptione diuina non humana cognatione gloriantes nec in manifesto sed in occulto nec littera sed spiritu nec carnis sed cordis circumcisione Iudaei.

IV 14 Quae cum ita se habeant, non tamen debemus consuetudinem sermonis humani inepta loquacitate confundere et in rebus discernendis frequentata uocabula perturbata significatione miscere, ut eos, qui, cum Christiani sunt, et appellatione usitatissima Christiani uocantur, inusitato uocabulo aliquis affectet appellare Iudaeos uel, cum sit ipse uoceturque Christianus, Israhelitae potius nomine delectetur et, quod in mysterio debet semper intellegere, parcius autem ore proferre, hoc in cotidiana loquendi consuetudine magis eligat frequentare inepta

12 Gen. 25, 30   13 Gen. 32, 28   19 Rom. 2, 28—29

1 concubitu, *postr. l. ex ras. F*   3 boni aliquid *P*   5 quia *om. R*   9 ad Agar uero Ismahelitas *om. P*   12 cui dictum *F*   13 autem *om. A*   cui dictum *F*   etiam *om. A*   17 posteriore *FA*   19 cognatione humana *R*   21 habent *A*   24 misceri *FA*   cum *om. P edd.*   26 appellari iudaeus *F*   27 potus *F*   minysterio *A*   29 consuetudine loquendi *R*   locutione *P*   inepto *A*

insolentia et, si dici potest, inperita scientia. numquid enim apostoli, per quos ea didicimus, ista nesciebant, quo modo nos potius simus semen Abrahae secundum Isaac promissionis heredes et Iudaei spiritu non littera, cordis circumcisione non carnis et non secundum carnem Israhel sed Israhel dei? sciebant utique ista multo sapientius certiusque quam nos et tamen in loquendi consuetudine Iudaeos et Israhelitas eos appellabant, qui secundum carnem de Abrahae stirpe uenientes ab omnibus uocitabantur hoc nomine.

15 Iudaei signa petunt, ait apostolus Paulus, et Graeci sapientiam quaerunt; nos autem praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis autem uocatis Iudaeis et Graecis Christum dei uirtutem et dei sapientiam. quos dixit Graecos, hos etiam gentium nomine significauit eo, quod haec lingua maxime excellit in gentibus; Iudaeos tamen ipsos uocauit, quos omnes hoc nomine appellant. nam si Christiani ipsi sunt Iudaei, Christianis est ergo scandalum Christus crucifixus, de quo dictum est: Iudaeis quidem scandalum. quis hoc nisi insanissimus sentiat? item dicit: Sine offensione estote Iudaeis et Graecis et ecclesiae dei. quo modo ista distingueret, si et ecclesiam dei in cotidiana loquendi consuetudine Iudaeos appellare deberet? item ait: Quos et uocauit nos non solum ex Iudaeis sed etiam ex gentibus. quo modo uocauit ex Iudaeis, si potius ex non Iudaeis uocauit, ut essent Iudaei? item de Israhelitis: Quid ergo dicemus? inquit; quia gentes,

3 Gal. 3, 29; 4, 28 4 Rom. 2, 28—29 10 I Cor. 1, 22—24 21 I Cor. 10, 32 24 Rom. 9, 24 27 Rom. 9, 30—32

2 ea] ista *R* 3 potius simus] potuissemus *A* abrahae et secundum *A* 6 multa *A* 8 uenientes—signa *om. FAP* 10 petunt] tunc *FA* tunc existebant. Namq; *P* Paulus *om. FAP* (*in fine u.*) et Graeci] Iudei signa petunt et greci *P* 15 quos] quod *FA* signauit *R* 16 haec] ea *R* 18 ipsi] omnes *R* 19 crucifixus ē de quo *A* 21 et *post* Graecis *om. F* 23 debere *A* 24 ait] dicit *R* nos *del. P* 26 ex non] et non *A* non ex *R* 27 dicimus *F*

quae non sectabantur iustitiam, adprehenderunt iustitiam, iustitiam autem, quae ex fide est. Israhel autem persequens legem iustitiae in legem non peruenit. quare? quia non ex fide sed quasi ex operibus; offenderunt enim in lapidem offensionis. item: Ad Israhel autem quid dicit? 'tota die extendi manus meas ad populum non credentem et contradicentem'. et secutus adiunxit: Dico ergo: Numquid reppulit deus plebem suam? absit. nam et ego Israhelita sum ex semine Abraham, tribu Beniamin. non reppulit deus plebem suam, quam praesciuit. quo modo hic appellauit apostolus Israhel non credentem et contradicentem, si Christiani sunt Israhel, uel quo modo se appellauit Israhelitam? numquid ex eo, quod Christianus factus erat? non utique sed ex eo, quod secundum carnem fuerat ex semine Abraham, tribu Beniamin, quod non sumus nos secundum carnem, quamuis secundum fidem sumus semen Abrahae ac per hoc et Israhel. sed aliud est, quod agnoscit altioris intellegentia sacramenti, aliud, quod exposcit cotidiana consuetudo uocabuli.

16 Denique Aptus iste nescio quis, de quo scripsisti, quod doceat iudaizare Christianos, eo modo se, sicut insinuauit sanctitas tua, Iudaeum et Israhelitam uocat, ut ab eis *escis* prohibeat, quas pro temporis illius congruentia lex per sanctum famulum dei Moysen data prohibebat, et ceteras illius temporis

6 Rom. 10, 21 8 Rom. 11, 1—2 24 Leu. 11, 1—42; Deut. 14, 3—21

2 quae] qui *A* 3 in legem] in legem iustitiae *P edd. sec. Vulg.* 8 adiungit *FP edd.* 9 deus reppulit *A* 10 abrahae *FP edd.* tribu] de tribu *FAP edd.* 11 dominus *R* plebem suam *om. R* praeciuit *A* 13 quo modo] qũo//// (*ras. 1—2 l.*) *F* 14 numquid] numquã *F* 16 abrahae *F* tribu] de tribu *FP edd.* 18 finem *F* simus *PRf l r m* 19 est *om. R* quod *ante* exposcit *om. FA* 21 Aptus *om., in marg. m. 1 add. P* Aptius *edd. praeter m* iste] sis te *F* 22 eo modo] se omodo *F* se *om. P* si *FA* 23 ab eis prohibeat quas *FA* ab eis quas *R* ab eis prohibeat a quibus *P a e* ab escis prohibeat a quibus *cett. edd.; scripsi* ab eis escis prohibeat quas

obseruationes iam nunc apud Christianos abolitas remotasque persuadeat, quas umbras futurorum appellat apostolus, ut et prophetia in illis intellegatur et earum obseruatio iam euacuata monstretur. unde apparet, quare se iste Aptus uelit Israhelitam Iudaeumque uocitari non spiritaliter sed omnino carnaliter. nos autem nec illis obseruationibus, quae nouo testamento reuelato euacuatae sunt, tenemur obstricti et praecepta legis huic etiam tempori necessaria, qualia sunt: Non adulterabis, non homicidium facies, non concupisces, et si quod est aliud mandatum, quod in hoc sermone recapitulatur: Diliges proximum tuum tamquam te ipsum, non uiribus humanis quasi nostram constituentes iustitiam sed gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum in ea iustitia, quae nobis ab illo est, obseruanda esse didicimus et docemus. nec tamen ideo nos negamus semen Abrahae, quibus dicit apostolus: Vos ergo Abrahae semen estis, aut Iudaeos in abscondito, de qualibus idem dicit: Non enim, qui in manifesto, Iudaeus est neque, quae in manifesto in carne, est circumcisio, sed qui in abscondito Iudaeus est et circumcisione cordis, qui spiritu non littera, cuius laus non ex hominibus sed ex deo est, aut Israhelitas spiritales ad eum scilicet pertinentes, cui minori praedictum est seruiturum esse maiorem. sed haec uocabula nobis non indecenter inponimus eaque mysteriorum intellegentia continemus, non uerborum insolentia uentilamus.

2 Col. 2, 16—17 8 Rom. 13, 9; Ex. 20, 14; 13; 17 11 Luc. 10, 27; Gal. 5, 14; Iac. 2, 8 12 Rom. 10, 3 13 Rom. 7, 25 16 Gal. 3, 29 18 Rom. 2, 28—29 23 Gen. 25, 23; Rom. 9, 12

1 remotas quę *A* 3 in illis] nullis *A* eorum *edd.* 4 Aptius *edd. praeter m* uellit *F* 7 obstricti *ras. ex* obstructi *F* 8 tempore *A* 11 recapitulabitur *R* tamquam] sicut *P sec. Vulg.* 13 dei gratia *R* 14 quae] quare *A* 16 semen abrahae *A* 17 de qualibus] de quibus *A* 19 quae] qui *F* 20 circumcisio *eflrm sec. sacr. litt.* 21 qui] quae est *flrm* 22 aut Israhelitas spiritales] ad isrł spiritalē *P* 23 cui] cũ *A* 24 maiori *F* uobis *AR* 25 ea quae *FA*

## CXCVII.

1 Ad sanctitatem tuam filio tuo conpresbytero nostro remeante Cornuto, per quem litteras tuae uenerationis accepi, quibus exiguitatem meam uisitare dignatus es, tandem rescripta persoluo et debitum resalutationis obsequium multum me commendans acceptissimis domino precibus tuis, domine frater. de propheticis autem dictis, saepe praedictis, de quibus uoluisti ut aliquid scriberem, melius mihi uisum est sancti Hieronymi, hominis doctissimi, expositiones eorundem uerborum, ne illas forte non habeas, de opusculis eius excerptas dirigere beatitudini tuae. si autem iam eas habebas nec inquisitioni tuae satisfaciebant, quid de his sentias, peto mihi rescribere non graueris, et quem ad modum ipse eadem prophetica oracula intellegas. ego enim maxime illud de hebdomadibus Danihelis secundum tempus, quod iam transactum est, intellegendum puto; nam de saluatoris aduentu, qui expectatur in fine, tempora dinumerare non audeo nec aliquem prophetam de hac re numerum annorum existimo praefinisse sed illud potius

*P* = *cod. Parisinus 12193 s. IX.*
$P^1$ = *cod. Parisinus 12226 s. IX.*
*S* = *cod. Sangallensis 174 s. IX.*
*H* = *cod Palatinus 209 s. X.*
$P^2$ = *cod. Parisinus 1958 s. XI.*
$P^3$ = *cod. Parisinus 14480 s. XII.*

Beati augustini ad episcopum esicium de fine saeculi $PP^1SP^2$ beati augustini ad episcopum esicium salonitanum de aduentu domini in fine saeculi *H* auḡ ad esichiū de fine sc̄li $P^3$ *Inscriptio deest in codd.* domino beatissimo Hesychio (Esycio *a*) Augustinus *edd.* 2 cumpresbitero, *m. 2* conpresbitero *P* 3 cornuto, *m. 1 corr.* coronato *H* coronato $P^1SP^3$ 6 dō $PP^2$ (o *in ras. m. ut uid. 2*) domine beatissime frater *edd.* 7 saepe] siue *edd.* 10 exceptas $P^2$ 11 iam *om.* $PP^2$ 12 scribere, *m. 1 corr.* rescribere *H* 14 illud maxime $P^3$ 16 puto *m. 2 ex* pote//// (*ras. 1—2 l.*) *P* potest, *ras.* puto *factum uid.* $P^2$ *post* puto *sequitur* hic se dicit non adfirmare tempus aduentus domini $P^1$ 18 praefiniisse *m*

praeualere, quod ipse dominus ait: Nemo potest cognoscere tempora, quae pater posuit in sua potestate.

2 Quod enim alio loco ait: De die autem et hora nemo scit, sunt qui sic accipiunt, ut putent se posse tempora computare; diem uero tantum modo ipsum et horam neminem scire. ubi omitto dicere, quem ad modum soleant scripturae diem uel horam etiam pro tempore ponere. sed certe illud de ignorantia temporum apertissime dictum est. nam cum dominus hinc interrogatus esset a discipulis suis: Nemo, inquit, potest cognoscere tempora, quae pater posuit in sua potestate. non enim dixit 'diem' uel 'horam' sed 'tempora', quae in breui spatio non solent dici sicut dies uel hora, maxime si Graecum intueamur eloquium, ex qua lingua in nostram eundem librum, ubi hoc scriptum est, scimus esse translatum, quamuis Latine satis exprimi non potuerit. ibi enim Graece legitur χρόνους ἢ καιρούς. nostri autem utrumque hoc uerbum tempora appellant siue χρόνους siue καιρούς, cum habeant haec duo inter se non neglegendam differentiam. καιροὺς quippe appellant Graeci tempora quidem, non tamen quae in spatiorum uoluminibus transeunt, sed quae in rebus ad aliquid importunis uel opportunis sentiuntur sicut messis,

1; 9 Act. 1, 7 3 Matth. 24, 36; Marc. 13, 32

2 potestare, *m. 2* potestate *P* 3 alio] in alio *edd.* autem, *m. 2 sec. sacr. litt.* autem illo *S* autem illa *edd.* 4 accipiunt, *m. 2* accipiant *S* putant, *m. 2* putent $P^1S$ computare tempora *l r m* tempore *P* 5 diē//// (*ras. 1—2 l.*) *P* 8 aptissime *P* dictum] scriptum $P^3$ 9 hinc dominus $PP^2$ *edd.* 10 tempora—enim *om.*, *m. 2 in marg. add.* $P^1$ 13 hora (*super* a *eras. uid.* ~) $P^2$ horam (m *m. 2 del.*) $P^1S$ intueantur $PP^2$ 14 nostrum *codd.* (*m. 2* nostram $P^1S$) *a e f* 15 esse *om.*, *m. 2 add.* $P^1$ exprime, *m. 2* exprimi $P^1$ 16 dicitur $P^1P^3$ XPONOYC EKAIPOẎC *H* Xpoɴyc e Kai///poyc $P^1$ χρονyς η κληροyς, *m. 2* chronus ekerus *S* XPONOYC eKaIPYC *P* (*m. 2* POYC *pro* PYC) $P^2$ croɴois. eclirois $P^3$ 17 tempora *bis P* XPONOYIC $P^2$ cronois $P^3$ ηκαιρους *S* EKAIPOYC *H* eKaipoyc $P^1$ eKaipyc *P* (*m. 2* poyc *pro* pyc) $P^2$ eclirois $P^3$ 19 EKAPOYC *H* Eclirois $P^3$ quidem] quaedam *edd.* 21 inportunis (*m. 2* oportunis) uel inportunis $P^1$ opportunis uel importunis $P^3$ *edd.*

uindemia, calor, frigus, pax, bellum et si qua similia; χρόνους autem ipsa spatia temporum uocant.

3 Et certe hoc ipsi apostoli non ita quaesiuerunt, quasi unum nouissimum diem uel horam, id est exiguam diei partem scire uoluissent, sed utrum iam esset opportunum tempus, quo regnum repraesentaretur Israhel. tunc audierunt: Nemo potest cognoscere tempora, quae pater posuit in sua potestate, id est χρόνους ἢ καιρούς. quod si Latine diceretur 'tempora aut opportunitates', nec sic, quod dictum est, esset expressum, quia, siue opportuna siue importuna sint tempora, καιροὶ dicuntur. tempora ergo computare, hoc est χρόνους, ut sciamus, quando sit finis huius saeculi uel aduentus domini, nihil mihi aliud uidetur quam scire uelle, quod ipse ait scire neminem posse.

4 Opportunitas uero illius temporis profecto non erit, antequam praedicetur euangelium in uniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus. apertissima enim de hac re legitur sententia saluatoris dicentis: Et praedicabitur hoc euangelium regni in uniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus et tunc ueniet finis. 'tunc ueniet' quid est nisi 'ante non ueniet'? quando post ergo ueniat, incertum nobis est; ante tamen non esse uenturum dubitare utique non debemus. si ergo susciperent hunc laborem dei serui, ut peragrato orbe terrarum, quantum possent, colligerent, quid remansit gentium, ubi nondum est euangelium praedicatum, hinc aduertere utcumque possemus,

6 Act. 1, 7 16; 18 Matth. 24, 14

1 qua, *m. 2* qua sunt *S* Cronois $P^3$ 3 hoc certe *edd.* quaesierunt $PP^2P^3$ *edd.* 7 tempora *om.* $P^3$ 8 XPONOYC eKaipoyc $PP^1P^2$ cronois eclirois $P^3$ 10 inoportuna *P* 11 κηρι *S* Kepi $PP^1P^2$ KẹPY *H* coRi, *m. 1 corr.* ceRi $P^3$ cronois $P^3$ 12 * aduentus $P^2$ 15 non erit profecto $P^3$ 16 in *om.* $P^1S$ (*m. 2 add.*) $P^3$ orbe, *m. 2* orbi $P^1$ orbi $P^3$ 19 orbe] mundo $P^3$ 20 et *om.* $P^1S$ et—finis *om.* $P^3$ 21 quando, *sed* d *ras. fere del.* $P^2$ quanto, *corr.* quando *H* quanto *edd.* 24 serui dei *edd.* 25 qđ $P^3$ remanet *edd.* 26 possemus, *corr. uid.* possimus *H* possemus (e *ras. et corr. m. 2*) *P*

quantum hoc tempus longe sit a saeculi fine. quod si propter quaedam loca inaccessibilia et inhospita fieri posse non creditur, ut a seruis dei peragretur orbis et, quot quantaeque sint adhuc gentes sine Christi euangelio, fideliter renuntietur, multo minus existimo in scripturis posse comprehendi, quanta usque ad finem futura sint tempora, quando quidem in eis legimus: *Nemo potest cognoscere tempora, quae pater in sua posuit potestate.* unde si iam nobis certissime renuntiatum fuisset in omnibus gentibus euangelium praedicari, nec *sic* possemus dicere, quantum temporis remaneret in fine, sed magis magisque iam propinquare merito diceremus, nisi quis forte respondeat tanta celeritate praedicato euangelio Romanas gentes et plerasque barbaras occupatas atque ita nonnullas non paulatim sed subito ad fidem Christi fuisse conuersas, ut non sit incredibile paucis annis etsi non uitae nostrae, qui iam senuimus, certe iuuenum, qui uenturi sunt ad senectam, uniuersas omnino residuas gentes euangelio posse compleri. sed si ita erit, facilius, cum factum fuerit, probari experiendo quam legendo, antequam fiat, inueniri potest.

5 Hoc me compulit dicere cuiusdam opinio, quem presbyter quoque Hieronymus temeritatis notat, quod ausus fuerit Danihelis hebdomadas de aduentu Christi futuro, non de praeterito exponere. si quid autem pro meritis potioribus sanctae humilitati cordis tui dominus melius reuelauit siue reuelauerit, peto nobiscum communicare digneris et haec nostra rescripta sic accipere tamquam hominis, qui mallem quidem eorum, quae

7 Act. 1, 7 20 Hieron. comment. in Dan. c. IX u. 24 (Migne patrol. lat. XXV p. 548, 14—549, 5)

1 a fine saeculi *edd.* 2 loca *om.* $P^{3}$ incessabilia, *m. 1 (?) corr.* inaccessibilia $P^{1}$ 3 ut a seruis dei *bis, alterum exp.* $P^{3}$ quod, *m. 1 corr.* quot *S* 6 futurā $P^{3}$ 7 posuit in sua $P^{3}$ *edd. sec. sacr. litt.* 8 si, *m. 2* etsi *S* nuntiatum *edd.* 9 praedicare, *m. 1 (?) corr.* praedicari $P^{1}$ 10 sic *om. codd.* (*m. 2 add. S*) in fine, *m. 2* in finem *S* in fide $P^{3}$ usque ad finem *edd.* 11 iam, *m. 2* eum iam *S* appropinquare $P^{3}$ 14 ad finem $PP^{2}$ conuersas *in ras. uix m. 1* $P^{3}$ 21 danihel *codd.* 25 rescripta nostra *H*

a me inquisisti, habere scientiam quam ignorantiam; sed quia id nondum potui, magis eligo cautam ignorantiam confiteri quam falsam scientiam profiteri.

## CXCVIII.

1 Desideranti et expectanti mihi sanctus conpresbyter noster Cornutus litteras pertulit *beatitudinis* tuae, quae me laetificarunt, quia memoriam nostri bonam habere dignatus es, qui et mihi paucis sermone proprio sanctae mentis tuae de his, quae petieram, in transitu significasti. aliquanta autem de opusculis sancti conpresbyteri Hieronymi adiunxisti, ut meam quaestionem lectione eius operis de sanctis scripturis explere possem. et quia dignatus es id petere a nobis, ut, quid senserimus de ipsis quaestionibus, per litteras tuae sincerissimae caritati insinuaremus, ad ea, de quibus scripta legi, prout intellectus exiguus meae mediocritatis sentire potuit aut intellegere, infra scripsi.

2 Cum dei omnipotentis conditoris totius creaturae arbitrio et potestate cuncta geruntur, uel ea, quae facta sunt, uel quae

3 Explicit ad episcopum esicium salonitanum $PP^1SP^2$

*Idem codices, qui in ep. CXCVII.*

Rescriptum memorati esicii episcopi ad sanctum augustinum $PP^1SP^2$ rescriptum episcopi esicii ad beatum augustinum quid de questione supra scripta sentiret *H* rescriptũ esichii ad aug̃ $P^3$ *Inscriptionem om. codd.* Domino beatissimo et caritate sincerissima uenerando fratri et coepiscopo Augustino Hesychius in domino salutem *edd.* 6 cornutus, *m. 1 corr.* coronatus *H* coronatus $P^1SP^3$ quod minus tuae $P^1$ (*m. 2* quas misisti) *S* (*m. 2* nominis tui) *H* tuas *ex corr. m. ut uid. 1, fuisse uid.* tuę $P^2$ tuas *P a e f* quas misisti $P^3$ *l r m; temptaui* beatitudinis tuae (*cf. p. 242, 17*) laetificauerunt $SP^3$ 11 ei'de pis (d *expuncto m. 1 corr.* ei' opis) $P^3$ implere $P^3$ 14 caritate, *m. 1 corr.* caritati *S* ad ea quibus scripta $PP^1$ (*m. 2* ad ea quae scripta) *S* (*m. 2* ad ea quae inscripta) *H* ad ea *** (*prima l. erasa fuit* q) || quibus scripta $P^2$ ad ea quae scripta $P^3$ ad ea de quibus scripta *edd.* 18 geruntur, *m. 2* gerantur $P^1$ gerantur *P edd.* regantur $P^3$ ea *om. edd.*

etiam futura sunt, sanctorum prophetarum uocibus cognoscuntur, qui, priusquam fierent ea, quae futura erant, uoluntate diuina hominibus sunt locuti. unde satis admiratione plenum est, si ea deus, quae praedici uoluit, ad hominum sensus penitus non posse peruenire constituit secundum hoc capitulum, quod dominus beatis apostolis locutus est dicens: Nemo potest cognoscere tempora, quae pater in sua posuit potestate, primum quia et in antiquissimis libris ecclesiarum non ita scriptum est 'nemo potest', sed scriptum est: Non est uestrum nosse tempora uel momenta, quae pater posuit in sua potestate, quae ratio sermonis sequenti uerbo recte completur, cum dicit: Sed eritis mihi testes in Hierusalem et in Iudaeam et in Samariam et usque ad ultimum terrae. non ergo apostolos testes consummationis mundi sed nominis et resurrectionis suae uoluit intellegi.

3 Nam de temporibus cognoscendis ipse dominus monet: Quisnam est fidelis seruus et prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? beatus ille seruus, quem ueniens dominus eius inuenerit sic facientem! familia Christi uerbo praedicationis pascitur et fidelis famulus inuenitur, qui in tempore expectantibus dominum necessariam escam creden-

1—5 = p. 248, 10—15 6; 9; 12 Act. 1, 7—8 14—16 = p. 247, 19—248, 1 17 = p. 249, 10—11 18 Matth. 24, 45—46; Luc. 12, 42—43

4 peruenire non posse $P^3$ 5 quod (o *ex corr. m. 2*) $P^2$ quid, *m. 2* (?) *corr.* quod *S* quid, *m. 2* quod $P^1$ 6 *pro* dominus *ras. 2—3 l.* $P^2$ dominus *om. P* beatus apostolus *P* 7 tempora] tempora uel momenta $P^3$; *cf. u. 10* in sua potestate posuit $P^1S$ posuit in sua potestate $P^3$ *edd.; cf. u. 11* 8 et *om. edd.* 13 in iudaeam et in samariam (m .... m *m. 2 exp.*) $P^1$ in iudaea* et in samaria* (*fuisse uid.* m) *H* in omni iudaeam et in samariam (m .... m *m. 1 del.*) *S* in iudaea et samaria $P^3$ in Iudaea et in Samaria *edd.; Gr.* ἐν πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ Σαμαρίᾳ, *Vulg.* in omni Iudaea et Samaria; *cf. p. 241, 4* 14 apostolus, *m. 2* (?) *corr.* apostolos *S* 22 famulus *ex corr.*, *fuit* famulis *H*

tibus praestat. malus enim seruus sic reprehenditur: Quod si dixerit malus seruus: 'Moram facit dominus meus uenire', ueniet dominus eius in die, qua nescit, et hora, qua ignorat, et reliqua. item arguit, quare tempus non cognoscatur, dicendo: Hypocritae, faciem caeli nostis probare, tempus hoc quare non agnoscitis? item apostolus: In nouissimis temporibus instabunt tempora periculosa et reliqua. item apostolus: De temporibus autem et momentis non necesse habemus uobis scribere; uos enim ipsi diligenter scitis, quia dies domini sicut fur in nocte ita ueniet. cum dixerint: 'Pax et securitas', tunc subitaneus illis apparebit interitus quo modo dolores parturientis et non effugient. item apostolus: Non retinetis memoria, quia, cum essem apud uos, haec dicebam uobis? et nunc quid detineat, scitis, ut reueletur in suo tempore. nam mysterium iam operatur iniquitatis; tantum, qui tenet modo, teneat, donec de medio fiat, et tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. item dominus in euangelio increpat Iudaeos: Et tu, si cognouisses tempus uisitationis tuae, forsitan permansisses; nunc autem absconsa sunt ab oculis tuis. et dominus sic praedicat ad Iudaeos: Paenitentiam agite, completa sunt tempora, credite in euangelio. et ad Iudaeos quidem recte completa dicebat, quia eorum

1 Matth. 24, 48; 50; Luc. 12, 45—46 5 Luc. 12, 56 7 II Tim. 3, 1 9 I Thess. 5, 1—3 14 II Thess. 2, 5—8 20 Es. 11, 4 21 = p. 253, 18 Luc. 19, 42; 44 24 Marc. 1, 15

1 quod] qm̄ *P* 5 agnoscatur *edd.* 6 cognoscitis *P¹P³* 7 diebus *edd. sec. sacr. litt.* 10 scribere uobis *P³* 11 dī *P³* 12 cum] cum enim *edd. sec. Vulg.* 16 dicebam** (*fuit* us) *P²* 17 iniquitatis iam operatur *edd.* 18 qui modo tenet *H* modo qui tenet *P¹SP³*; *cf. p. 252, 12* 19 de medio] dimedio *P¹* (*m. 2* de medio) *S* nunc *P* 22 forsitans *S* 23 abscondita *PP² edd. sec. Vulg.* 24 tuis] eius *P* *pro* ad *ras. H* 25 in *m. 2 del. S* in *om. PHP²P³ edd. praeter a*; *cf. p. 254, 6*

tempora post eius praedicationem et triginta et quinque uel quadraginta annos finita sunt. et in Danihelo: Quoadusque interfecta est bestia et periit et corpus eius datum est, ut comburatur, et reliquarum bestiarum regnum translatum est et magnitudo uitae data est eis usque ad tempus, quod Graece dicitur χρόνος et καιρός. et insequitur: Ecce cum nubibus caeli ut filius hominis ueniens. mysterium bestiae e reliquarum bestiarum translationem intellegentibus scripturarum manifestum est.

4 *Secundum* quod aduentus domini diligendus et expectandus. est enim magna beatitudo diligentibus eius aduentum, sicut testimonium perhibet beatus apostolus Paulus: De cetero, inquit, reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi dominus iustus iudex in illa die, non solum autem mihi sed et his, qui diligunt aduentum domini. et dominus in euangelio: Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui. item propheta: Ecce enim tenebrae et caligo operient terram super gentes; in te uero apparebit dominus et maiestas

2; 7 Dan. 7, 11—13 10—11 = p. 254, 21—255, 2 12 II Tim. 4. 8 16 Matth. 13, 43 17 Es. 60, 2

1 et triginta, *m. 2* aut triginta *S* 2 Daniele $P^3$ *edd.* 4 bastiarum, *m. 1 corr.* bestiarum $P^3$ 5 ei $P^3$ 6 tempus] tempus et tempus *edd. praeter a sec. sacr. litt.* quo $PP^2$ XPONYC et Kaipyc *P* (*m. 1 ? corr.* XPONOYC et Kaipoyc) $P^2$ XPONOYC et Kaipoyc $P^1SH$ cRonois. et cliRois $P^3$ ἕως χρόνου καὶ καιροῦ *edd. praeter a sec. Septuag.; conieci* χρόνος et καιρός 7 et insequitur *S* (*m. 2 corr.* exin sequitur) $P^2$ (*m. 1 ? corr.* et inde sequitur) ecce] et ecce *edd. sec. sacr. litt.* ut *om.* $P^3$ et *in ras., fuisse uid.* ut $P^2$ et *P* quasi *edd. sec. Vulg.* 8 e] et $P^2$ 9 translatione *edd.* scripturarum, *m. 2* scripturam $P^1$ scripturam $P^3$ *edd.; cf. p. 254, 13—14* 9 manifestum est quod aduentus *codd.* manifestum est. Aduentus *edd.; temptabam* manifestum est. Secundum quod aduentus 10 domini] ei' domini $P^3$ diligendus, *m. 2* diligendus est $SP^2$ diligendus est *P edd.; cf. p. 240, 5; 254, 21* 11 est enim magna, *m. 2* est magna enim $P^1$ est. Magna enim $P^3$ 15 autem mihi solum *edd.* iis *f l r m* 19 //////gentes (*ras. 3 fere l.; fuitne* gen*?*) $P^3$

eius in te uidebitur. item propheta: Qui uero expectant dominum, exultabunt cum uirtute, producent pennas sicut aquilae, current et non laborabunt, ambulabunt et non esurient. et plurima talia, quae ad beatitudinem eorum pertinent, qui diligunt aduentum domini, inueniuntur.

5 Quod autem nemo possit temporum mensuras colligere, manifestum est. euangelium quidem dicit: De die et hora nemo scit, ego autem pro inpossibilitate intellectus mei dico neque diem neque mensem neque annum aduentus ipsius sciri posse; sed signa quae sunt aduentus uidendo et credendo et expectare me conuenit et credentibus escam hanc retribuere, ut expectantes diligant aduentum eius, qui dixit: Haec omnia cum uideritis, scitote, quoniam prope est in ianuis. signa ergo euangelica et prophetica, quae in nobis completa sunt, aduentum domini manifestant. nam frustra, aut qui quaerunt aut qui calumniantur, dies et annos in computo comprehendere quaerunt, cum scriptum sit, quia: Et nisi adbreuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro; sed propter electos breuiabuntur dies illi. certum est tempus carere computum, quod breuiandum est a domino, qui tempora constituit; adpropinquasse autem aduen-

1 Es. 40, 31   7—11 = p. 256, 11; 14—17   8 Matth. 24, 36; Marc. 13, 32   12 cf. p. 236, 23   13 Matth. 24, 33   18 Matth. 24, 22; Marc. 13, 20

2 producent (e *ex corr. m. 2; fuisse uid.* u) $P^2$ producunt $P^1$ (*m. 2* producent) *SH*   3 currunt, *m. 1 corr.* current $P^1$   5 pertinent, *m. 2* pertinere $P^1$ pertinere $P^3$ *m*   7 mensuras temporum $PP^1P^2$ *edd.* mensuras (*stilo cerussato del.*) temporum mensuras temporum (*sic!*) $P^3$; *cf. p. 256, 11*   8 die] die illa *edd. sec. sacr. litt.*   9 possibilitate *edd.*   11 scire *H* aduentus, *m. 2* aduentus eius *S*   12 *pro* et (*ante* expectare) *ras. 2 l.* $P^2$ et *om.* $PHP^3$   13 diligunt, *m. 2* diligant $P^1$   14 cum cum (*bis*) *P*   17 conputo, *m. 2* conpoto $P^2$ conpoto *PH* compoto $P^3$   18 et *m. 2 exp.* $P^1$ et *om.* $P^3$ *edd.*   21 computum, *m. 2* (?) *corr.* computo *S* computum, *m. 2* compotum $P^2$ compotum *P* (*m. 2 ?* compoto) $P^1$ (*m. 2* computo) *H* compoto $P^3$ computo *edd.*

tum, cuius signa aduentus aliqua uidimus ex his, quae facta sunt, esse completa. et iterum dicit: His autem fieri incipientibus respirabitis et leuabitis capita uestra, quoniam adpropiabit redemptio uestra. quae autem signa dixit uidenda, manifestum in euangelio sancti Lucae: Et Hierusalem calcabitur a gentibus, donec impleantur tempora gentium. hoc factum est et fieri nulli dubium est. et insequitur: Et erunt signa in sole, in luna, in stellis et in terra pressura gentium. ea, quae patimur, confiteri et poena compellit, si forte non curet uoluntas; nam in uno tempore et signa in caelo et pressuram gentium in terris ab hominibus uideri et sustineri manifestum est. et insequitur: Arescentibus hominibus prae timore et expectatione, quae superueniunt uniuerso orbi. nullam patriam, nullum locum nostris temporibus non affligi aut humiliari certum est, sicut dictum est: Prae timore et expectatione, quae superueniunt uniuerso orbi, et omnia signa, quae superius euangelium legentibus manifestat, ex maxima parte completa sunt.

6 Quod autem dictum est: Et praedicabitur hoc euangelium in uniuerso mundo et tunc ueniet finis,

2 Luc. 21, 28 6; 8; 13; 16 Luc. 21, 24—26 10; 15—16 = p. 275, 6; 9—11 18 Luc. 21, 8—12; 16—26 20 Matth. 24, 14.

1 cuius, *m. 2* eius cuius *S* eius cuius *edd.* uidimus, *m. 2* uidemus *PP*[1] uidemur, *m. 1 corr.* uidemus *S* uidemus *P*[3]*flrm* his | his (*bis; alterum m. 2 exp.*) *P*[1] iis *flrm* 2 dicit *in fine u. om. P* 4 adpropinquabit *PP*[1]*P*[2] *edd. sec. Vulg.* appropinquauit *P*[3] | demptio, *m. 2* redemptio *P*[1] 5 manifestum, *m. 2* manifestum est *SP*[2] manifestum est *PP*[3] *edd.; cf. p. 238, 10* 6 calcabitur, *m. 2* calcabitur inquit *P*[2] calcabitur inquit *P* 7 actum, *m. 1 corr.* factum *P*[3] 8 dubium] bubi, *m. 1 corr.* dubi *aut* Ubi *P*[2] et insequitur, *m. 2* exin sequitur *S* in luna] ** luna *P*[2]· et luna *PP*[3] *edd. sec. sacr. litt.* 9 in stellis] et (*ex corr. m. 2*) stellis *P*[2] et stellis *PP*[3] *sec. sacr. litt.* et in stellis *edd.* 10 pona, *m. 2* pena *P*[1] cu*ret *P*[2] curret *S* (r *m. 1 del.*) *P*[1] (r *m. 2 exp.*) 11 pressura *H* 12 et insequitur, *m. 2* exin sequitur *S* 14 *et* 17 superuenient *codd. edd. sec. Vulg.; cf. p. 275, 9* 15 nullam—orbi *om. P*[3] 16 *p. 275, 10* tribulari 20 et *om. PP*[2]

prius ..................................................... quod ipsius domini repromissio talis fuit, ut ipsi apostoli eius nominis et resurrectionis testes fierent in Hierusalem et in Iudaeam et in Samariam et usque ad extremum terrae, et apostolus hac auctoritate docet: Sed dico, numquid non audierunt? 'in omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terrae uerba eorum'. item: Propter spem, quae reposita est uobis, quam ante audistis in uerbo ueritatis euangelii, quod aduenit in uos, sicut et in omni mundo est fructificans et crescens. sed apostolis initiata fides in gentibus habuit multos persecutores, ut retenta tardius inualesceret, ut illud impleretur: Ante haec omnia primum in uos manus inmittent suas et persequentur et tradent uos in synagogas et in custodias ducentes ad reges et ad praesides propter nomen meum, ut illud impleretur, quod scriptum erat: Et uelociter reaedificaberis, quibus destructa es. nam ex quo clementissimi imperatores Christiani dei uoluntate esse coeperunt, quicquid paulatim fides, causa persecutionis, crescebat in saeculis, factis regibus Christianis ubique in paruo tempore euangelium Christi penetrauit.

7 Expositio sane beati Danihelis de hebdomadibus, quamuis sanctus conpresbyter noster Hieronymus exposuit, qualiter

3 Act. 1, 8 5 Rom. 10, 18; Ps. 18, 5 8 Col. 1, 5—6 13 Luc. 21, 12 17—18 ? 23 Dan. 9, 24—27 24 Hieron. comment. in Dan. c. IX u. 24 (Migne patrol. lat. XXV p. 542—553)

1 prius] primum *edd.; lacunam significaui* 2 ipsi] ipsa $P^1$ 4 Iudaea et in Samaria *edd.; cf. p. 236, 13* 11 apostolis, *m. 2* ab apostolis $P^1S$ ab apostolis $P^3$ *edd.; cf. u. 18* nuntiata *edd.* 12 retentata *H* 14 persequuntur, *m. 2* persequentur $P^1SP^2$ 15 uos *om.* $PP^2$ in sinagogis et in custodiis *codd.* ad reges *om.* $P^3$ 18 quibus] a quibus *S edd.; cf. u. 11* 19 quicquam *a* quanquam *cett. edd.* 20 in saeculo $P^3$ *m* 21 Christi euangelium *edd.* 23 quamuis] quam $P^3$ qua uir *a e* quam uir *cett. edd.* 24 exposuit *om., m. 2 add.* $P^1$

doctores ecclesiarum tradidissent, lectorem ............ nam si ipse doctissimus uir conpresbyter noster ait periculosum esse de magistrorum ecclesiarum iudicare sententiis et alterum praeferre alteri, quanto magis hoc lector facere non potest, quod magister facere dubitauit! nos autem credimus, quod dominus ait, quia caelum et terra transiet, iota autem unum uel unus apex non transiet a lege, donec omnia fiant. quo modo ergo mysterium hebdomadarum sit impletum usque ad natiuitatem et passionem Christi, admiror, cum illud in dimidio hebdomadae propheta locutus est dicendo: In dimidio hebdomadae tolletur sacrificium meum et supplicatio *et abominatio* desolationum erit ad sacrificium. haec ergo abominatio si iam completa fuerat, quo modo dominus monet et dicit: Cum uideritis abominationem desolationis, quod dictum est per Danihelem prophetam, stantem in loco sancto, qui legit, intellegat? ego autem, ne petitioni beatitudinis tuae contemptor essem, haec, quem ad modum sensi, scripsi ad tuam caritatem. plenius autem dignare nos uerbo gratiae tuae rescribendo instruere et laetificare.

2 ibidem (Migne p. 542, 34—36) 6 Matth. 5, 18 11 Dan. 9, 27 13—14 = p. 271, 6—7 14 Matth. 24, 15; Marc. 13, 14; Dan. 9, 27

1 ecclesiarum *om. H* *post* lectorem *m. 2 adnot.* deest, *in marg. m. ut uid. 1 add.* ut caueat monuit *S m. 2 add.* attentum quaerit $P^1$ lectorem attentū querit $P^3$ lectorem suspendit *edd.* 2 si] sicut *H* 3 sententiis iudicare $P^3$ 4 preferri $HP^3$ 6 transient *H edd. praeter a* 7 unus] unū *P* longe, *m. 1 corr.* lege $P^1$ 11 dimidia $P^1S$ (*m. 1 corr.* dimidio) $HP^2$ dimidio (o *ex corr. m. 2*) *P* medio, *m. 1 corr.* media $P^3$ ebdomade tolletur $P^3$ ebdomada detolletur *H* 12 et abominatio desolationum erit ad sacrificium *scripsi;* desolationum interitus et ad sacrificium *codd.* desolationum interitus et ad sacrificium abominatio *edd.; Septuag.* καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τῶν ἐρημώσεων ἔσται, *Vulg.* et erit in templo abominatio desolationis 13 *pro* haec *ras. 1—2 l.* $P^2$ haec *om. P* 14 audieritis $P^3$ abominationes $PP^2$ 17 petitionis $P^1$ (s *m. ut uid. 2*) $SP^3$ *edd.* 18 esse, *m. 2* essem $P^1$ caritatem tuam $P^3$ 19 plenus, *m. 1 corr.* plenius *S* tuae gratiae $P^3$ 20 Explicit esici episcopi ad sanctum augustinum $PSP^2$ explicit episcopo esici (*m. 2* epistula esicii) ad sanctum augustinum $P^1$

## CXCIX.

## DE FINE SAECULI.

DOMINO BEATISSIMO ET VENERABILITER SUSCIPIENDO FRATRI ET COEPISCOPO HESYCHIO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

I 1 Accepi litteras uenerationis tuae, quibus ualde salubriter exhortaris, ut saluatoris nostri diligatur et desideretur aduentus. facis hoc ut seruus bonus eiusdem patris familias auidus lucrorum domini tui et uolens habere plurimos socios dilectionis, qua ipse praecipue et perseueranter accenderis. intuentes igitur, quod commemorasti de apostolo, quia dominum dixit

6 cf. p. 238, 10   10 II Tim. 4, 8

*P* = *cod. Parisinus 12193 s. IX.*
*P*[1] = *cod. Parisinus 12226 s. IX.*
*S* = *cod. Sangallensis 174 s. IX.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P*[2] = *cod. Parisinus 1958 s. XI.*
*P*[3] = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*

*V* = *fragm. cod. Vindobonensis 322 s. VIII—IX:*
*p. 258, 10* (cur) — *259, 12*
*p. 260, 11—20* (implebuntur)

*Eugippi excerpta (ed. P. Knoell):*
*p. 455, 22—457, 2 = p. 254, 21—256, 8*
*p. 457, 3—459, 8 = p. 289, 12* (si ergo)—*292, 12* (si falleris)

2 *Aug. de ciu. dei XX 5* quod facere utcumque curaui in quadam epistula, quam rescripsi ad beatae memoriae uirum Hesychium, Salonitanae urbis episcopum, cuius epistulae titulus est: De fine saeculi. *Inscriptionem om. P*[1]*P*[2] 3 uenerabili *P*[3] suspiciendo *PF Mign.* suspiciente, *m. 2* suspiciendo *P*[3] 4 esycino *A* 5 accepi (e *corr. m. 3*) *F* uenerationis *spatio relicto om. P*[3] ualde *om., in marg. m. 1 add. M* 6 nostri *om., m. 1 add. M* 7 patri, *m. ut uid. 1 corr.* patris *F* audis, *m. 1 corr.* auidus *P*[3] 8 et *om. P*[3] 9 quam (m *exp.*) *P*[1] quā (∼ *eras.*) *P*[2] quam, *m. 1 corr.* ad quam *S* quia *FP*[3] (i *eras.*) accederis *FA* 10 dñm (m *in ras. m. 2*) *P*[2] dicit *P*[3]

redditurum coronam iustitiae non tantum sibi sed et omnibus, qui diligunt manifestationem eius, ita recte uiuimus et in hoc saeculo tamquam peregrini agimus, cum se in hac dilectione cor nostrum proficienter extendit, siue citius siue tardius ueniat, quam putatur, cuius manifestatio fideli caritate diligitur et pio desideratur affectu. seruus quippe ille, qui dicit: Moram facit dominus meus et percutit conseruos suos, manducat et bibit cum ebriosis, non utique diligit manifestationem eius; ex moribus enim apparet animus eius. quos mores licet breuiter ideo magister bonus curauit exprimere, id est superbiam atque luxuriam, ne, quod dicebat: Moram facit dominus meus, desiderio domini sui dicere crederetur, quo ardebat ille, qui dicebat: Sitiuit anima mea ad deum uiuum; quando ueniam et apparebo ante faciem dei? dicendo enim ‘quando ueniam?’ moras se perpeti moleste ferebat, quia, etiam quod tempore acceleratur, desiderio tardum uidetur. quo modo autem tardus est eius aduentus uel quo modo longe futurus est, cum ipsi apostoli tempore, quo adhuc erant in carne, dixerint: Nouissima hora est, quamuis a domino audierint: Non est uestrum scire tempora? hoc ergo nesciebant, quod nescimus et nos — quantum ad me attinet, dico, et eos, qui hoc mecum nesciunt —; et tamen, quibus dictum est: Non est uestrum scire tem-

6; 11 Matth. 24, 48—49; Luc. 12, 45 13 Ps. 41, 3 19 I Ioh. 2, 18 20; 23 Act. 1, 7

2 ita] ita si *A* hoc *om., m. 3 add. F* 6 dixit *M* 7 moras, *m. 1 corr.* moram *P*¹ conseruos (con *corr. m. 3*) *F* 9 enim] eius, *m. 1 supra add.* enī (*m. 2* ł enī) *neque del.* eius *P*¹ 13 quod (d *m. 3 del.*) *F* 16 accelatur, *m. 1 corr.* acceleratur *M* 17 tardus] tardius *MFP*³ (i *eras.*) aduentus eius *A* 18 ipsis apostolis *M* 19 quo] cum, *m. ut uid. 1 supra add.* quo (cum *m. 2 exp.*) *P*¹ cum, *m. 2* quo *S* cum *PP*² erat *M* dixerit *M* nouissima—audierint *est post* non est uestrum scire tempora *M* (tempora uł | nouissima *etc.*) *FA* ........ a hora est *in ras. m. 3 F* ora, *m. 2* hora *P*¹ 20 a *om., m. 3 add. F* audierit, *m. 2* audierint *S* scre, *m. 2* scire *P* 21 quantum] quantum uero *P*³ 22 adtinet | ad me (*ante* adtinet *s. u. ras., ubi item fuit* ad me) *M* eis *P*

pora, quae pater posuit in sua potestate,* diligebant eius manifestationem et dabant conseruis in tempore cibaria nec percutiebant eos dominando eis nec luxuriabantur cum amatoribus mundi dicentes: *Moram facit dominus meus.*

2 Alia est ergo ignorantia temporum alia labes morum amorque uitiorum. nam et apostolus Paulus, quando dicebat: *Non cito moueamini mente neque terreamini siue per uerbum siue per epistulam tamquam per nos, quasi instet dies domini,* nolebat utique, ut crederent eis, qui iam propinquare domini arbitrabantur aduentum; nec tamen uolebat, ut tamquam seruus ille dicerent: *Moram facit dominus meus uenire* et traderent se superbiae luxuriaeque perdendos; sed sic eos nolebat de propinquante die nouissimo falsis auscultare rumoribus, ut tamen uellet eos paratos aduentum domini sui lumbis accinctis et lucernis ardentibus opperiri. quibus dicit: *Vos autem, fratres, non estis in tenebris, ut dies ille uos tamquam fur comprehendat. omnes enim uos filii lucis estis et filii diei; non sumus noctis neque tenebrarum.* ille autem, qui sic dicit: *Moram facit dominus meus uenire,* ut per-

1 II Tim. 4, 8 2; 11; 20 Matth. 24, 45; 49; 48; Luc. 12, 42; 45 6 II Thess. 2, 2 15 Luc. 12, 35—36 16 I Thess. 5, 4—5

1 in sua posuit *PP*$^1$*SP*$^2$; *cf. p. 247, 16; 249, 5* diligebat *F* 2 et *cum ras. supra P*$^2$ conseruis suis in *m* cibariã (*~ eras.*) *PP*$^2$ cibarium *P*$^1$ (*m. 2* cibaria) *S* 3 *pr.* nec] ne, *m. 2* nec *P* 6 cebat, *m. 2* dicebat *P* 8 per nos, *m. 2* per nos missam *P*$^1$*S* per nos missam *M edd.* 9 quia *A* 11 decerent, *m. 2* dicerent *P* diceret *A* 12 uenire *om. M* luxuriae superbiaeque *M* luxuriae *om., m. 3 add. F* 13 nolebat (no *m. 2 inductum*) *M* adpropinquante *M* die *om., m. 1 add. M* die nouissimo, *corr.* diei nouissimi, *sed restitutum P*$^2$ diei nouissimi *P* 14 auscultare (*secunda l. in ras. m. 2*) *P*$^2$ abscultare, *m. 2* auscultare *P*$^1$*S* ausculare, *m. 2* auscultare *P* paratus, *m. 2* paratos *S* 15 aduentu *P* in (*m. 2 del.*) aduentum *P*$^3$ suis (*postr. l. m. 1 exp.*) *M* lucernis *ras. ex* lucernas *P* 16 opperiri, *sed* eriri *in ras.* (*m. 2?*) *M* opperire *SP*$^2$ (*m. 2* opperiri) 17 uos dies ille *edd. sec. Vulg.* 18 omnes (e *corr. m. 3*) *F* enim *om. A* dĩ *M* 19 *post* tenebrarum *habet S* de ultimo die uitae, *quo deleto m. a. in marg. scriptum est* praecapitulatio

cutiat conseruos suos et epuletur cum ebriosis, non est lucis sed tenebrarum et ideo eum tamquam fur dies ille comprehendet, quod unusquisque debet etiam de die huius uitae suae nouissimo formidare; in quo enim quemque inuenerit suus nouissimus dies, in hoc eum comprehendet mundi nouissimus dies, quoniam, qualis in die isto quisque moritur, talis in die illo iudicabitur.

3 Ad hoc pertinet, quod in euangelio secundum Marcum ita scriptum est: Vigilate ergo, quia nescitis, quando dominus domus ueniat, sero an media nocte an galli cantu an mane, ne, cum uenerit repente, inueniat uos dormientes. quod autem uobis dico, omnibus dico: Vigilate. quibus enim omnibus dicit, nisi electis et dilectis suis ad corpus eius pertinentibus, quod est ecclesia? non solum ergo illis dixit, quibus tunc audientibus loquebatur, sed etiam illis, qui fuerunt post illos ante nos, et ad nos ipsos et qui erunt post nos usque ad eius nouissimum aduentum. numquid autem omnes inuenturus est dies ille in hac uita aut quisquam dicturus est, quod ad defunctos etiam pertineat, quod ait: Vigilate, ne, cum uenerit repente,

9; 20 Marc. 13, 35—37 14 Col. 1, 24

1 cumseruos, *m. 2* conseruos $P^1$ et *om.* $MFAP^3$ ebriosius (u *m. 1 del.*) *S* lucis, *m. ut uid. 1 corr.* filius lucis $P^1$ lucis, *m. 2* filius lucis *S* filius lucis *l r m* 2 eum *om.* $P^1$ (*m. ut uid. 1 add.*) *S* (*m. 2 add.*) *A* dies ille tamquam fur $PP^1SP^2$; *cf. p. 245, 17* conprehendit, *m. ut uid. 1 corr.* conprehendet $P^1$ 3 huius *om.* $PP^1$ (*m. ut uid. 1 add.*) $SP^2$; *cf. p. 247, 8* 4 quemque, *m. 1 corr.* quemquam $P^1$ quemque, *m. 2* quemquam *P* 5 eum *om.* $PP^2$ 6 quales, *m. 3* qualis *F* 7 iudicatur $PP^1$ (*m. 1 corr.* iudicabitur) $SP^2$ 8 euangeliū *F* 10 domus *om., m. 1 add. M* an] ait *P* medio, *m. 2* (?) media *S* 11 a mane, *m. 2* an mane *P* ueniat, *m. 3* inueniat *F* 12 omnibus] in (*m. 2 exp.*) omnibus $P^1$ 13 omnibus] omp̄ns $P^3$ 14 delictis, *m. 3* dilectis *F* 15 ecclesiam (m *m. 1 del.*) *S* ergo *om. M* 17 usque eius *A* 18 ille dies *M* illa $P^2$ 19 quod, *m. 2* quod non $P^1$ 20 ait *om.* $PP^1$ (*m. ut uid. 1 add.*) *S* (*m. 2* dixit) $P^2$ uigilate cum, *m. ut uid. 1 corr.* uigilate ne cum $P^1$ uigilat cum, *m. 2* uigilate ne cum *S* repente uenerit *edd.*

inueniat uos dormientes? cur itaque omnibus dicit, quod ad eos solos pertineat, qui tunc erunt, nisi quia eo modo ad omnes pertinet, quo modo dixi? tunc enim unicuique ueniet dies ille, cum uenerit ei dies, ut talis hinc exeat, qualis iudicandus est illo die. ac per hoc uigilare debet omnis Christianus, ne inparatum eum inueniat domini aduentus. inparatum autem inueniet ille dies, quem inparatum inuenerit suae uitae huius ultimus dies. certe enim hoc saltem manifestum erat apostolis non eorum temporibus, cum hic in carne uiuerent, dominum esse uenturum; et tamen quis dubitet eos praecipue uigilasse et seruasse, quod omnibus dixit, ne inparatos repente ueniens inueniret?

II 4 Nondum sane intellego, quonam modo accipi debeat, quod scripsit sanctitas tua propterea dixisse dominum apostolis: Non est uestrum nosse tempora uel momenta, quae pater posuit in sua potestate, quoniam secutus adiunxit: Sed eritis mihi testes in Hierusalem et in Iudaeam et in Samariam et usque ad ultimum terrae. quem scripturae sensum sic exponis, ut dicas: 'Non ergo apostolos testes consummationis mundi sed nominis et resurrectionis

15—248, 1 cf. p. 236, 9—16

1 cum, *m. 1 corr.* cur $P^1$ dicit, *m. 2* dicat *S* 2 solos *ex corr. m. 3 (fuitne* solus*?) F* eo modo] q̊ modo (*m. 2 del.*) $P^3$ 3 dix̄ $MP^2$ dixit *SF* 4 ille—dies *om.* $PP^1$ (*m. ut uid. 1 add.*) $SP^2$ ei, *m. 2* ei' (= eius) $P^3$ uttalis (*pr.* t *e corr. m. 2; fuisse uid.* i) *M* hic. *m. 2* hīc $P^3$ 5 p̧ oc *M* omnes, *m. 3* omnis *F* 6 imperatum *S* (*m. 2* imparatum) *A* inueniat eum *edd.* dn̄i (i *ras. et corr. m. 3; fuitne* s*?*) *F* imperatum, *m. 1 (?) corr.* imparatum *A* 7 dies ille *M* 8 ultimus dies huius $P^1$ (*signis corr.*) *S* ultimus huius dies $PP^2$ saltem] saluti $PP^2$ manifestatum $PP^1SP^2$ manifestatu|rus $P^3$ 9 erit *F* apłs $P^3$ 11 imperatos, *m. 1 corr.* imparatos *S* 13 quoniam, *m. 2* quonam *S* quodam, *m. 2* quonam $P^3$ quo $P^1MF$ (uo *in ras. m. 1*) *A* mo, *m. 2* modo $P^2$ 14 dominum *in fine u. om., in marg. m. 1 add. M* 16 secutus] secus *F* 17 mihi *om.* $P^3$ testes (*post.* e *corr. m. 3*) *F* iudaea $MFAP^3$ *edd.; cf. p. 236, 13; 241, 4* 18 in *om.* $PP^1MP^2$ *sec. sacr. litt.* samaria $MFAP^3$ *edd.* 19 expone $P^3$ ergo] ēē (= esse) $P^3$ 20 consummationes *P* (*m. 1 corr.* consummationis) *F* (*m. 3* consummationis) nominis] nouissimis. *in marg. m. 1* nominis *M*

suae uoluit intellegi'. non quidem ille ait: 'Non est uestrum praedicare tempora' sed: Non est uestrum nosse. uerum si ita uis intellegi, quod ait: Non est uestrum scire, ac si diceret: Non est uestrum scientes facere, id est non est uestrum hoc docere, quis nostrum docere audeat uel se scire praesumat, quod deus ille magister nec eos discipulos docuit, a quibus praesentibus interrogatus est praesens, nec illi tam sancti magnique doctores ecclesiam docere potuerunt?

5 An respondebitur haec non docuisse apostolos sed prophetas? hoc enim aisti et uerum est, quod ea, 'quae futura sunt, sanctorum prophetarum uocibus cognoscuntur, qui, priusquam fierent', inquis, 'ea, quae futura erant, uoluntate diuina hominibus sunt locuti'. sed si ueneratio tua 'satis admiratione plenum' esse dicit, 'si ea deus, quae praedici uoluit, ad hominum sensus penitus non posse peruenire constituit', quanto maiore admiratione plenum est, si ea, quae prophetae hominibus sunt locuti, haec apostoli uel scire sunt prohibiti uel docere! quo modo autem prophetae ista, de quibus agitur, tempora docentes non intellegerentur ab apostolis, si intelleguntur a nobis? aut si eos apostoli intellexerunt istam mensuram temporis prophetantes, quo modo non docerent, quod intellexerunt, quando per eorum praeconium et ipsi prophetae innotescebant, qui eos suis libris ista docuerunt? et ideo per

10—15 p. 236, 1—5

1 uolui, *m. 1 (?) corr.* uoluit *F* 3 intellegere $P^3$ 4 non uestrum (*om.* est) *A* non est *post* id est *om., m. 1 (?) add.* $P^3$ est *om. P* 5 dicere, *m. 1 corr.* docere $P^1P^3$ quis (qu *corr. m. 2*) *P* ur̃m, *m. 1 corr.* nr̃m $P^3$ se *om.* $MFAP^3$ 6 qm̃, *m. 2* qđ $P^3$ 7 a] ista $PP^1$ (*m. 1 ? corr.* a) *S* (*m. 2 ?* a) $P^2$ 8 ecclesiarum $PP^1$ (ecclesiā| rum; *sed* rum *del., postea restitutum,* ~ *eras.*) $SP^2$ 10 aisti *in ras. m. 2* $P^1$ iusti, *m. 2* iustum $SP^2$ iustum *P* aiunt isti $P^3$ futura ē (*m. 2* sunt) ꝑ prophetarum uoces $P^3$ 11 quia $P^3$ 12 inquis *om.* $P^3$ 13 sunt] prophetę sunt $P^3$ 14 ab *F* 15 quanto, *m. 2* quanta $P^1$ 16 maiore *om.* $PP^1S$ (plus *m. 2 add.*) $P^2$ 19 intelligentur, *m. ut uid. 1 corr.* intelligerentur $P^1$ 21 quomodo, *m. ut uid. 1 corr.* quando $P^1$ 22 praeconum *A* ipse *F* (*m. 3* ipsi) *A* 23 docuerint *F*

quas litteras ea ipsi didicerant, per easdem poterant alii quoque in his gentibus discere, in quibus apostoli auctoritatem propheticam commendabant. cur ergo eis dictum est: Non est uestrum scire uel, si ita intellegendum est, non est uestrum docere tempora, quae pater posuit in sua potestate, quando quidem sic ea docebant, cum hi, in quorum litteris discerentur, per illos innotescebant? unde credibilius est non deum noluisse sciri, quod uoluit praedicari, sed noluisse praedicari, quod uidebat non utiliter sciri.

6 'Cur ergo', inquis, 'de temporibus cognoscendis ipse dominus monet, ubi dicit: Quisnam est fidelis seruus et prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore?' et cetera. immo uero monet, non ut bonus seruus cognoscat temporum finem, sed ut omni tempore in opere bono uigilet, quia nescit temporum finem; non monet, ut tempora, quae pater posuit in sua potestate, adsequamur super apostolos, sed monet, ut, quoniam nescimus, quando ueniat dominus, in cordis praeparatione imitemur apostolos, unde iam supra satis locutus sum. arguit autem Iudaeos, quare tempus non cognoscant, dicens: Hypocritae, faciem caeli potestis probare et reliqua, quoniam illud tempus non cognoscebant, quod iam

3; 16 Act. 1, 7 10—13 p. 236, 17—20 20—22 cf. p. 237, 4—7

1 didicerunt $PP^1$ (*m. ut uid. 1 corr.* didicerant) $SP^2$ poterunt, *m. ut uid. 1 corr.* poterant $P^1$ alio, *m. 1 corr.* alii $P^1$ 3 cum *P* ergo *om. F* 4 uel—docere *om.* $PP^1$ (*supra add. uix m. 1*) $SP^2$ 5 dicere, *m. 1 corr.* docere $P^3$ 6 cum, *m. 2* ut *S* hi* (*fuit* i) $PP^1$ hii $SP^2$ in quibus $PP^1S$ (*m. 2* in quorum) $P^2$ 7 discernerentur $PP^1S$ (*m. 2* discerentur) $P^2$ innotescebant, *m. 2* (?) innotescerent *S* 8 uoluisse *M* scire *F* quo, *m. 2* quod $P^3$ uoluit—quod *om. A* praedicati, *m. 1 corr.* praedicari *S* praedici $PP^2$ sed noluisse praedicari *om.* $MFP^3$ 10 inquis] in quib; *A* 11 fideli, *m. 2* fidelis *P* 14 uero *om., m. 1 add. M* temporem, *m. 1 corr.* temporum *F* 15 sed—finem *om.* $PP^2$ ut in omni tempore opere $P^1S$ uigilat, *m. 2* uigilet *S* 16 ut *om. A* tempore, *m. 2* tempora *S* 18 praeparationē *M* 19 apłs *F* 22 cetera $PP^1SP^2m$ agnoscebant $MFP^3$ *edd.*

uolebat agnosci, id est primi aduentus sui, quo in eum crederent, qui alterum eius aduentum uellent expectare uigilantes, quandocumque futurus esset. qui enim aduentum domini non cognouerit primum, praeparare se non poterit ad secundum credendo in eum fideliterque uigilando, ne illum tamquam fur in tenebris comprehendat, siue tardius uenerit siue citius, quam speratur.

III 7 Dicit etiam, sicut admones, apostolus Paulus: In nouissimis temporibus instabunt tempora periculosa et reliqua. sed numquid ideo docet tempora, quae pater posuit in sua potestate? aut ideo quisquam nouit, quam longa uel breuia sint eadem ipsa, quae fatendum est esse nouissima? cogitare quippe debemus, quam olim dictum sit: Filioli, nouissima hora est.

8 Rursus eundem apostolum dixisse commemoras: De temporibus autem et momentis non necesse habemus uobis scribere; uos enim ipsi diligenter scitis, quia dies domini sicut fur in nocte ita ueniet. cum dixerint: 'Pax et securitas', tunc subitaneus illis

5 I Thess. 5, 4; 2; II Petr. 3, 10 8—10 p. 237, 7—8 10 Act. 1, 7 14 I Ioh. 2, 18 15—251, 2 p. 237, 8—14

1 prima *A* quo] quod $PP^1$ (d *m. 1 exp.*) *S* (*m. 2* eo) $P^2$ 3 futurum $PP^1S$ (*m. 1 ? corr.* futurus) $P^2$ 4 cognouerint (*post.* n *exp.*) *F* cognouit $PP^1$ (*m. 2* cognouerit) $SP^2$ 5 credendo, *m. 2* credendū $P^3$ in cum] cnī *A* igitur in eum | ē $P^3$ uigilando, *m. 2* uigilandū $P^3$ ne* *P* 6 conprehendant *P* 8 ammones, *m. 1 corr.* ammonens *F* admonet $P^3$ ammonet $PP^1SP^2$ amonct *A* 10 dicet, *m. 1 corr.* docet $P^1S$ dicet, *m. 2* dicit $P^2$ dicit *P* 12 eādem *P* quae *om.* $PP^2$ fatenda | sunt nouissima $P^3$ est *om., s. u. m. 1 add. M* 13 nouissima, *m. 2* breuissima $P^2$ breuissima *P* dictum (dic *corr. m. 2*) *P* 14 fratres $MFAP^3$ *edd. praeter m* ora, *m. 2* hora $P^3$ 15 rursus *om.* $PP^2$ rursum $P^1$ (*m. 1 ? corr.* rursus) *S* eundem, *m. 2* paulum $P^1$ commemoras, *m. 2* commemorans *P* commemorans $P^1S$ (*m. 2* commemoras) $FP^2$ 16 autem *om. P* 17 scribere uobis *edd. sec. Vulg.* ipsi *om.* $PP^2$ 18 cum, *m. 2 sec. Vulg.* cum enim *S* cum, *m. ut uid. 1 corr.* et cum $P^1$ et cum $MFAP^3$ *edd.* 19 dixerit, *m. 1 corr.* dixerint *P* dixerint homines *M*

apparebit interitus quo modo dolores parturientis et non effugient. et hic non dixit, post quantum temporis hoc futurum sit, sed quo modo futurum sit, id est non quanta erit aetatis breuitas uel prolixitas, sed, quantum libet interuallum sit spatiumque temporis, non tamen eis hoc ueniet malum nouissimum, nisi cum dixerint: Pax et securitas. quibus uerbis uidetur apostolus huius nouissimi diei uel spem uel timorem ab hoc nostro tempore remouisse; non enim uidemus ipsos amatores huius saeculi, quibus subitaneus apparebit interitus, iam dicere: Pax et securitas.

9 Quid ergo scire sufficiat, satis ipse demonstrat apostolus dicendo: De temporibus et momentis non opus habemus uobis scribere uel, sicut alii codices habent: Non opus habetis uobis scribi. nec secutus adiunxit: 'Vos enim ipsi diligenter scitis, quantum temporis restet', sed ait: Vos enim ipsi diligenter scitis, quia hora domini sicut fur in nocte ita ueniet. hoc ergo scire opus est, ut curent filii lucis esse et parato corde uigilare, qui nolunt ab illa hora sicut a nocturno fure comprehendi. nam si ad cauendum hoc malum, id est ne hora domini tamquam fur inueniat inparatum, opus esset nosse temporum spatia, non diceret apostolus non opus esse, ut hoc scriberet, sed hoc potius eis esse scribendum tamquam doctor prouidentissimus

12; 16 I Thess. 5, 1—2 18 Ioh. 12, 36; Luc. 16, 8 19 I Thess. 5, 4; 2; II Petr. 3, 10 22 I Thess. 5, 1

1 quo modo inquit dolores $P^3$ parturientes $F$ 2 effugiet $P^3$ 5 sit *in fine u. om.* $A$ sit, *m. 2* sit uel $P^1$ spatiumque] spatium $PP^1S$ (*m. 2* et spatium) $P^2$ tā $PP^2$ hoc eis $PP^1SMP^2$ 8 tēpore nouisse, *m. 2* tēpe remouisse $P^3$ 9 ipsos *om.* $MFAP^3$ quibus] cuius $P^3$ 11 autem $A$ 14 uobis habetis $PP^1SP^2$ 15 restet *in ras. m. ut uid. 1* $P^1$ est $PSP^2$ 16 scitis ipsi diligenter $P^3$ 18 currant (*alterum* r *exp.*) $F$ 19 sicut a] secuta $MF$ comprehendi* (*fuit* t) $A$ ad *om.* $P^3$ 20 id *om.* $P^3$ ora $FP^3$ (*m. 2* hora) 21 imparatum, *m. 2* imparatos $S$ opus] et opus $P^3$ esset] ē et $A$ 22 esse* $P^2$ esset $P^1$ (t *eras.*) $S$ (*m. 2* esse) $FAP^3$ 23 eis potius $MFAP^3$ ** tamquam (ut *eras.?*) $P^2$

iudicaret. nunc autem nec illis hoc opus esse monstrauit, quibus sufficiebat, ut scirent inparatis atque dormientibus horam domini sicut furem esse uenturam atque hoc sciendo essent ipsi uigilanter parati, post quanta libet tempora ueniret, et suum seruauit modum, ut licet apostolus non tamen praesumeret alios docere, quod apostolis dominum dixisse cognouerat: Non est uestrum scire.

10 Ponis etiam, quod idem ipse dixit apostolus: Non retinetis memoria, quia, cum essem apud uos, haec dicebam uobis? et nunc quid detineat, scitis, ut reueletur in suo tempore. nam mysterium iam operatur iniquitatis; tantum, qui tenet modo, teneat, donec de medio fiat, et tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. quae uerba apostolica utinam non tantum modo poneres, uerum etiam exponere dignareris; ita sane obscura sunt et mystice dicta, ut tamen appareat eum nihil de statutis dixisse temporibus nullumque eorum interuallum spatiumque aperuisse. ait enim: Ut reueletur in suo tempore nec dixit, post quantum temporis hoc futurum sit. deinde subiunxit: Iam enim mysterium operatur iniquitatis. hoc iniquitatis mysterium quo modo libet intellegatur quid sit ab alio sic ab alio autem sic; quam diu tamen operetur, occultum est. neque id expressit apostolus tamquam homo ex eorum numero,

2 I Thess. 5, 2—3; 7; II Petr. 3, 10 7 Act. 1, 7 8—14 p. 237, 14—21

1 autem, *m. 2* enim *S* 2 sufficiebant (n *m. 2 exp.*) $P^1$ imperatis, *m. 1 (?) corr.* imparatis $P^1$ imparentis *P* inparati $P^3$ dormientes $P^3$ 4 uigilantes *S* tempora ueniret] enī tempora uenit $P^3$ 5 ut *om.* $P^3$ tamen *om.* $P^3$ 6 apostolus *F* apostolum *M* et ipse $P^3$ dñi *MF* dm̄ *A* commemorat *M* 8 apostolis, *m. 2 (?)* apostolus *S* 9 in memoria $PP^1SP^2$; *cf. p. 237, 15; de ciu. dei XX 19* 10 nunc *om. M* qui *M* 11 ministerium (ni *exp.*) *F* 12 modo qui tenet $P^1S$ qui modo tenet $PP^2$; *cf. p. 253, 5; 12; p. 237, 18; de ciu. dei XX 19* 13 iniquus (quus *in ras. m. 1*) *F* inimicus, *m. 2* iniquus $P^1S$ inimicus $PP^2$ 14 interficiat, *m. 1 corr.* interficiet *M* 15 poneret *MF* ponere $P^3$ *edd.* 18 a*peruis, *m. 2* a*peruisse $P^2$ apparuisse *PM* 19 in suo tempore ut reueletur $PP^1SP^2$ post *om.* $PP^2$ 20 tempus $PP^1SP^2$ 24 neque enim id *M*

quibus dictum est: Non est nestrum scire tempora; quamuis enim nondum inter eos erat, quando eis hoc dictum est, ad eorum tamen collegium atque societatem etiam ipsum non ambigimus pertinere.

11 Item, quod sequitur: Tantum, qui modo tenet, teneat, donec de medio fiat, et tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, docet nos Antichristum manifestum futurum, si quidem ipsum uidetur aliquanto euidentiore significatione tetigisse interficiendum spiritu oris domini Iesu Christi; sed post quantum temporis istuc erit, nec saltem obscure locutus est. quisnam sit enim, qui modo tenet, uel quid teneat uel quid sibi uelit, quod ait: De medio fiat, potest quisque se coartare, ut intellegat uel aliquatenus suspicetur, quoniam quoquo modo scriptum legit; quam diu autem teneat et post quanta temporum spatia de medio fiat, hic tacetur omnino.

IV 12 'Item dominus', inquis, 'in euangelio increpat Iudaeos dicens: Et tu, si cognouisses tempus uisitationis tuae, forsitan permansisses; nunc autem absconsa sunt ab oculis tuis'. sed hoc ad tempus primi aduentus domini pertinet, non secundi, de quo nunc quaestio est. de secundo quippe aduentu suo dixit: Non est uestrum scire tem-

1; 23 Act. 1, 7    18–21 p. 237, 21–24

5 modo qui $PP^1SP^2$; *cf. p. 252, 12; p. 237, 18*  teneat *om.* $P$  6 nunc $P$  inicus, *m. 1 corr.* iniquus $F$  8 docet] donec $PA$  antechristum *MFA*  9 ipse $PP^2$  aliquando *PM* aliquanta $P^3$  euidentiori $PMP^3$ *edd.*  significationi, *m. 1 corr.* significatione *M*  11 temporis *in fine u. om. A*  istud $MAP^3$ *edd.* tunc $PP^1$ (*m. ut uid. 2* istud) $SP^2$  erit *ex corr. m. 1; fuit* eris *A*  locus *F*  12 scit *A*  enim *om.* $P^3$  quo, *m. 2* qui $P^3$  uel qui teneat *P*  13 quid *om.* $PP^1$ (*m. 2 add.*) *S* (*m. 1 ? add.*) $P^2$  14 ut *om., m. ut uid. 1 add.* $P^1$  suscipietur *F*  quoniam *om.* $P^3$  15 quo *codd.* (*in S m. 2* quidem) quoquo *edd.*  16 omnino tacetur *edd.*  tacitur, *m. ut uid. 1 corr.* tacetur $P^1$  18 inquis, *m. 1 corr.* inquit *A*  20 abscondita $PP^1P^2$ *edd. sec. Vulg.*  ab] de *m*  23 suo dixit (o *et* t *in ras. m. 2*) *P*

pora, non de primo; de illo enim ab eo quaesierunt discipuli, quem sperabant, non de isto, quem iam uidebant. si enim primum eius aduentum Iudaei cognouissent, numquam dominum gloriae crucifixissent et ideo non euerti sed permanere potuissent. iam uero quod ait ad eos: Paenitentiam agite, completa sunt tempora, credite in euangelio, etiam ipse firmasti de his temporibus dictum esse Iudaeorum, quae continuo post paucos annos fuerant transitura et nunc nouimus iam esse transacta euersa scilicet ciuitate, in qua regnum eorum fuerat constitutum.

13 Proinde, quod ex Danihelo de interfecta bestia posuit uenerabilitas tua et de reliquarum bestiarum regno et inter haec de filio hominis ueniente cum nubibus caeli, manifestum esse dixisti intellegentibus scripturam. sed si fueris dignatus exponere, quo modo ista pertineant ad cognoscendum temporum spatium, post quod erit saluatoris aduentus, ita ut inueniantur sine ulla ambiguitate manifesta, fatebor etiam ipse cum magna actione gratiarum illud, quod ait dominus: Non est uestrum scire tempora, tantum modo apostolis esse dictum, non posteris eorum, qui ea fuerant cognituri.

V 14 Diligendus ergo est et expectandus domini, sicut sancte

2 I Cor. 2, 8 5—9 p. 237, 24—238, 2 11—14 p. 238, 2—9 18 Act. 1, 7 21—255, 14 p. 238, 10—239, 4

4 crucifixerunt *A* 6 in *eras.* $P^2$ *om.* *PM* *edd. sec. Vulg.* (*Gr.* ἐν τῷ εὐαγγελίῳ 7 his *om. f l r* iis *m* 8 ē *F* fuerunt $PP^1SP^2$ 9 noui $P^1S$ (*m. 2* nouimus) iam *om.* $PP^2$ trans acta uersa *M* transacte uersa *F* transacta et uersa (*m. 2* transacta euersa) $P^3$ transactos euersa *A* 11 ex] in *M* danielo *cum ras. super* o $P^1$ danihelo, *super* o *m. 2* ł e $P^3$ nihilo *FA* danihele *P* daniele *M* *edd.* 13 uenientem $PP^1$ (m *eras.*) *F* 14 dixisse, *m. 1 corr.* dixisti *S* scripturā* (∼ *m. 2*) *P* dignatus fueris *edd.* 15 pertineat, *m. 1 corr.* pertineant $P^3$ temporum *om.*, *m. ut uid. 1 add.* tēpor̃ *F* temporis $PSP^2m$ spatia, *m. 1 corr.* spatium *M* 16 inueniatur, *m. 2* inueniantur $P^3$ 17 nisi, *m. 2* sine *S* 18 agnitione *A* 20 poteris $P^1$ (*m. 1 corr.* posteris) *S* (*m. 2* posteris) qui ea] qui (*om.* ea) $P^1$ qua *P* (*m. 2* qui) *S* (*m. 2* qui ea) $P^2$ 21 diligendos, *m. 1 (?) corr.* diligendus *F* expectandus *cum ras. supra* u *A* expandus, *m. 4* expauescendus *F* sc̃*e *P* sanctę $AP^2$ sanctae *SMF* (*post.* a *exp.*)

hortaris, aduentus, magnam dicens esse beatitudinem diligentibus eius aduentum et adhibens apostoli testimonium, cuius uerba sic ponis: De cetero reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi dominus iustus iudex in illa die, non solum autem mihi sed et his, qui diligunt aduentum domini. tunc enim, sicut ex euangelio commemoras, iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui; et quod propheta dicit: Ecce enim caligo et tenebrae operient terram super gentes; in te uero apparebit dominus et maiestas eius in te uidebitur; item quod scriptum est: Qui uero expectant dominum, exultabunt cum uirtute, producent pennas sicut aquilae, current et non laborabunt, ambulabunt et non esurient.

Hoc plane piissime et uerissime dicis commendans eorum beatitudinem, qui diligunt aduentum domini. sed et illi, quibus dicebat apostolus: Non cito moueamini mente, quasi instet dies domini, diligebant utique aduentum domini nec eos hoc dicens doctor gentium ab illa dilectione frangebat, qua ut inflammarentur, uolebat; et ideo nolebat, ut crederent eis, a quibus audiebant instare diem domini, ne forte, cum transisset tempus, quo eum crediderant esse uenturum, et uenisse non cernerent, etiam cetera fallaciter sibi promitti arbitrantes et de ipsa mercede fidei desperarent. non ergo ille

15—16 p. 239, 4—6 17 II Thess. 2, 2 19 I Tim. 2, 7

1 exhortaris $PP^1SAP^2$ aduentum, *m. 1 corr.* aduentus *S* magnamque *edd.* dices *F* dicis $PMAP^2P^3$ *edd.* 2 adhibes *codd. edd.* (adhibens *Eug.*) 4 dominus iudex | in illa die iustus $P^3$ 5 non est solum (est *m. 1 exp.*) $P^1$ 6 domini] eius *M* sicut *om.* $MFAP^3$ 7 commemorans $PP^3$ (n *m. 2 exp.*) 8 caligo et tenebrae] *p. 238, 18* tenebrae et caligo *sicut in Vulg.* 9 opperiant *M* 11 dominum *in fine u. om. A* 12 producent *ex corr. m. 1, fuit* producant *A* 13 currunt *MA* 16 sed illi* (et *om.*) *P* sed illis $P^1P^2$ 19 hoc *om. Eugippi cod. Vat.* haec *ceteri Eugippi codd.* 20 quia $AP^3$ 21 audiebat $P^1$ (*m. 1 ? corr.* audiebant) *M* 22 transiret $PP^1SP^2$ quod $P^1$ (d *exp.*) *S* (d *m. 1 del.*) crederant, *m. 1 corr.* crederent *A* 24 ergo *om. A*

diligit aduentum domini, qui eum adserit propinquare, nec ille, qui eum adserit non propinquare, sed ille potius, qui eum, siue prope siue longe sit, sinceritate fidei, firmitate spei, ardore caritatis expectat. nam si tanto magis diligitur dominus, quanto magis creditur et praedicatur citius esse uenturus, magis eum diligebant, qui eius aduentum iam instare dicebant, quam hi, quos apostolus eis credere prohibebat, uel ipse apostolus, qui hoc utique non credebat.

VI 16 Si autem onerosa non est infirmitas mea sanctitati tuae, peto apertius non graueris exponere, quo modo dixeris neminem posse 'temporum mensuras colligere', ne forte hoc et mihi uideatur, quod etiam caritati tuae, et frustra quilibet nostrum instrui expectet ab altero. cum hoc enim dixisses. deinde subdidisti et aisti: 'Euangelium quidem dicit: De die et hora nemo scit, ego autem', inquis, 'pro inpossibilitate intellectus mei dico neque mensem neque annum aduentus ipsius sciri posse'. ita enim hoc uidetur sonare, tamquam non possit sciri, quo anno uenturus sit, sed possit sciri, qua hebdomade annorum uel qua decade, tamquam dici possit atque definiri intra illos uel illos septem annos aut intra illos uel illos decem annos. quod si ne hoc quidem comprehendi potest,

11; 14—17 p. 239, 7—11

1 appropinquare | (ap *exp.*) *M* nec—propinquare *om. M* nec] aut $PP^2$ *m* 2 eum *om.* $PP^1SP^2$ *r m* potius *om.* $PP^1$ (*m. 1 ? add.*) $SP^2$ potiuss (*sic!*) *M* eum] cum *P* 3 sinceriter et fidei $PP^1S$ (*m. 2 ?* sinceritate fidei) $P^2$ 4 expectet *P* dš *M* 5 uenturū $P^3$ 7 hii $P^1S$ cre, *m. 2* credere *S* 9 autem] enim *P* 10 grauaris, *m. 1 (?) corr.* graueris *S* 11 collegere *F* et hoc *edd.* 12 uidetur *A* etiam] etiam et | *M* quilibet, *m. 2 supra* uterque *S* 13 nostram $P^2$ instrui *om.* $PP^1SP^2$ hoc enim, *m. 2* enim hoc $P^3$ 14 aisti] ea quod $P^3$ quidem *om.* $P^3$ 15 sit, *m. 2* scit $P^1$ p* (o *eras.*) *A* possibilitate *m* 16 intellectus] sensus $PP^1SP^2$ mense *M* . 17 ita] id $PP^1SP^2$ sonare uidetur *M* 18 sciri *om.* $PP^1SP^2$ qua* $P^1$ qua (a *corr. m. 2*) $P^2$ quae, *m. 2* qua *S* ebdomad*e $P^2$ ebdomada *F* (*postr. l. ex corr. m. fortasse 3*) $P^3$ 19 posset $PP^1S$ (*m. 2 ?* possit) $P^2$ 20 difiniri $FP^3$ (*m. 2* definiri) diffiniri *A* ·VII· $FAP^3$ int̃ *M* 21 ·X· $FAP^3$ sine (ne *m. 2 del.*) $P^3$ si ne, *m. 1 corr.* si nec *M* si nec $PP^1SP^2$

quaero, utrum sic saltem possit definiri tempus aduentus eius, ut eum uenturum esse dicamus intra istos uerbi gratia quinquaginta uel centum annos uel quotlibet seu maioris numeri seu minoris annorum, sed, in quo eorum, nos ignorare. hoc si iam comprehendisti, multum est, quod comprehendere potuisti. id ipsum est autem, quod rogo ut nobis benignus impertias adhibens idonea documenta, quibus id potueris indagare: si autem neque hoc te comprehendisse praesumis, hoc sentis, quod ego.

17 Nouissima enim esse ista tempora multis rerum signis apparentibus, quae dominum praedixisse legimus, omnes, qui ea credimus, cernimus. sed et mille annorum tempus, si eorum finis esset saeculi finis, posset uniuersum dici nouissimum tempus uel etiam nouissimus dies, quia scriptum est: Mille anni ante oculos tuos tamquam dies unus, ut, quicquid per eosdem mille annos gereretur, nouissimo tempore uel nouissimo die diceretur geri. iterum enim dico, quod in hac causa saepe dicendum est: consideremus, ante quam multos annos dixerit beatus Iohannes euangelista: Nouissima hora est. nam si tunc essemus, hoc audito quando crederemus tot annos postea transituros ac non potius ipso adhuc Iohanne in corpore constituto dominum speraremus esse uenturum? ne-

12 Apoc. 20, 4—7 14 Ps. 89, 4; II Petr. 3, 8 19 I Ioh. 2, 18

1 quaero] quae u (o over u) (= uero), *m. 2* quaero $P^3$ sic *ras. et corr. ex* sit *A* difinire *F* diffinire *A* tempus] et tempus *M* eius aduentus $MFAP^3$ 2 eum] cum *P* aduenturum $P^3$ istos (o *ex corr. m. 3*) *F* quinquaginta *om.* $P^3$ 3 quodlibet *S* (*m. 1 corr.* quotlibet) $MFAP^3$ (*m. 2* quotlibet) quolibet, *m. 1 corr.* quodlibet $P^1$ 4 sed in quo eorum nos ignorare] hoc omnino ignorantes sum' $P^3$ in *om.* $PP^2$ uos *M* hoc] qđ $P^3$ 7 indagari *A* 10 ista esse $PP^1SP^2$ multis, *m. 2* in multis *S* rebus $PP^1$ (*m. 2* rerum) $SP^2$ 11 dño $MFAP^3$ qui, *super* i *m. 1 add.* a *M* quia *F* 12 cernimus *om.* *M* *pro* sed *ras. 2 l., quarum prior* s *fuit, post.* c *aut* t *M* 15 die, *m. 1 (?) corr.* dies *F* 16 mille *om.* $PP^2$ 17 di////retur (d *ex* u; *fuisse uid.* uideretur) *M* urgeri (ur *m. 1 del.*) *S* 18 est sed consideremus $P^3$ ante quam] quod ante $PP^1$ (*m. 2 ?* ante quam) $SP^2$ 21 ac] an $PP^2$ ad hoc *FA* 22 sperare eis esse, *m. 2* speraremus esse $P^3$

que enim dixit ‘nouissimum tempus est’ aut ‘nouissimus annus’ aut ‘mensis’ aut ‘dies’, sed: Nouissima hora est. et ecce ista hora quam longa est! nec tamen est ille mentitus, sed utique intellegendus est horam pro tempore posuisse. quod nonnulli sic accipiunt, ut sex annorum milia constituant uelut unum diem eumque in partes uelut horas duodecim partiantur, ut sic quingentos annos postremos hora uideatur habere postrema; in quibus annis iam Iohannes, inquiunt, loquebatur, quando nouissimam horam esse dicebat.

18 Sed aliud est nosse aliquid aliud suspicari. cur enim non potius, si sex annorum milia deputandus est unus dies, non duodecima sed uicesima quarta pars eius una hora est, id est non quingenti sed ducenti quinquaginta anni? totus enim dies, totus circuitus solis uerius nuncupatur non ab oriente usque in occidentem sed ab oriente usque in orientem, unde toto die peracto, id est uiginti et quattuor horis rursus exoritur. ac per hoc hora ista nouissima, ex quo tempore id locutus est Iohannes, ante ferme septuaginta annos ut minimum iam reperitur esse transacta et nondum uenit terminus saeculi. huc accedit, quia inspecta diligenter ecclesiastica historia reperitur apostolus Iohannes longe ante fuisse defunctus, quam quinque milia quingenti anni a generis humani exordio complerentur. nondum erat itaque hora nouissima, si sex milium

2; 8 I Ioh. 2, 18

1 annus aut menses (*m. 1 ? corr.* mensis) *P* annos aut menses, *m. 2* annus aut mensis *S* 4 intellegendum *S* 5 si, *m. 1 corr.* sic *F* 7 si *PP¹S* (*m. 2* sic) *P²* 9 decebat, *m. 1 corr.* dicebat *P¹* 11 sis ex, *corr.* si sex *P¹* sis sex, *m. 2* si sex *S* unum, *m. 1 corr.* unus *S* non XII sed XXma IIII *V* 13 non · d · sed CCL anni *V* ducenti (i *ex ras.*) *A* 14 non *m. 2 del. S* non—exoritur *om. V* 15 occidentem—usque in *om. PP¹* (*m. 1 ? add.*) *SP²* oriente *PP²* toto, *post.* o *in ras. 2 l. m. 1 P¹* tota *M* 16 XX et IIII *FP³* 18 LXX *P³* dcc *V* septingentos *PP¹SP²* ut] quę *P³* minimū, *m. 2* ni mirū *P³* 19 repperiuntur *VPP¹* (un *exp.*) *S* (un *m. 2 del.*) *P²* 21 repperitur qđ apłs *P³* Iohannes apostolus *edd.* fuisset *P³* defunctos, *m. 3* defunctus *F* quam ·V· milia ·d· anni *V* 22 compleretur, *m. 1 corr.* complerentur *M* 23 milia *M*

annorum pars duodecima, id est quingenti anni uel unius horae spatium deputatur. porro si secundum scripturas unum diem mille annos esse ponamus, multo magis olim transiit tam longae diei hora nouissima; non dico, si uicesima quarta pars eius, qui sunt anni paulo amplius quadraginta, sed si duodecima deputetur, quae illos annos duplos habet. unde conuenientius ille apostolus creditur horam posuisse pro tempore, quae hora quam longa sit, ignoramus, quia non est nostrum scire tempora, quae pater posuit in sua potestate, quamuis eam nouissimam nouerimus multo magis utique nos, quam qui fuerunt ante nos, ex quo esse uel diei coepit hora nouissima.

VII 19 Quod autem ideo uidetur uenerationi tuae comprehendi non posse temporum mensuras, ut definiatur, quo anno futurus est finis, quia secundum promissionem domini breuiabuntur dies illi, prorsus non intellego. si enim sic breuiabuntur, ut fiant ex pluribus pauciores, quaero, secundum quam ueritatem futuri erant plures, nisi breuiarentur? hebdomades enim sancti Danihelis non ad primum domini aduentum, sicut pluribus uisum est, sed ad secundum potius existimas pertinere. itane ergo breuiabuntur, ut uel una in eis hebdomada minus futura sit, et falsa erit prophetia, quae tanta diligentia numerum hebdomadarum definire curauit, ut quiddam diceret etiam dimidio

2 Ps. 89, 4; II Petr. 3, 8 8 Act. 1, 7 13—16 p. 239, 16—22 18—260, 1 p. 241, 23—242, 17

1 pars XII id est ·d· anni *V* . uel, *m. 2* uelut $P^1S$ uelut *edd.* unus, *m. 1 corr.* unius *P* 2 porro *om., m. 2 (?) add.* $P^1$ 3 transit $P^1$ (*m. 1 corr.* transiit) $SP^2$ 4 longi $VPSP^2P^3$ longo, *m. 2* longi $P^1$ si *om. MFA* XXIIII *V* 5 sunt *om. V* anni *om.* $P^3$ XL $VP^3$ 6 XII *V* 9 uestrum *FA sec. sacr. litt.* 10 nouerimus] esse nouerimus *edd.* 11 nos quam, *m. 1 (?) corr.* nusquam *F* qui *om. FA* esse *om. A* 16 ut—secun *om.* $P^1$ (*m. 2 ? add.*) *S* 17 quaero] quae et $PP^2$ quam *om., m. 1 add. M* quam, *m. 2* in quam *S* ueritatem (m *m. 2 del.*) *S* 18 breuiabuntur *MFA* enim *m. 2 del. S* 20 existimares $PP^1$ (*m. 1 ? corr.* existimas) $SP^2$ 21 ebdomada. (*fuit* s) $FP^2$ hebdomadas *S* ebdomadas $P^1$ (s *exp.*) *A* ebdomas $P^3$ 22 fulsa, *m. 2* falsa $P^2$ 23 ebdomarum *S* definiri *S* quidam $PP^1$ (*m. 2* quiddam) *S* (*m. 2* quidem) $FP^2$

hebdomadis implendum? miror, si per prophetiam Christi destruitur prophetia Danihelis. deinde quale est, ut putemus ignorasse Danihelem uel potius angelum, a quo ista discebat, breuiaturum dominum dies illos et errasse, ut hoc diceret, uel scisse quidem, sed ei, quem docebat, fuisse mentitum? quod si absurdum est, cur non potius credimus secundum id, quod breuiaturus est dominus dies illos, tot hebdomadas prophetasse Danihelem, si tamen ad secundum domini aduentum, quod nescio quem ad modum possit ostendi, ille numerus refertur annorum?

20 Postremo multo certius securiusque dicitur domini aduentum intra septuaginta aut ut plurimum intra centum annos futurum, si hebdomades istae ipsum praenuntiant. anni enim quadringenti nonaginta sunt in hebdomadibus septuaginta; a natiuitate autem domini hodie computantur anni ferme quadringenti uiginti, a resurrectione autem uel ascensione eius anni plus minus trecenti nonaginta. ac per hoc, si, ex quo natus est, computetur, septuaginta sunt reliqui, si, ex quo passus est, circiter centum remanent, intra quos Danihelis omnes hebdomades, si de nouissimo eius aduentu prophetatae sunt, implebuntur. qui ergo dicit: 'Intra tot annos erit', tunc falsum dicit, si ultra erit; sed quia breuiabuntur, pauciores poterunt esse, non plures. recte itaque dicitur: 'Intra hos erit', quoniam, quantum libet breuientur, uerum erit; ipsa namque breuiatio si eo

1 si *om., m. 2 add.* $P^{2}$ 2 prophetiam *A* 3 dicebat $P^{3}$ (*m 2* discebat) *m* 9 positos tendi, *m. 3* possit ostendi *F* numerus qui refertur (qui *m. 2 del.*) $P^{3}$ 11 securiusq; (; *in ras. 2 fere l. m. 2*) $P^{3}$ securius quē *F* aduentus, *corr.* aduentū *V* 12 LXX *VFA*$P^{3}$ ut *om. VP*$P^{1}$*S*$P^{2}$ C *VF* 13 pronuntiant *VP*$P^{1}$ (*corr.* praenuntiant) *S*$P^{2}$ quadringenti—ferme *om. A* quadringenti XC *M* CCCCXC *VF*$P^{3}$ 14 LXX *VF*$P^{3}$ 15 fere *V* quadraginti, *m. 2* quadringenti *S* CCCCXX *VFA*$P^{3}$ a resurrectio *F* a resurrectionē (*sic!*) *A* 16 minusue *M* CCC XC *VFA*$P^{3}$ 17 quo] quo||quo (*bis, alterum exp.*) $P^{1}$ computentur *V* 18 LXX *VFA*$P^{3}$ * reliqui/// (*parua ras.*) $P^{2}$ C *VF* 19 quod *F* omnes danihelis *V* ebdomadas, *m. 1 corr.* ebdomades *A* 20 aduentum (m *exp.*) *F* 22 potuerunt $P^{3}$ 23 hoc *P* erat, *m. 1 corr.* erit *F*

modo intellegenda est, ut pauciores fiant, ultra eos diem domini uenire non patitur sed magis magisque intra eos, quanto fuerint pauciores. non igitur ista breuiatio turbat computatorem, qui eo modo definierit, ut dicat intra tot annos diem .domini esse uenturum, sed adiuuat potius, quoniam, quanto magis ad paucitatem redigentur dies, tanto magis intra erit et ultra esse non poterit. atque ideo uerum erit, quod ita definitur, ut dicatur: 'Intra tot annos erit', quamuis nesciatur, quo anno futurum sit.

21 Proinde tota quaestio est, utrum Danihelis hebdomades primo aduentu domini impletae sint, an finem saeculi prophetauerint, an ad utrumque pertineant; neque enim, qui etiam hoc saperent, defuerunt dicentes tempore primi aduentus Christi esse completas et inde usque ad finem saeculi totidem rursus esse complendas. equidem uideo, quia, si primus eas non compleuit aduentus, necesse est, ut secundus eas compleat, quoniam prophetia illa esse non potest falsa. quae si tempore primi aduentus impleta est, non cogit intellegi, quod etiam de fine saeculi implebitur. ac per hoc incertum est, etiam si uerum est, neque negandum quidem sed neque praesumendum est id futurum. relinquitur itaque, ut, qui uult cogere istam prophetiam credi saeculi fine complendam, contendat, quantum potest, et ostendat, si potest, primo aduentu domini non fuisse completam contra tot expositores diuinorum eloquiorum, qui

2 eos intra *MFAP*$^3$ (*signis corr.*) 3 quantum *P*$^3$ ista *om.*, *m. 1 add. M* 7 erit intra *edd.* 9 futurus *PP*$^1$*SP*$^2$ 11 aduentu* (*fuisse uid.* m) *P*$^1$ aduentū (~ *eras.*) *P*$^3$ 12 ad *om.*, *m. 2 add. P*$^1$*SP*$^2$ etiam *om. PP*$^1$*SP*$^2$ 13 tempore] et tempore *P*$^1$*S* (*m. 2* ducentas a tempore) *P*$^2$ ex tempore *P* 14 compleas *A* 15 conplendas equidem, *m. 2* conplendas nec quidem *S* conplenda siquidem *FA* qua *P*$^1$ (*m. 1 corr.* quid) *S* (*m. 2* qua re) *P*$^2$ (*m. 2* quia) non *om. PP*$^1$ (*m. 2 add.*) *SP*$^2$ 16 est *om. A* 17 non potest esse *edd.* 19 de, *m. 2* in *S* 20 quidem, *m. 2* quidem ē *P*$^2$ quidem est *P* 21 id] in *P* istam (i *in ras. 2 l. m. 1*) *P*$^1$ 22 saeculum, *corr.* saeculi *P*$^1$ fine* (m *eras. ?*) *P*$^3$ finem, *corr.* fine *P*$^1$*SP*$^2$ finem *MA* qua tum, *m. 1* (?) *corr.* quantum *F* 23 primo aduentū (*sic!*) *M* 24 completa *MFAP*$^3$

hanc non solum computatione temporum uerum etiam rebus ipsis completam fuisse demonstrant, maxime quod ibi scriptum est: Et unguetur sanctus sanctorum uel propter quod in eadem prophetia Hebraei codices expressius habent: Occidetur Christus et non erit eius, id est non erit eius ciuitatis, quoniam sic alienatus est a Iudaeis, qui eum propterea saluatorem redemptoremque suum non esse crediderunt, quia occidere potuerunt. neque enim in fine saeculi ungendus aut occidendus est Christus, ut ista prophetia Danihelis tunc expectetur implenda, nondum credatur impleta.

VIII 22 Quod autem de signis euangelicis et propheticis, quae fieri cernimus, propinquum domini aduentum sperare debeamus, quis negat? cotidie quippe magis magisque fit proximus. sed quanto interuallo propinquet, hoc, dictum est, non est uestrum scire. uide, quando dixit apostolus: Nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus; nox praecessit, dies autem adpropinquauit. et ecce quot anni transierunt! nec tamen, quod dixit, falsum est. quanto magis nunc dicendum est propinquare domini aduentum, quando tantus est ad finem factus accessus! apostolus certe: Spiritus, inquit, manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus recedent quidam a fide. nondum

3; 4 Dan. 9, 24; 26  11—13 cf. p. 239, 11—16; 240, 1—19  14 Act. 1, 7  15 Rom. 13, 11—12  21 I Tim. 4, 1

1 hoc *codd.* (*in S m. 2* hanc) et *a e* computationes (s *m. 1 del.*) *S* computatione* (*fuit* s) $P^1$ temporis *A* 2 ipsius *P* quod] propter quod $P^1S$ ibi *om.* $PP^1SP^2$ 3 ungetur (e *in ras. 2 l. m. 2*) $P^2$ propter *om.* $PP^1SP^2$ 4 in *om. F* habent expressius *M* 5 eius *ante* ciuitatis *in fine u. om. A* 6 ciuitas, *m. 1 corr.* ciuitatis *M* 7 redemptorem q̃ *F* 8 ungendos, *m. 1 (?) corr.* ungendus *F* 9 aut occidendus *om. A* aut] uł *M* *ut $P^2$ 10 nondum, *m. 2* si nondum *S* nondum, *m. 2* quae nondum $P^2$ quae nondum $PP^3$ *edd.* credebatur $PP^1$ (eb *exp.*) $SP^2$ creditur $P^3$ *edd. praeter m* 12 parare *MFA* 13 fix *A* 14 est *post* non *om. A* 15 uide, *m. 2* unde *S* 16 prop*ior *P* proprior *S* (*m. 2* propior) *F* credimus $P^2$ 17 adpropinquabit *PSM* et *om.* $PP^1SP^2$ 18 quod anni *MF* 20 accensus *FA* ascensus *M* 21 spiritus inquit *m. 2 del. S om.* $P^3$ 22 quidem, *m. 2* quidam $P^1P^3$

utique erant eadem tempora haereticorum scilicet et talium, quales eodem sermone describit, sed iam uenerunt. ac per hoc in nouissimis temporibus uidemur etiam per ipsos de fine saeculi commoneri. itemque alibi dicens: Hoc autem scitote, quoniam in nouissimis diebus instabunt tempora saeua uel, sicut alii codices habent, periculosa, deinde, qualia futura sint, exprimens: Erunt enim homines, inquit, se ipsos amantes, amatores pecuniae, elati, superbi, blasphemi, parentibus non oboedientes, ingrati, scelesti, inreligiosi, sine affectione, detractores, incontinentes, inmites, sine benignitate, proditores, procaces, caecati, uoluptatium amatores magis quam dei, habentes speciem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes. mirum, si tales homines aliquando defuerunt. denique, quia et tunc erant, adiungit ac dicit: Et hos deuita; ex his enim sunt, qui penetrant domos. non ait 'penetrabunt' tamquam et hic futurum praenuntians, sicut supra dixerat: Instabunt tempora periculosa, sed ait: Penetrant domos et captiuas ducunt mulierculas; non ait 'ducent' uel 'ducturi sunt' sed 'iam ducunt.'

23 Nec putandus est hoc loco pro temporis futuri uerbis praesentis temporis uerba posuisse, quando quidem illos ab eo, cui scribit, euitari admonebat. nec tamen frustra dixit: In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa

4; 16; 19; 24 II Tim. 3, 1—6

1 et *om.* $PP^1SP^2$ 2 descripsit $PP^1SP^2$ 4 dicens, *m. 2* dicit $P^3$ 5 in *om.* *M* 7 inquit homines $PP^1SP^2$ 9 non obaudientes $P^1$ (au *in ras. m. 1; m. 2* oe) *S* inobedientis, *corr.* inobedientes *M* 11 inconuenientes *A* inmites *in ras.* (*m. 1 ?*) *F* erunt enim $P^3$ 12 uolupta-t*um (*fuit* i) *F* uoluptatum $MAP^3$ *edd.* 14 uirtutum, *m. 2* uirtutem *S* autem *om.* $PP^1$ (*m. ut uid. 2 add.*) *S* (*m. 2 add.*) $P^2$ eius *om.* *M* 15 qua, *m. 1 corr.* quia $P^1$ erant (ra *ex corr.*) *F* 16 ac] et *MA* euita $PP^1SP^2$ 17 penetrabunt] penetrabant *F* hic, *m. 2* hoc $P^3$ 22 uerbis *om.* $P^3$ uerbi *M* 23 temporibus, *m. 2* temporis *S* 24 ammonebat* *A* 25 diebus *om.*, *m. 1 add.* *M*

et hinc ea periculosa futura demonstrans tales homines futuros esse praedixit, nisi quia tanto plures erunt magisque abundabunt, quanto magis propinquatur ad finem. uidemus ergo tales nunc abundare. sed quid, si abundantiores erunt post nos et omnino abundantissimi, quando iam iamque ipse finis instabit, qui quam diu aberit, ignoratur? nouissimi quippe dies dicti sunt et in ipsis primis apostolorum diebus, cum domini in caelum recens esset ascensus, quando die pentecostes misit promissum spiritum sanctum et quidam stupebant admirantes eos, qui linguis, quas non didicerant, loquebantur, quidam uero inridentes musto plenos esse dicebant. quo die Petrus loquens ad illos, qui de hac re uarie mouebantur: Non enim, sicut, inquit, suspicamini, ebrii sunt isti, cum sit hora diei tertia. sed adtendite, quoniam hoc est, quod dictum est per prophetam: 'Erit in nouissimis diebus, dicit dominus, effundam de spiritu meo super omnem carnem' et cetera.

24 Iam tunc ergo erant dies nouissimi; quanto magis nunc, etiamsi tantum dierum remansit usque in finem, quantum ad hunc diem a domini ascensione transactum est, uel aliquid siue minus restet siue amplius! quod profecto nescimus, quia non est nostrum scire tempora, quae pater posuit in sua potestate, cum tamen sciamus in

7 Act. 2, 1—14 12 Act. 2, 15—17; Ioel 2, 28 22 Act. 1, 7

1 et, *m. 2* ex *S* periculosa ea *M* 2 erant, *m. 1 corr.* erunt $P^1$ 3 tales *om. P* 4 **habundare (ta *eras.*) *M* quid (d *ex corr. m. 2*) *P* 5 habundantissimi (*postr. l. ex ras.; fuit* e) *A* iam *om. P* iamquae (*post.* a *exp.*) *F* ipsi *MF* intrabit *S* 6 qui* (a *eras.*) *A* aberiet, *m. 2* aberit *S* 10 quia $PP^1SP^2$ linguas *M* didicebant *A* 12 deacre, *m. 2* de hac re $P^3$ mouebant *A* 13 sicut] sicut uos $PP^1SP^2$ *sec. sacr. litt.* hebrii $P^1$ hi ebrii $PP^3$ *sec. sacr. litt.* ebrii, *m. 2* hi ebrii $P^2$ isti, *om.* $PP^2P^3$ 14 die *A* 15 prophetam] prophetam iohel $P^1S$ *sec. sacr. litt.* erit] et erit $P^3$ *sec. sacr. litt.* 18 iam] Si iam $P^3$ dies *om. A* 19 quantum (antum *in ras. m. 2*) $P^2$ 20 ascensionē *M* passione *A* 22 tempora] tempora uel momenta $PP^1SP^2m$ *sec. Vulg.* 23 posuit (it *ex ras. et corr. m. ut uid. 1*) *M*

nouissimis temporibus, in nouissimis diebus, in nouissima hora nos agere sicut apostoli sed multo magis, qui fuerunt post illos ante nos, et multo magis nos et magis quam nos, qui erunt post nos, donec ad illos ueniatur, qui erunt, si dici potest, nouissimorum nouissimi, atque ad ipsum omnino nouissimum, quem uult intellegi dominus, ubi dicit: Et resuscitabo eum in nouissimo die. qui quam longe absit, comprehendi non potest.

IX 25 Signa, quae in euangelio futura praedicta sunt, sicut commemorat sanctitas tua, secundum Lucam, eadem sunt secundum Matthaeum et secundum Marcum. hi enim tres narrant, quae dixerit dominus, cum interrogatus esset a discipulis suis, quando futura essent, quae de templi euersione praedixerat, et quod signum esset aduentus eius et consummationis saeculi. non enim discrepant rebus, si alius aliquid dicit, quod alius tacet aut alio modo dicit; magis autem conlata inuicem iuuant, ut legentis intellectus regatur. sed de omnibus disputare nunc longum est. interrogantibus enim dominus ea respondit, quae iam ex illo tempore fuerant secutura, siue de excidio Hierusalem, unde orta est ipsius interrogationis occasio, siue de aduentu suo per ecclesiam, in qua usque ad finem uenire non

6 Ioh. 6, 40 9 p. 240, 4—19 11 Matth. 24, 4—33 Marc. 13, 5—29 12 Matth. 24, 1—3; Marc. 13, 1—4; Luc. 21, 5—7

2 sicut *om.*, *m. 1 add.* $P^3$ 4 illos (o *ex* u) *M* 5 atque] uel adque, *m. 2* uel usque *S* id ipsum $PP^1S$ (*m. 2* ad ipsum) $P^2P^3$ ab ipsum *F* ab ipso *M* nouissimum, *m. 2* diem nouissimum *S* nouissimo *M* 7 quamuis $PP^1$ (uis *eras.*) *S* (*m. 2* quam) $P^2$ absit] sit, *m. 1 corr.* absit $P^1$ 8 poterit $PP^2$ 9 sunt praedicta $PP^2$ sunt praedicti $P^1$ (*m. 2* praedicta sunt) *S* (*m. 2* sunt praedicta) 11 hi* $PP^1$ (*fuit* i) $P^2$ hii *S* enim *om.* $PP^2$ 12 a/// (*parua ras.*) *F* 13 uersione *A* 14 et *ante* quod *om.*, *m. 1 add.* *M* 15 quod tacet, *m. 1 corr.* quod alius tacet *F* quod alius aliquid tacet *M* 16 taceat $P^1$ (a *exp.*) *S* alius, *m. 2* alio $P^3$ iubant, *m. 1 corr.* iuuant *S* iubant, *m. 2* iuuant $P^1P^2$ 17 rogatur, *m. 1 corr.* regatur $P^1$ de *om.*, *m. 2 add.* $P^1S$ non, *m. 2* nunc $P^1S$ 20 horta (h *m. 2 del.*) $P^3$ de *om.*, *m. 2 add.* $P^3$ 21 in *om.* *M* quam $P^1$ (m *exp.*) *S*

cessat — in suis enim ueniens agnoscitur, dum eius cotidie membra nascuntur, de quo aduentu ait: Amodo uidebitis filium hominis uenientem in nubibus, de quibus nubibus dictum est per prophetam: Mandabo nubibus meis, ne pluant super eam — siue de ipso fine, in quo apparebit uiuos iudicaturus et mortuos.

26 Cum itaque signa dicat, quae ad ista tria pertinent, id est ad excidium illius ciuitatis, ad aduentum eius in corpore suo, quod est ecclesia, ad aduentum eius in capite ecclesiae, quod est ipse, quid eorum signorum ad quid horum trium referendum sit, diligenti consideratione cernendum est, ne forte, quod pertinet ad euersionem Hierusalem, ad finem saeculi referendum putemus aut e contrario, quod ad finem saeculi pertinet, adfirmemus ad ciuitatis illius excidium pertinere aut, quod pertinet ad eius aduentum in corpore suo, quod est ecclesia, dicamus pertinere ad eius aduentum nouissimum in corpore suo, quod est caput ecclesiae, aut rursus, quod pertinet ad aduentum eius nouissimum per se ipsum, ad eum pertinere adseueremus aduentum, qui est per ecclesiam. in quibus omnibus sunt quaedam manifesta, quaedam uero sic obscura, ut uel laboriosum sit ea diiudicare uel temerarium, quam diu non intelleguntur, de his aliquid definire.

2 Matth. 26, 64 4 Es. 5, 6 6 II Tim. 4, 1 8; 15 Eph. 1, 22—23; Col. 1, 24; 18

2 quo *om.* *A* modo $PP^1$ (*m. ut uid. 1 corr.* amodo) $SP^2$ 7 ita (*om.* que) *A* ista *om.* $PP^1SP^2$ 8 |*cidium (s *eras.?*) *in u. initio, m. ut uid. 2* excidium $P^2$ discidium $P^1$ (*m. 2* ł excidium) *S* alius, *m. 2* illius *S* ad, *m. 2* et *S* 9 quod *om., m. 1 add.* *F* ad, *m. 2* et *S* 10 quid] quid, *m. 1 corr.* quod *S* quod *edd. praeter a* ad quid horum *om.* *A* ad quid] aliquid, *m. 2* ad aliquid $P^1$ et aliquid, *m. 2* ad aliquid $P^3$ ad quod *edd.* 11 referendi *P* diligendi *FA* 12 euesionē (*sic!*) *A* uersionem *F* 13 referendum—saeculi *om., in marg. m. ut uid. 1 add.* $P^1$ e *om., m. 1 add.* *A* contraria, *m. 1 corr.* contrario $P^1$ 14 pertinent *A* excidium ciuitatis illius *M* ciuitates *P* 16 aduentum nouissimum in (nouissimum *m. 2 del.*) *A* in *om.* $P^1$ (*m. ut uid. 1 add.*) *S* (*m. 2 add*) 17 rursum $PP^1SP^2$ 19 quod $PP^1$ (*m. 1? corr.* qui) *S* (*m. 2* qui) $P^2$ 20 sic] si, *m. 2* sic $P^1P^3$ 21 sit (si *ex* u *m. 1*) *M*

27 Quis enim non uideat ad illam ciuitatem pertinere, quod dictum est: Cum autem uideritis circumdari ab exercitu Hierusalem, tunc scitote, quia adpropinquauit desolatio eius? item quis non uideat ad aduentum domini nouissimum pertinere, quod dictum est: Cum uideritis haec fieri, scitote, quoniam prope est regnum dei? illud autem, quod dictum est: Vae praegnantibus et nutrientibus in illis diebus. orate autem, ut non fiat fuga uestra hieme uel sabbato; erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi neque fiet, sic est positum secundum Matthaeum et secundum Marcum, ut incertum sit, utrum de excidio illius ciuitatis an de saeculi fine intellegi debeat. sic enim hoc ipsum legitur apud Marcum: Vae autem praegnantibus et nutrientibus in illis diebus. orate, ut hieme non fiant; erunt enim dies illi tribulationis tales, quales non fuerunt ab initio creaturae, quam condidit deus, usque nunc neque fient. et nisi breuiasset dominus dies illos, non fuisset salua omnis caro; sed propter electos, quos elegit, breuiauit dies. non dissimiliter et Matthaeus. hoc autem Lucas ita posuit, ut appareat ad illius ciuitatis excidium pertinere; nam sic apud eum legitur: Vae autem praegnantibus et nutrientibus in illis diebus; erit enim pressura magna super terram et ira populo huic et cadent in ore gladii et captiui ducentur in omnes gentes

2 Luc. 21, 20  5 Luc. 21, 31  7 Matth. 24, 19—21  14 Marc. 13, 17—20  23 Luc. 21, 23—24

3 adpropinquauit, *m. 1 corr.* adpropinquabit *S* adpropinquabit *PP¹MAP²* 5 audieritis *P*  6 quia *M*  7 quod *om., m. 1 add. P¹ om., m. 2 add. SP²*  uue, *m. 1 corr.* uae *M*  8 ut *om. F* (*m. 1 add.*) *A* 9 non] ne *A*  12 dexcidio *S* de exdio, *m. 2* de excidio *P²*  16 ille, *m. 1 corr.* illi *P³*  tribulationis, *m. 2* tribulationes *P¹* tribulationes *M* 20 electus, *m. 1* (?) *corr.* electos *F*  breuiauit (uit *ras. ex* bit) *S* 21 autem, *m. 2* enim *S*  22 ut pare|at *M*  23 sic ut apud (ut *exp.*) *P¹* 24 enim] autem *PP³*

et Hierusalem calcabitur a gentibus, donec impleantur tempora nationum.

28 Unde autem ad hoc uentum est, Matthaeus ita scribit: Cum ergo uideritis abominationem desolationis, quae dicta est a Danihele propheta, stantem in loco sancto, qui legit, intellegat. tunc, qui in Iudaea sunt, fugiant in montes et, qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua et, qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam. uae autem praegnantibus et nutrientibus in illis diebus et cetera; Marcus uero ita: Cum autem uideritis abominationem desolationis stantem, ubi non debet, qui legit, intellegat. tunc, qui in Iudaea sunt, fugiant in montes et, qui super tectum, ne descendat in domum nec introeat, ut tollat quid de domo sua, et, qui in agro erit, non reuertatur retro tollere uestimentum suum. uae autem praegnantibus et nutrientibus in illis diebus et reliqua. Lucas uero, ut ostenderetur tunc factam fuisse abominationem desolationis, quae a Danihele praedicta est, quando expugnata est Hierusalem, haec eodem loco domini uerba commemorat: Cum autem uideritis circumdari ab exercitu Hierusalem, tunc scitote, quia adpropinquauit desolatio eius.

4 Matth. 24, 15—19; Dan. 9, 27 11 Marc. 13, 14—17 21 Luc. 21, 20

1 et//// (*ras. 1—2 l.*) *P* impleatur, *m. 2* impleantur *P* 2 tempore, *m. 2* tempora $P^1SP^2$ 3 scripsit *P* (ps *in ras. 2 l. m. 2*) $P^1SP^2$ 5 danihelo $P^1$ (*infra* o *punctum et supra rasura*) $SP^2$ *sec. Vulg.* 6 qui in *ex corr. m. ut uid. 1 F* 7 fugient $P^3$ descendent $P^3$ 9 reuertetur $P^3$ 11 ita cum] cum ita *F* cum (*om.* ita) *A* 12 **stantem *P* instantem $P^1S$ (in *m. 2 del.*) $P^2$ 13 legat, *m. 1 corr.* legit *M* 14 ne] non *M* ñ $P^3$ 15 aliquid $PP^1SP^2$ 16 est $PP^1SP^2$ 19 ostenderet $P^3m$ factum *PS* (*m. 1 corr.* factam) $AP^2$ (*m. 2* factam) desolatione, *m. 1 corr.* desolationis $P^1$ 20 danihelo $PP^1$ (*m. 2* daniele) $SP^2$ 21 commorat *F* 23 tunc *om.* $PP^1$ (*m. 1 ? add.*) $SP^2$ adpropinquabit $PP^1MAP^2$

apparet itaque tunc ibi positam desolationis abominationem, de qua duo illi euangelistae locuti sunt. denique etiam iste similiter sequitur: Tunc, qui in Iudaea sunt, fugiant in montes. et pro eo, quod dixerunt illi: Et qui super tectum, ne descendat in domum nec introeat, ut tollat quid de domo, iste dixit: Et qui in medio eius, discedant, ut ostenderetur illis uerbis apud alios euangelistas positis festinationem fugae fuisse praeceptam. et pro eo, quod illi posuerunt: Et qui in agro erit, non reuertatur retro tollere uestimentum suum, apertius iste ait: Et qui in regionibus, non intrent in eam, quia dies ultionis hi sunt, ut impleantur omnia, quae scripta sunt. deinde similiter etiam iste sequitur, ut prorsus manifestum sit de hac ipsa re omnium trium esse hunc euangelii locum: Vae autem praegnantibus et nutrientibus in illis diebus et cetera ad hoc pertinentia, quae iam commemoraui superius.

29 Lucas ergo patefecit, quod esse posset incertum, non ad saeculi finem sed ad expugnationem Hierusalem pertinere id, quod dictum est de abominatione desolationis et quod dictum est de dierum breuiatione propter electos, quia, etsi ea ipse non dixit, dixit tamen apertius cetera de hoc ipso, quo et ista pertinere monstrauit. non enim debemus ambigere, quando euersa est Hierusalem, fuisse in illo populo electos dei, qui ex circumcisione crediderant siue fuerant credituri, electi ante

3; 6; 11; 15 Luc. 21, 21—23

1 appare, *m. 3* (?) apparet *F* appareat *M* 4 dixer̄////// (*ras. 2—3 l.*) *F* 5 ne] nec $P^3$ non *P* descendant (*post.* n *exp.*) *F* 7 eius] eius sunt $P^3$ *edd.* discedat $PP^1$ (*m. 1 ? corr.* discedant) $SP^2$ descendant *M* 8 praeceptum, *corr.* praeceptam $P^1A$ praeceptum, *m. 2* praeceptam $SP^2$ praeceptum *MF* 10 reuertetur $PP^3$ 12 eam] eadem $PP^1$ (*corr.* eam) *S* (a *m. 1 del.*) $P^2$ sunt ultionis hii $PP^1SP^2$; *in P et* $P^1$ *alterum* i *eras.* 13 omnia *in fine u. om.* $P^3$ 14 psus *M* re ipsa *edd. praeter a e* 18 patefacit $PP^1SP^2$ non $P^2$ 19 ad *om. F* expurgationem, *m. 2* expugnationem *S* id *om.* $PP^1SP^2$ 20 de abominationē *M* 21 breuiationē *M* 25 ex circumcisionē *M* crediderunt $PP^1SP^2$

constitutionem mundi, propter quos breuiarentur dies illi, ut tolerabilia mala fierent. nam quidam conuenientius intellexisse mihi uidentur mala ipsa significata nomine dierum, sicut dicti sunt dies mali in aliis diuinae scripturae locis; neque enim dies ipsi mali sunt sed ea, quae fiunt in eis. ipsa ergo dicta sunt breuiari, ut deo donante tolerantiam minus sentirentur ac sic, quae magna essent, breuia fierent.

30 Sed siue isto modo intellegenda sit dierum illa breuiatio siue quod ad paucitatem redigerentur siue quod cursu solis celeriore breuiarentur — non enim desunt, qui et hoc existiment, ita scilicet dictos breuiores dies futuros, sicut fuit longior dies orante Iesu Naue —, tamen Lucas euangelista et hanc dierum breuiationem et abominationem desolationis, quae duo ipse non dixit, sed Matthaeus Marcusque dixerunt, ad euersionem Hierusalem docuit pertinere alia cum eis dicens apertius de hac eadem re, quae illi posuerunt obscurius. nam Iosephus, qui Iudaicam scripsit historiam, talia mala dicit illi populo tunc accidisse, ut uix credibilia uideantur. unde non inmerito dictum est talem tribulationem nec fuisse a creaturae initio nec futuram. sed etsi tempore Antichristi talis aut maior forsitan erit, intellegendum est de illo populo dictum, quod ei talis amplius futura non erit; si enim Antichristum illi primitus et praecipue recepturi sunt, facturus est tunc idem populus tribulationem potius quam passurus.

4 Ps. 40, 2; 48, 6 al. 12 Ios. 10, 12—14 17 Flau. Ios. περὶ τοῦ Ἰουδ. πολ. VI 3, 3 s. fin.

2 conuenientib:, *m. 2* conuenientius $P^3$ 3 mihi *om.* $P^1$ sicut— mali sunt *om.* $PP^2$ dicte, *m. 1 corr.* dicti $P^3$ 6 tolerantia $MFAP^3$ (*m. 2* tolerantiā) 7 sicq: uae, *m. 2* sic quae $P^1$ 8 illa] ista $PP^1SP^2$ 9 a, *m. 2* ad $P$ 10 celeriore, *m. 2* celeriori $P$ breuiarentur non uideo non enim $P^3$ 11 itaq; (q; *m. 2 del.*) $A$ 13 et *ante* hanc *om.* $PP^1SP^2$ 15 uersionem $A$ talia $PP^1$ (t *eras.*) $S$ (*m. 2* alia) $P^2$ 16 hoc $P$ (*m. 2* hac) $P^2$ eadem *om.*, *m. 1 add.* $M$ obscurus, *m. 2* obscurius $P^3$ 17 ioseppus $P^1$ (*m. 2* iosephus) $SP^2$ (*m. 2* iosepphus) iose-phus $P$ iosippus $F$ iosophus $A$ 18 tunc *om.* $M$ uix (x *ex ras. et corr. m. 2*) $P^2$ 19 a *om.* $F$ 20 futurum, *m. 2* futuram $P^2$ antichristini (ni *m. 1 et 2 del.*) $S$ 24 tribulationem *om.* $A$

31 Non est ergo, cur putemus hebdomadas prophetae Danihelis uel propter dierum breuiationem fuisse turbatas uel illo iam tempore non fuisse completas, sed in fine saeculi esse complendas; non enim ante passionem domini impletae sunt. quod qui putant, rectissime tua sententia refelluntur, quia dixisti: 'Haec ergo abominatio si iam completa fuerat, quo modo dominus monet et dicit: Cum uideritis abominationem desolationis, quod dictum est per Danihelem prophetam, stantem in loco sancto, qui legit, intellegat?' his uerbis beatitudinis tuae illi merito corrigendi sunt, qui dicunt eam, cum haec dominus loqueretur, uel ante passionem resurrectionemque eius fuisse completam. qui autem dicunt, sicut apertissime etiam Lucas euangelista testatur, tunc fuisse factam, quando euersa est Hierusalem, quid eis respondeatur, uidere debent, qui in fine saeculi uel circa finem existimant haec futura; quamquam ipsa desolationis abominatio propter obscuritatem dicti non uno modo ab hominibus potuerit intellegi.

32 Et quod dictum est: Qui est in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua et, qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam, potest congruentius intellegi spiritaliter, quod in tribulationibus omnibus est cauendum, ne quisque deuictus ad carnalem uitam de spiritali sublimitate descendat aut, qui profecerat in anteriora se extendens,

6—10 p. 242, 13—17 19 Matth. 24, 17—18; Marc. 13, 15—16

2 turbatus, *corr.* turbatas $P^1$ 3 completas—esse *om.* $PP^1SP^2$ esse *om.* *A* complendas, *m. 1* (?) *corr.* completas $P^1$ 4 non—sunt *post* dixisti *habet* $P^3$ domini] christi $P^1$ 5 refellentur *P* quia, *m. 2* qua *S* quia (i *exp.*) $P^1$ qu*a (*fuit* i) $P^2$ qua $PP^3$ *l r m* 6 fuerant *F* (n *exp.*) *A* 8 desolationis (is *in ras. m. ut uid. 1; fuit* em) $P^1$ quod, *m. 2* quae $P^1$ quid *A* dictum, *m. 2* dicta $P^1$ prophetam *om.* *M* 16 estimant $PP^2$ aestimant *S* aestiment, *m. 1 corr.* aestimant $P^1$ 17 prop , *m. 2* propter *S* dicti et non $P^3$ ab hominibus *expuncto* h *et pr.* i (*m. 2* ł ab omnibus) $P^1$ ab omnibus *m* 19 descendat, *pr.* e *ex corr.* (*m. 1 ?*) *F* 24 profecerat *ex corr. m. 1, fuisse uid.* profecerant *A* proficerat, *m. 2* profecerat $P^1S$ proficerat *M* proficerant (n *exp.*) *F*

deficiendo in posteriora respiciat. quod si in omni tribulatione, quanto magis in illa cauendum praecipi debuit, quae talis futura praedicta est illi ciuitati, qualis non fuit ab initio neque fiet, et si in ista, quanto magis in illa, quae nouissima futura est orbi terrae, id est ecclesiae toto orbe diffusae! nam et ipse Lucas non quidem, quando a discipulis suis de aduentu suo dominus interrogatus est, ubi hoc Matthaeus commemorauit et Marcus, sed alio loco, ubi Pharisaei quaesierunt ab illo, quando ueniet regnum dei, tale aliquid eum dixisse narrauit: In illa, inquit, hora, qui fuerit in tecto et uasa eius in domo, ne descendat tollere illa et, qui in agro, similiter non redeat retro.

33 Sed nunc propter computationem temporum de Danihelis hebdomadibus agitur, quae si circa tempora primi aduentus domini completae non sunt atque in fine complendae sunt, hoc apostolos ignorasse uel scisse quidem sed docere prohibitos fuisse quis credat? quamquam si hoc ita est, utiliter nesciunt gentes, quod dominus docere prohibuit eos, quos gentium uoluit esse doctores. si autem iam completae sunt, quia iam est unctus sanctus sanctorum, iam occisus est Christus, ut non esset ciuitatis eius, iam de templo illo sub-

3 Matth. 24, 21; Marc. 13, 19  7 Matth. 24, 3; Marc. 13, 3  8 Luc. 17, 20  10 Luc. 17, 31  20 Dan. 9, 24; 26; 27 (ἀποσταθήσεται χρῖσμα καὶ οὐκ ἔσται Septuag.)

3 praedicata $PP^1$ (*med.* a *expuncto m. 2 supra* ł predicta) *S* (*m. 2* praedicta) $P^2$  illi *ex ras.*, *fuit* illa *MA* illa *F*  5 fura, *m. 3* futura *F*  6 et *om.* $P^1SP^2$ si *P*  7 dominus *om. M*  8 commemorat, *m. 1 corr.* commemorauit *M*  11 ne descendat tollere illa *om. codd. et a e*  13 de *om.*, *m. 2 add.* $P^1SP^3$ de *om.* $PMP^2$  14 qua si $P^1$ (*m. 2* quae si) $SP^2$ quasi *P*  prima $PP^1$ (*m. 1 ?* primi) *S* (*m. 2* primi) $P^2$  15 non *om. A*  sint *P*  atque] tc̄ (= tunc) $P^3$  in finē $P^1$  complenda *M*  sint $PP^1$ (*m. 1 corr.* sunt) $SP^2$  16 apostolos hoc *edd.*  apostolus, *m. 2* apostolos $P^1SP^2$ apostolis *P* apostolus *FA*  prohibitus, *m. 1 corr.* prohibitos $P^1$ prohibitus, *m. 2* prohibitos $SP^2$  18 nesciunt, *m. 2* nesciant $P^2$ nesciant *P* ut nesciant $P^3$  19 completae (a *exp.*) *M*  21 ciuitatem, *m. 2 (?)* ciuitatis $P^1$

latum est sacrificium, sublata unctio, merito apostolis de fine quaerentibus responsum est: Non est uestrum scire tempora, quae pater posuit in sua potestate, quoniam tempora, quae per Danihelis prophetiam scire poterant, non ad finem saeculi, de quo quaesierant, pertinebant.

X 34 Signa uero de caelo et terra numquid maiora nos uidimus, quam qui fuerunt ante nos? nonne, si gentium legatur historia, tanta mira reperiuntur extitisse de caelo terraque, ut aliqua etiam non credantur? sed, ut multa omittam, quae persequi longum est, duos soles quando nos uidimus, quos uisos litteris mandauerunt, qui tunc fuerunt, antequam dominus uenisset in carne? quando nos uidimus solem sic obscuratum, quem ad modum obscuratus est, cum mundi lumen penderet in ligno? nisi forte defectus solis et lunae, quos consuerunt computatores siderum adnotare atque praedicere, inter caelestia prodigia numerabimus, quia lunam saepius in sua plenitudine, solem uero rarius sed tamen uidimus in fine lunae secundum eorum computum defecisse. non erat talis solis ille defectus, quando crucifixus est Christus, et ideo uere mirabilis erat et prodigiosus. pascha quippe fuerat Iudaeorum, quod nonnisi in lunae plenitudine celebratur; secundum astrologorum autem numeros certum est solem, quando luna plena est, non posse

1 Act. 1, 6—7 12; 18 Luc. 23, 44—45; Matth. 27, 45; Marc. 15, 33

1 sublato, *m. 3 (?)* sublata *F* sublata est *edd.* de finē *M* 2 tempora] tempora uel momenta $PP^1SAP^2$ *sec. Vulg.* 3 in sua potestate posuit *edd.* 6 et de terra *A* 8 aliaqua *M* 10 duo, *m. 2* duos $P^1SP^2$ uisus, *m. 2* uisos *S* 11 manducauerunt, *sed* uc *m. 1 (?) del. A* fuerant *FA* 12 carnem $P^1A$ sic *om. M* 13 lumen mundi *edd.* 14 defectus il solis *(sic!) M* lunā *M* lumen *F* consueuerunt *f l r m* 15 desiderum *(sic!) P* praedicare $PP^1SMP^2$ 16 numerauimus, *m. 2* numerabimus $P^1S$ numerauimus $PP^2$ qua lunę *A* in suam plenitudinem (m . . . . . m *m. 2 del.*) $P^1S$ in suam plenitudinem $PP^2$ 17 uero *om. A* lunā *M* 18 computum, *m. 2* compotum $SP^2$ conputum, *m. 3* conpotum *F* compotum $PMP^3$ computatum *A* 20 in *om.* $P^3$ 22 numerus *F* (*m. 3* numeros) *A* numerū *M* solem *om.* $PP^1$ (*m. 1 ? add.*) $SP^2$

deficere, sed quando finis est lunae non quidem semper sed aliter numquam, cum secundum illos numeros deficit. quid ergo tale umquam quisquam meminit apparuisse de caelo, ex quo dominus illa praedixit, quale apparuit, quando passus est? quare si apparebunt etiam talia, si non spiritaliter potius intellegenda sunt, tunc apparebunt, quando finis sic adpropinquabit, ut debeant apparere.

35 Bellis autem per diuersa interualla temporum et locorum quando non terra contrita est? nam, ut nimis antiqua praeteream, sub imperatore Gallieno, cum Romanas prouincias barbaries usque quaque peruaderet, quam multos fratres nostros, qui tunc erant in carne, putamus propinquum finem credere potuisse, quoniam longe post ascensionem domini factum est! ac per hoc etiam ista qualia futura sint, cum fuerit omnino finis proximus, ignoramus, si tamen haec non ita praedicta sunt, ut in ecclesia potius intellegi debeant. duae quippe gentes sunt et duo regna, unum scilicet Christi alterum diaboli, de quibus dici potuit: Exsurget gens super gentem et regnum super regnum, quod non desinit fieri, ex quo dictum est: Agite paenitentiam; adpropinquauit enim regnum caelorum. quod uide quando dictum est et ex illo quot anni transierunt et tamen uerissime dictum est. nouissimis enim diebus dominus per uirginem uenit nec diceretur ista hora nouissima nisi regno propinquante caelo-

18 Marc. 13, 8; Matth. 24, 7; Luc. 21, 10 20 Matth. 3, 2; 4, 17 24 I Ioh. 2, 18

1 difficere *F* 2 illos *ex* illum *m. ut uid. 1* $P^1$ numeros, *m. 2* numerus *P* numero $P^1$ (*m. ut uid. 1 corr.* numeros) *S* defici *A* defecit $FP^3$ 3 talem *F* 4 ille *F* 5 si apparebunt] sic apparebunt $MFAP^3$ (c *m. 2 exp.*) 6 appropinquauit, *m. 2* appropinquabit $P^1S$ apparebit *M* 8 autem, *m. 2* enim *S* 14 etiam] iam $PP^1SP^2$ 17 regia *A* 18 exsurgat, *m. 1 corr.* exsurget *P* 19 desinit, *m. 2* desiuit *S* 20 appropinquabit $PP^1SMP^2$ 22 et *om.* $PP^1$ (*m. 1 ? add.*) quot] quod *MF* 23 dominus uirginem dominus uenit (*om.* per) *A* nec] uel $PP^1$ (*m. 1 ? corr.* nec) *S* (*m. 2* uel unde) $P^2$ 24 regna *F* appropinquante *edd.*

rum, per quam totam horam fiunt, quae dominus propinquante suo regno futura praedixit; sed haec hora quanto spatio protendatur, si apostolis dictum est: Non est uestrum scire, quanto magis quilibet homo, qualis ego sum, modum suum debet agnoscere, ne plus sapiat, quam oportet sapere!

XI 36 Sed confiteri nos, inquis, poena nostra compellit adesse iam finem, dum impletur, quod praenuntiatum est: Arescentibus hominibus prae timore et expectatione, quae superueniunt uniuerso orbi. 'nullam', inquis, 'patriam, nullum locum nostris temporibus non affligi aut tribulari certum est, sicut dictum est: Prae timore et expectatione, quae superueniunt uniuerso orbi'. si ergo ista mala, quae nunc patitur genus humanum, certa sunt indicia iam dominum esse uenturum, quid est, quod ait apostolus: Cum dixerint: 'Pax et securitas'? cum enim dixisset euangelium: Arescentibus hominibus prae timore et expectatione, continuo subiunxit: Nam uirtutes caelorum mouebuntur. et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cum potestate magna et maiestate.

37 Videamus itaque, ne forte melius intellegatur non ea modo impleri, quae praedicta sunt illis uerbis, sed tunc potius esse uentura, quando sic erit tribulatio uniuerso orbi, ut ad ecclesiam pertineat, quae uniuerso orbe tribulabitur, non ad eos,

3 Act. 1, 7   5 Rom. 12, 3   6—12 p. 240, 10; 13—17   14 I Thess. 5, 3   17 Luc. 21, 26—27

1 sanctimonie, *m. 1 (?) corr.* sanctimonii $P^4$ hanc] ac *P* definitionem sibi *m* sibi *om.* $P^1$ definitione *L* ꝑscriptam *UP* ꝑscribtam $VV^1$ (*m. 2* p̄scriptam) perscriptam *FR* (*in marg. m. 2* praescriptam) perscripta' *B* proscribtam *NE* 2 cuicumque *F* damnationis *UB* dampnationē *FR* (*in marg. m. 2* damnationi) damnatio $P^3$ supra *om. Nm* quod *FR* (*in marg. m. 2* quo) 3 suscriuere impii ab ostinatione *U* neliglexerint (li *eras.*) *V* neglexerit *UPBL* ēpictus *L* episcopatum, *m. 1 corr.* episcopatus $V^1$ 4 ammissione *E* admissione *UBL* expulsis *UBFRL* 5 ipsi iuxta (si *in ras. 2 l. m. 2; super* iux *m. 2* non) *V* ipsi nos iuxta *UBFRL* synodo *L* 6 confessionem $V^1$ (m *eras.*) *L* conditore *L* 7 uenemur, *m. 2* ueneremur *P* auctore, *m. 2* auctorem *V* non *m. 2 corr. aut inductum* $V^1$ patiatur $P^1$ tua sanctitas $P^1P^3m$ tuas *B* 8 recte *F* hominis $UPVV^1$ (*m. 2* homines) $BLP^4$ in *om., m. 1 add.* $VV^1$ in *om.* $P^1FR$ (*in marg. m. 2 add.*) $P^3P^4$ inusitatam ẹditantes *U* 9 meditante *B* secretis *om. F* secretes, *m. 1 corr.* secretis *U* tractibus *Fm* occultari *NE* ocultari $PVV^1$ (*post s. u. m. 1 add.* &) $P^4$ 10 publica asemel *F* semel publica *m* sel̃ *U* simul *B* auctoritatem *UB* unam *B* eadem (que *om.*) *F* 11 quia aut *F* dissimuando *U* dissimulandū *L* conibentiam $NPEVV^1P^4$ conhibentiam $P^1P^3$ conuenentiam *UBL* conuenientiam *FR* (*in marg. m. 2* conniuentiam) 12 pauorem *L* praestiterint *NEm* 13 manum *U* seruent *U* 14 pater—amantissime *post* praestiterint *habet m* adque *UPB*

Data V Idus Iunias Rauennae. eodem tenore etiam ad sanctum Augustinum episcopum data.

## CCII.

DOMINIS VERE SANCTIS ATQUE OMNI AFFECTIONE AC IURE VENERANDIS ALYPIO ET AUGUSTINO EPISCOPIS HIERONYMUS IN CHRISTO SALUTEM.

1 Sanctus Innocentius presbyter, qui huius sermonis est portitor, anno praeterito quasi nequaquam Africam reuersurus mea ad dignationem uestram scripta non sumpsit. tamen deo gratias agimus, quod ita euenit, ut nostrum silentium uestris epistulis uinceretis. mihi enim omnis occasio gratissima est, per quam scribo uestrae reuerentiae testem inuocans deum, quod, si possit fieri, adsumptis alis columbae uestris amplexibus implicarer semper quidem pro merito uirtutum uestra-

1 dat̄ $UVP^1RP^4$ dat' $V^1$ datum $PP^3$ idı̄. unias, *corr.* id̄ iunias *U* id iun̄ *F* idus ianuarias *L* idus iuniarum *N* iduum iuniarum $PEVV^1P^1P^3P^4m$ Rabenne *UBL* (*super* b *add.* u) Rauennae, Monaxio et Plinta consulibus *m* eo *FR* (*in marg. m. 2* eodem) tenore (∼ *super postr. l. eras. uid.*) *V* tenere, *corr.* tenore $V^1$ tinore *B* 2 augusti *UB* epı̄ *U* eṗs $V^1$ dat̄ *UVB* dat' $V^1$ datur $P^1P^3P^4$ datum *P*

*P* = *cod. Parisinus 12163 s. IX.*
*K* = *cod. Coloniensis 60 s. IX.*
*V* = *cod. Vaticanus 355 s. IX—X.*
*U* = *cod. Vaticanus 5762 s. X.*
*Q* = *cod. Augiensis LII s. X.*
*R* = *cod. Vaticanus 341 s. X—XI.*
*T* = *cod. Reginensis 286 s. X—XI; deest pars postrema a p. 301, 3* non ut—*13.*
*C* = *cod. Casinensis* $16^{19}$ *s. XI.*
*E* = *cod. Einsidelensis 130 s. XI.*

4 domini///s (*parua ras.*) *V* dn̄o *U* uere, *corr.* iure (*sed* i *eras.*) *T* ac] ad *P* 8 Africam] in Africam *edd.* 9 mea] me *U* ad indignationem (in *exp.*) *V* 10 uestrum, *m. 2* nostrum *R* 11 uinceret *R* 13 si] si non *QE* (non *eras.*) possit, *corr.* posset *K* posset *R edd.* fieri (*postr. l. ex ras.*) *R* aliis (i *eras.*) *T*

rum sed nunc maxime, quia cooperatoribus et auctoribus uobis haeresis Caelestina iugulata est. quae ita infecit corda multorum, ut, cum superatos damnatosque esse se sentiant, tamen uenena mentium non omittant et, quod solum possunt, nos oderint, per quos putant se libertatem docendi haereseos perdidisse.

2 Quod autem quaeritis, utrum rescripserim contra libros Anniani, pseudodiaconi Celedensis, qui copiosissime pascitur, ut alienae blasphemiae uerba friuola subministret, sciatis me ipsos libros in schedulis missos a sancto fratre nostro Eusebio presbytero suscepisse non ante multum temporis et exinde uel ingruentibus morbis uel dormitione sanctae et uenerabilis filiae uestrae Eustochiae ita doluisse, ut propemodum contemnendos putarem; in eodem enim luto haesitat et exceptis uerbis tinnulis atque emendicatis nihil aliud loquitur. tamen multum egimus, ut, dum epistulae meae respondere conatur, apertius se proderet et blasphemias omnibus patefaceret. quicquid enim in miserabili illa synodo Diospolitana dixisse se denegat, in

14 Ter. Phorm. 780

1 qui *T* actoribus *U* 2 haerens, *m. 2* haeresis *V* hereses heres (heres *eras.*) *et in marg. quoque m. 1* heres *Q* hereses *C* scelestina *K* (*m. 2* scelestissima) *U* celesti an *V* scelestissima *C* celestiana *P m* tam *C* 3 damnatos///q; (*parua ras.* et ';' *in ras. 2 fere l. m. 2*) *K* damnatos quae *PQ* sentiat, *m. 1 corr.* sentiant *K* 4 omittunt *K* (*corr.* omittant) *VUQTCE* (*m. 2* omittant) emittunt *P* mittunt, *m. 2* omittunt *R* omittant *edd.* 5 oderint, *m. 2* oderunt *E* docendi, *m. 2* docendae *R* docendae *edd.; cf. Cic. Tusc. disp. V 25, 70* hereos, *m. 2* hereseos *V* 7 quaeratis, *m. 2* quaeritis *R* rescripserimus *P* scripserim *T* liberos *U* 8 aniani *PKR* animi *U* celendensis *R* parcitur *R* 9 aline, *m. 1 corr.* aliene *P* sumministeret (*pr.* e *exp.*) *Q* 10 nostro *om. edd.* 11 autem *codd.* (*m. 1? corr.* ante *K*) ante *edd.* tem||poteris *P* et *om. C* 12 morb *P* dormitionem *QE* (m *eras.*) uerabilis, *m. 2* uenerabilis *K* 13 eustachiae, *m. 2* eustochiae *K* eusthocie *V* eusthohie *Q* eus thochi *P* eustochii *E edd.; cf. ep. CLXXII p. 638, 7* docuisse**, *m. 1 corr.* doluisse** (nt *eras.*) *K* 14 enim *om. T* uerbi stimulis *P* 15 emendatis *C* 16 aegimus *an* agimus *incertum U* egemus *QE* (*corr.* egimus) epistula, *m. 1 (?) corr.* epistulae *K* 17 blapsemias *U* blasphemias suas *edd.* 18 in illa miserabili *edd.* mirabili, *m. 1 corr.* miserabili *P* sinido *Q* se *om. P* negat *R*

hoc opere profitetur. nec grande est ineptissimis naeniis respondere. si autem dominus uitam tribuerit et notariorum habuerimus copiam. paucis lucubratiunculis respondebimus, non ut conuincamus haeresim emortuam, sed ut inperitiam atque blasphemiam nostris sermonibus confutemus; meliusque hoc faceret sanctitas tua, ne compellamur contra haereticum nostra laudare. sancti filii communes, Albina, Pinianus et Melania, plurimum uos salutant. has litterulas de sancta Bethleem sancto presbytero Innocentio tradidi perferendas. neptis uestra Paula miserabiliter deprecatur, ut memores eius sitis, et multum uos salutat. incolumes uos et memores mei Christi domini nostri tueatur clementia, domini uere sancti atque omnium affectione uenerabiles patres.

1 nemis *U* 3 cupiam, *corr.* copiam *P* 5 blasphemiam eius nostris *edd.* ho *P* 6 tua] uestra *C edd.* hereticorum, *m. 1 corr.* hereticum *Q* 7 nostra *om. C* nr̄m *V* sancti filii, *m. 2* sanctę filię *K* albinus *C* pianus, *m. 1 corr.* pinianus *K* piniamus *Q* apinianus *P* appinianus *C* 9 be|telem *P* dedi *edd.* 10 nepotis *U* de'p̄cetur *P* precatur *edd.* eius—memores *om. V* 11 sitis et multum *om. C* uos *om. PKUQE* salutat—mei *om. C* 12 domini nostri iesu christi *edd.* 13 omni//// (*ras. 1—2 l.*) *K* omni *edd.*

## CCII A.

DOMINO BEATISSIMO SINCERITERQUE CARISSIMO ET DESIDERANTISSIMO FRATRI ET COEPISCOPO OPTATO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

I 1 Per religiosum presbyterum Saturninum tuae uenerationis litteras sumpsi hoc a me magno studio, quod nondum habeo, flagitantis. sed cur hoc feceris, causam mihi aperuisti, quod scilicet credas de hac re mihi consulenti iam fuisse responsum. utinam ita esset! absit, ut te, cuius expectationem auidissimam nouerim, huius muneris communicatione fraudarem. sed si quid credis, frater carissime, quinque ferme anni ecce euoluti sunt, ex quo in orientem misi librum non praesumptionis sed consultationis meae et adhuc rescripta non merui, quibus mihi enodaretur haec quaestio, in qua me cupis ad te certam ferre sententiam. utrumque ergo misissem, si utrumque haberem.

2 Hoc autem, quod habeo, sine altero, quod nondum habeo, cuiquam me iam debere mittere uel edere non uidetur, ne ille, qui mihi fortasse, ut desidero, responsurus est, interrogationem meam disputatione operosissima elaboratam sine sua responsione, quae adhuc desperanda non est, per manus hominum notitiamque diffundi iure suscenseat idque iactantius quam utilius fecisse me iudicet, quasi ego potuerim quaerere, quod

*G* = *cod. Gottuicensis 14 (33) s. XII in*

*Eugippi excerpta* (*ed. P. Knoell*):
*p. 1068, 25—28* = *p. 305, 28* (ego enim)—*31.*
*p. 1068, 30—1071, 25* = *p. 311, 15—314, 26.*

*Haec epistula ex codice Gottuicensi primum edita est a Godofrido Besselio abbate Viennae Austriae 1732 et 1733; typis repetita est a Iacobo Martino Parisiis 1734 et in bibliotheca Gallandi et in patrologia Migniana. cf. ep. CLXXXIV A.*

Incip̄ ei'dē alia ep̄la ad eundē scda de * eadem re *G* 9 uite *aut* inte, *corr.* ut te *G* 14 me *om.*, *m. 1 add. G* 18 me debere iam *signis corr. G* debere me iam *edd.* 20 disceptatione *edd.*

ille non potuerit enodare, cum forsitan possit idque, dum faciat, expectandus sit; magis enim scio, quod aliis occupatur, quae minime differenda sunt plurisque pendenda.

3 Quod ut tua quoque sanctitas nouerit, adtende paulisper, quid mihi alio anno per *per*latorem, per quem scripseram, remeantem scripserit; nam hoc ex eius epistula in istam transtuli: 'Incidit', inquit, 'tempus difficillimum, quando mihi tacere melius fuit quam loqui, ita ut nostra studia cessarent et iuxta Appium canina exerceretur facundia. itaque duobus libellis tuis, quos nomini meo dedicasti, eruditissimis et omni eloquentiae splendore fulgentibus ad tempus respondere non potui, non quod quicquam in illis reprehendendum putem, sed quia iuxta beatum apostolum u n u s q u i s q u e i n s u o s e n s u a b u n d e t a l i u s q u i d e m s i c a l i u s a u t e m s i c. certe quicquid dici potuit et sublimi ingenio de scripturarum sanctarum hauriri fontibus, a te positum atque dissertum est. sed quaeso reuerentiam tuam, parumper patiaris me tuum laudare ingenium. nos enim inter nos eruditionis causa disserimus. ceterum aemuli et maxime haeretici, si diuersas inter nos sententias uiderint, de animi calumniabuntur rancore descendere. mihi autem decretum est te amare, suscipere, colere, mirari tuaque dicta quasi mea defendere. certe et in dialogo, quem nuper edidi, beatitudinis tuae, ut dignum fuerat, recordatus sum magisque demus operam, ut perniciosissima hae-

7—304, 3 = ep. CLXXII p. 636, 8—638, 6 9 Sall. hist. fragm. II 37 (ed. Dietsch.) 13 Rom. 14, 5; I Cor. 7, 7 22 Hieron. dial. adu. Pelag. III 19 (Migne patrol. lat. XXIII p. 588—590)

2 exspectandum *edd.* 3 diffe*renda (*fuit* n) *G* 4 palisper, *m. 1 corr.* paulisper *G* 5 per latorem *G edd.; emendaui sicut in ep. XLV p. 122, 21* per perlatorem; *cf. p. 45, 6; 136, 25; 163, 2; 7; 167, 18; 168, 6; 177, 13 al.* 9 et *scripsi conl. ep. CLXXII p. 636, 9;* ne *G edd.* 10 meo nomini *ep. CLXXII p. 637, 1* dedi||, *m. 1 corr.* dedicasti *G* 12 quod] *cf. ep. CLXXII p. 637, 2* 14 abundat *edd.* 15 et tam sublimi *ep. CLXXII p. 637, 5* 21 suspicere *Bess. Gall.; cf. ep. CLXXII p. 637, 12* 23 ut indignum (in *m. ut uid. 1 exp. et del.*) *G* 24 hereris, *m. 1 corr.* heresis *G*

resis de ecclesiis auferatur, quae semper simulat paenitentiam. ut docendi in ecclesiis habeat facultatem, ne, si aperta se luce prodiderit, foras expulsa moriatur'.

II 4 Cernis nempe, uenerande frater, haec mei carissimi uerba inquisitioni meae reddita non eam negasse responsionem sed excusasse de tempore, quod in alia magis urgentia curam cogeretur inpendere. uides etiam, quam beniuolum animum erga me gerat quidue commoneat, ne scilicet, quod inter nos salua utique caritate ac sinceritate amicitiae eruditionis causa facimus, calumnientur aemuli et maxime haeretici de animi rancore descendere. proinde si utrumque opus nostrum, et ubi ego inquisiui et ubi ipse ad inquisita responderit, homines legerint, quia etiam oportet, ut, si eadem quaestio secundum eius sententiam sufficienter fuerit explicata, me instructum esse gratias agam, non paruus erit fructus, cum hoc exierit in notitiam plurimorum, ut minores nostri non solum sciant, quid de hac re sentire debeant, quae inter nos diligenti disceptatione discussa est, uerum etiam discant exemplo nostro deo miserante atque propitio, quem ad modum inter carissimos fratres ita non desit alterna inquisitionis gratia disputatio, ut tamen maneat inuiolata dilectio.

5 Si autem scriptum meum, ubi res obscurissima tantum modo legitur inquisita, sine illius rescripto, ubi forsitan apparebit inuentum, emanarit latiusque pergat, perueniat etiam ad illos, qui comparantes, ut ait apostolus, semet ipsos sibimet ipsis non intellegunt, quo animo a nobis fiat, quod ipsi eo animo facere nesciunt, et uoluntatem meam erga honorandum pro suis ingentibus meritis dilectissimum amicum non sicut eam uident, quando nec uident, sed sicut eis libitum est et sicut

25 II Cor. 10, 12

5 eum *G* responsiosem, *m. 1 corr.* responsionem *G* 6 temp̄ *G* 7 quam *om., m. 1 add. G* 20 altera, *m. 1 corr.* alterna *G* gratie, *m. 1 corr.* gratia *G* 24 emanaret, *m. ut uid. 1 corr.* emanarit *G* laci'*pgit, *m. 1 (?) corr.* laci'q;pgat *G* latius pergat *edd.* 28 dilectissimum* (*fuit* q;) *G*

odio suo dictante suspicantur, exponent. quod profecto, quantum in nobis est, cauere debemus.

6 At si forte, quod per nos innotescere nolumus, etiam inuitis nobis eis, quibus nolumus, innotuerit, quid restabit, nisi aequo animo habere domini uoluntatem? neque enim hoc scribere ad quemquam deberem, quod semper latere uoluissem. nam si, quod absit, aliquo uel casu uel necessitate numquam ille rescripserit, procul dubio nostra consultatio, quam ad eum misimus, quandoque manifestabitur nec inutilis legentibus erit, quia, etsi non illa inuenient, quae requirunt, inuenient certe, quem ad modum sint inquirenda nec temere adfirmanda, quae nesciunt, et secundum ea, quae ibi legerint, consulere etiam ipsi, quos potuerint, studiosa caritate, non discordiosa contentione curabunt, donec aut id, quod uolunt, reperiant aut ipsa inquisitione aciem mentis exerceant, ut ulterius inquirendum non esse cognoscant. nunc tamen, quam diu iam consulti amici nondum est desperanda responsio, edendam non esse consultationem nostram, quantum quidem in nobis est, puto, quod persuaserim dilectioni tuae, quamquam et ipse non eam solam poposceris, sed adiunctam etiam eius, quem consului, responsionem tibi desideraueris mitti, quod utique facerem, si haberem. si autem, ut uerbis tuae sanctitatis utar, quae in tua epistula posuisti, sapientiae meae lucidam demonstrationem, quam mihi pro merito, ut scribis, uitae meae auctor lucis adtribuit, non ipsam dicis consultationem et inquisitionem meam, sed mihi iam eius rei, quam quaesiui, prouenisse inuentionem putas et ipsam potius poscis ut mittam, facerem, si ita esset, ut putas. ego enim adhuc, fateor, non inueni, quem ad modum anima et peccatum ex Adam trahat, unde dubitare fas non est, et ipsa ex Adam non trahatur, quod mihi diligentius inquirendum quam inconsultius adserendum est.

5 hoc *om., m. 1 add.* G 9 ne, *m. ut uid. 1 corr.* nec G 13 poterint *edd.; cf. Roensch Itala und Vulg.*[2] *p. 294* 15 exercent G aut *cum parua ras. supra* t (a *exp.*) G 16 nu///nc (*perparua ras.*) G 20 quam, *m. 1 (??) corr.* quem G 21 desiderabaris, *m. 1 corr.* desideraueris G 24 scribis· G

III 7 Habent litterae tuae nescio quot senes et a doctis sacerdotibus institutos uiros, quos ad tuae modicitatis intellegentiam assertionemque ueritate plenissimam reuocare non poteras, nec tamen exprimis, quaenam sit assertio tua ueritate plenissima, ad quam senes et a doctis sacerdotibus institutos uiros reuocare non poteras. si enim hoc tenebant uel tenent hi senes, quod a doctis sacerdotibus acceperunt, quo modo tibi rustica et minus instructa clericorum turba molestias generauerat in his rebus, in quibus a doctis sacerdotibus fuerat instituta? si autem senes isti uel turba clericorum ab eo, quod a doctis sacerdotibus acceperat, sua prauitate deuiabat, illorum potius auctoritate fuerat corrigenda et a tumultu contentiosissimo comprimenda. sed rursus cum dicis te nouellum rudemque doctorem tantorum ac talium episcoporum traditiones timuisse corrumpere et conuertere homines in meliorem partem ob defunctorum iniuriam formidasse, quid das intellegi, nisi quod illi, quos corrigere cupiebas, doctorum atque magnorum iam defunctorum episcoporum traditiones nolendo deserere nouello rudique doctori adquiescere recusabant? qua in re de illis interim taceo, tuam uero assertionem, quam dicis esse ueritate plenissimam, uehementer scire desidero; non ipsam dico sententiam sed eius assertionem.

IV 8 Inprobari enim abs te eos, qui adfirmant omnes animas hominum ex illa una, quae protoplasto data est, per generationum successionem propagari atque traduci, sufficienter quidem in nostram notitiam pertulisti; sed qua ratione quibusue diuinarum scripturarum testimoniis id falsum esse monstraueris, quia tuae litterae non continent, ignoramus. deinde, quid ipse pro isto, quod inprobas, teneas, legenti mihi epistulam tuam, et quam fratribus antea Caesariensibus et quam mihi nuperrime direxisti, non euidenter apparet, nisi quod uideo te credere, sicut scribis, deum fecisse homines et facere et facturum esse neque aliquid esse in caelis aut in terra, quod non ipso con-

26 protulisti *edd.* 28 continent quid ignoramus *Mign.* 29 legenti* (*fuisse uid.* q;) *G* 30 Caesareensibus *edd.*

stiterit et constet auctore. hoc sane ita uerum est, ut dubitare hinc nullus debeat. sed adhuc te oportet exprimere, unde faciat animas deus, quas negas ex propagine fieri, utrum aliunde — et si ita est, quidnam illud sit — an omnino de nihilo. nam illud Origenis et Priscilliani uel si qui alii tale aliquid sentiunt, quod pro meritis uitae prioris terrena atque mortalia contra dantur in corpora, absit, ut sentias. huic quippe opinioni prorsus apostolica contradicit auctoritas dicens Esau et Iacob, antequam nati fuissent, nihil operatos boni seu mali. igitur non ex toto sed ex parte nobis est tua de hac re nota sententia; assertio uero eius, id est unde doceatur uerum esse, quod sentis, nos penitus latet.

9 Propterea petiueram prioribus litteris meis, ut libellum fidei, quem te scripsisse commemoras eique nescio quem presbyterum fallaciter subscripsisse conquereris, mihi mittere dignareris, quod etiam nunc peto, et quid testimoniorum diuinorum huic quaestioni reserandae adhibere potuisti. dicis enim in epistula ad Caesarienses placuisse uobis, ut omnem ueritatis adprobationem etiam iudices cognoscerent saeculares, quibus ex communi deprecatione residentibus et ad fidem uniuersa rimantibus id diuinitas, ut scribis, misericordiae suae infusione largita est, ut maiorem adfirmationem pro suis sensibus assertionemque proferrent, quam uestra circa eos mediocritas cum ingentium testimoniorum auctoritatibus retentabat. has ergo testimoniorum ingentium auctoritates ingenti studio scire desidero.

10 Solam quippe unam causam uideris secutus, qua contradictores tuos refelleres, quod scilicet negarent esse opus dei animas nostras. quod si sentiunt, merito eorum sententia iudicatur esse damnanda. nam hoc si de ipsis corporibus dice-

8 Rom. 9, 11

7 in] *membranae uitio inductus Bess. in G* an *scriptum esse male adfirmat* 9 seu] uel *edd.* 11 sen sententia *G* 15 conqueris, *m. 1 corr.* conquereris *G* 16 'Forte: quidquid' *Mart.* 17 potuisti* (*fuit* s) *G* 18 Caesareenses *edd.*

rent, procul dubio fuerant emendandi uel detestandi. quis enim Christianus neget opera dei esse corpora singulorum quorumque nascentium? nec tamen ea propterea negamus a parentibus gigni, quia fatemur diuinitus fingi. quando ergo dicitur sic etiam animarum nostrarum incorporea quaedam sui generis semina et a parentibus trahi et tamen ex eis animas dei opere fieri, ad hoc refutandum non humana coniectura sed diuina scriptura testis adhibenda est. nam de sanctis libris canonicae auctoritatis potuit uobis testimoniorum suppetere copia, qua probatur deus animas facere; sed testimoniis talibus hi redarguuntur, qui opera dei esse singulas quasque animas in hominibus nascentibus negant, non hi, qui hoc fatentur et tamen eas sicut corpora deo quidem operante formari sed ex parentum propagatione contendunt. ad hos refellendos tibi diuina testimonia certa quaerenda sunt aut, si iam inuenisti, nobis, qui nondum inuenimus, cum impensissime, quantum possumus, inquiramus, mutua dilectione mittenda.

V 11 Tua quippe consultatio breuis atque postrema in litteris, quas ad fratres Caesarienses misisti, ita se habet: 'Exoro', inquis, 'ut me filium uestrum atque discipulum et ad haec mysteria nuper proximeque deo iuuante uenientem, qua debetis et dignum est et qua prudentes respondere conuenit sacerdotes, informatione doceatis, utrum magis illa sit tenenda sententia, quae animam dicit esse de traduce et per occultam quandam originem ordinemque secretum in omne hominum genus ceteras animas ex Adae protoplasti transfusione defluere, an potius ea, quam omnes fratres uestri et sacerdotes hic positi retinent et adfirmant, eligenda definitio credulitasque retinenda, quae deum auctorem uniuersarum rerum hominumque cunctorum et fuisse et esse et futurum esse testatur et credit'. horum igitur duorum, quae consulens proposuisti, uis ut eli-

8 da, *m. 1 corr.* de *G* 9 nobis *edd.* 11 *et* 12 hii *G* ii *edd.* 19 caesariensenses (sen *exp.*) *G* Caesareenses *edd.* 20 inquit *edd. praeter Gall.* tuum, *quo deleto in marg. m. 1 add.* uestrum *G* 21 uenientem me qua (me *exp.*) *G*

gatur tibique respondeatur alterutrum, quod fieri deberet ab scientibus, si essent inter se duo ista contraria, ut altero electo consequenter esset alterum respuendum.

12 Nunc autem, si quispiam non alterum e duobus his eligat, sed utrumque uerum esse respondeat, id est et in omne hominum genus ceteras animas ex Adae protoplasti transfusione defluere et nihilo minus deum auctorem uniuersarum rerum hominumque cunctorum et fuisse et esse et futurum esse credat et dicat, quid huic contradicendum esse censes? numquidnam dicturi sumus: 'Si ex parentibus animae propagantur, non est deus auctor omnium rerum, quia non facit animas'? respondebitur enim, si hoc dixerimus: 'Ergo, quia corpora ex parentibus propagantur, non est deus auctor omnium rerum, si propter hoc dicendus est non facere corpora'. quis autem neget auctorem humanorum omnium corporum deum, sed illius dicat solius, quod de terra primitus finxit aut certe etiam coniugis ipsius, quia et ipsam de latere eius ipse formauit, non autem etiam ceterorum, quia ex illis cetera hominum corpora defluxisse negare non possumus?

VI 13 Ac per hoc, si, aduersus quos tibi est in hac quaestione conflictus, sic adseuerant animarum ex illius unius deriuatione propaginem, ut eas iam deum negent facere atque formare, insta eis redarguendis, conuincendis, corrigendis, quantum domino adiuuante potueris. si autem initia quaedam ex illo uno et deinceps a parentibus adtrahi et tamen singulas in hominibus singulis adfirmant ab auctore omnium rerum deo creari atque formari, quid eis respondeatur, inquire, de scripturis maxime sanctis, quod non sit ambiguum nec aliter possit intellegi, aut, si iam inuenisti, ut superius postulaui, dirige et nobis. quod si te adhuc sicut me latet, insta quidem omnibus uiribus eos confutare, qui dicunt animas non ex

9 censuus, *m. 1 corr.* censes *G* 11 actor *Mart.* 18 exterorum *edd.* 19 corpora *bis, alterum m. 1 del. G* 21 diriuatione *G* 23 insta, *sed* in *in ras. m. 1 et antea ras., in qua fuisse uid.* inist *G* 27 inquire in de (in *m. 1 del.*) *G* 30 in*sta (*fuitne* i ?) *G*

opere diuino, quod eos dixisti in epistula tua primum inter secretiores fabulas murmurasse, deinde propter hanc sententiam stultam atque impiam a tuo consortio et ecclesiae seruitio recessisse, atque aduersus eos omnibus modis defende et tuere, quod in eadem epistula posuisti deum fecisse animas et facere et facturum esse neque aliquid esse in caelis aut in terra, quod non ipso constiterit aut constet auctore. hoc enim de omni omnino genere creaturae uerissime atque rectissime creditur, dicitur, defenditur, comprobatur. deus enim auctor uniuersarum rerum hominumque cunctorum et fuit et est et futurus est, quod in extrema tua ad coepiscopos nostros prouinciae Caesariensis consultatione posuisti atque, ut id potius eligerent, exemplo omnium fratrum et consacerdotum, qui sunt apud uos atque id retinent, quodam modo hortatus es.

14 Sed alia quaestio est, ubi quaeritur, utrum omnium animarum et corporum auctor effectorque deus sit, quod ueritas habet, an aliquid naturarum exoriatur, quod ipse non faciat, quae opinio prorsus erroris est; alia uero, ubi quaeritur, utrum deus animas humanas ex propagine an sine propagine faciat, quas tamen ab illo fieri dubitare fas non est. in qua quaestione sobrium te esse ac uigilantem uolo nec sic animarum propaginem destruas, ut in haeresim Pelagianam incautus incurras. nam si humanorum corporum, quorum propagatio est omnibus nota, dicimus tamen deum uereque dicimus non illius tantum primi hominis coniugumue primorum sed omnium ex illis propagatorum esse creatorem, puto facile intellegi eos, qui animarum defendunt propaginem, non ex hoc nos habere uelle destruere, quando deus animas facit, cum et corpora facit, quae de propagine fieri negare non possumus, sed alia documenta esse quaerenda, quibus hi, qui sentiunt propagari animas, repellantur, si eos errare ueritas loquitur. de qua re illi

1 prima *edd.* 8 humano, *quo deleto in marg. m. 1 add.* omnino *G* 12 Caesareensis *edd.* 15 es* (t *eras.*) *G* 23 in *om. edd.* 26 congiugumue (*pr.* g *m. 1 del.*) *G*

magis fuerant. si fieri posset, interrogandi, propter quorum iniuriam defunctorum, sicut scribis in epistula, quam mihi posteriorem misisti, in meliorem partem conuertere homines formidabas. hos enim defunctos tales tantosque et tam doctos episcopos fuisse dixisti, ut eorum traditiones timeres doctor nouellus rudisque corrumpere uelle. itaque si scire possem, tales ac tanti et tam docti uiri istam de animarum propagatione sententiam quibus *rationibus* uel testimoniis adserebant

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ., quam tamen in litteris ad Caesarienses datis illorum auctoritatem nequaquam respiciens inuentionem nouam et inauditum dogma esse dixisti, cum profecto, etsi error est, nouum tamen eum non esse nouerimus sed uetustum et antiquum.

VII 15 Quandc autem nos aliquae causae in aliqua quaestione non inmerito dubitare compellunt, non etiam hinc dubitare debemus, utrum dubitare debeamus. de dubiis quippe rebus sine dubitatione dubitandum est. uides, quem ad modum apostolus de se ipso dubitare non dubitet, utrum in corpore an extra corpus raptus sit in tertium caelum; siue hoc siue illud, nescio, inquit, deus scit. cur ergo mihi, quam diu nescio, dubitare non liceat, utrum anima mea in istam uitam ex propagine an sine propagine uenerit, cum eam utrolibet modo a summo et uero deo factam esse non dubitem? cur mihi non sit fas dicere: Scio animam meam ex opere dei subsistere et prorsus opus dei esse siue ex propagine sicut corpus siue extra propaginem sicut illa, quae primo homini data est; nescio, deus scit? utrum horum uis ut confirmem, pos-

19; 28 II Cor. 12, 2—3

8 quib; ł testimoniis *G* quibus testimoniis *Bess. Gall.; Mart. temptabat* qualibus quibusue testimoniis *aut potius sec. p. 306, 26* qua ratione quibusue testimoniis; *ipse integrae codicis scripturae* rationibus *inserui post* adserebant *lacunam significaui* 11 Caesareenses *edd.* 17 Ne duob;, *quo deleto in marg. m. 1 add.* De dubiis *G* 21 inquit *om. G edd.* cum *Eug.* 24 fas non sit *G edd.* 28 utrum] unum *Eugippi cod. Vat.*

sem, si nossem. quod si ipse nosti, en habes me cupidiorem discere, quod nescio, quam docere, quod scio. si autem nescis sicut ego, ora sicut et ego, ut siue per quemlibet seruum suum siue per se ipsum magister ille nos doceat, qui dixit discipulis suis: Ne uelitis dici ab hominibus rabbi; unus est enim magister uester Christus, si tamen scit expedire nobis, ut etiam talia nouerimus, qui nouit non solum, quid doceat, uerum etiam, quid nobis discere expediat.

16 Nam confiteor dilectioni tuae cupiditatem meam. cupio quidem et hoc scire, quod quaeris; sed multo magis cuperem scire, si fieri posset, quando praesentetur desideratus omnibus gentibus et quando regnum sanctorum futurum sit, quam unde in hanc terram uenire coeperim. et tamen illud cum ab illo, qui scit omnia, discipuli sui, nostri apostoli, quaererent, responsum acceperunt: Non est uestrum scire tempora, quae pater posuit in sua potestate. quid, si et hoc scit non esse nostrum scire, qui profecto scit, quid nobis sit utile scire? et illud quidem per illum scio non esse nostrum scire tempora, quae pater posuit in sua potestate. utrum autem originem animarum, quam nondum scio, nostrum sit scire, id est pertineat ad nos id scire, ne hoc quidem scio. nam si saltem hoc scirem, quod nostrum non sit id scire, non solum adfirmare, quam diu nescio, uerum etiam quaerere iam desisterem. nunc autem, quamuis tam sit obscu-

5 Matth. 23, 8; 10   11 Agg. 2, 8   15; 18 Act. 1, 7

2 scio] nescio *Eugippi codd. apud Knoell.*   nescis] nesci* *supra ras.* s *m. 1 add. G*   3 et *om. G edd.*   4 se ipse ipsum (ipse *m. 1 del.*) *G*   12 futurum sit sanctorum *G edd.*   13 in hanc *bis*, *alterum m. 1 del. G*   14 *post* omnia *parua ras. G*   15 scire tempora] nosse tempus aut tempora *G edd.; Gr.* γνῶναι χρόνους ἢ καιρούς, *Vulg.* nosse tempora uel momenta   16 deus *G edd.*   in sua posuit *Eugippi codd. apud Knoell.*   17 qui profecto—nostrum scire *om. Eugippi codd. apud Knoell.*   18 nostri *G* (*in repetitione huius loci* nr̃m) *edd.*   19 tempora] sicut et tempora *Eugippi codd. apud Knoell.*   in sua posuit *Eugippi codd. apud Knoell.*   *post* potestate *repetitum est* quid si et hoc—potestate (*nisi quod* nr̃m *pro* nostri *scriptum est*), *sed exp. G*   20 nostrum] an *Eugippi codd. apud Knoell.*   21 nec *G edd.*

rum atque profundum, ut plus illic docendi caueam temeritatem, quam discendi habeam cupiditatem, tamen et hoc etiam uellem scire, si possem. et licet multo amplius sit necessarium, quod ait ille sanctus: Notum mihi fac, domine, finem meum — non enim ait 'initium meum' —, utinam tamen nec initium meum, quod ad istam quaestionem attinet, me lateret!

VIII 17 Verum de ipso quoque initio meo ingratus doctori meo non sum, quod animam humanam spiritum esse, non corpus, eumque rationalem uel intellectualem scio nec eam dei esse naturam sed potius creaturam aliquatenus mortalem, in quantum in deterius commutari et a uita dei, cuius participatione beata fit, alienari potest, et aliquatenus inmortalem, quoniam sensum, quo ei post hanc uitam uel bene uel male sit, amittere non potest. scio etiam non eam pro actibus ante carnem gestis includi in carne meruisse, sed nec ideo esse in homine sine sorde peccati, etsi unius diei, sicut scriptum est, fuerit uita eius super terram. ac per hoc scio ex Adam per seriem generationis sine peccato neminem nasci, unde et paruulis necessarium est per gratiam regenerationis in Christo renasci. haec tam multa nec parua de initio uel origine animarum nostrarum, in quibus plura sunt ad eam scientiam pertinentia, quae fide constant, et didicisse me gratulor et nosse confirmo. quapropter si nescio in origine animarum, utrum illas deus hominibus ex propagine an sine propagine faciat, quas tamen ab ipso fieri non ambigo, scire quidem et

4 Ps. 38, 5 15 Iob 14, 4—5 sec. Septuag.

1 ac *G edd.* 2 tamen etiam hoc uolo *G edd.* 3 possum *G edd.* 5 meum utinam tamen nec initium *om. Eugippi codd. apud Knoell.* utinam—meum *om. edd.* nec] nunc *Eug.* 6 meum *om. Eug.* 8 sum in quantū quod (in quantū *m. ut uid. 1 exp.*) *G* eamque *Mart. Mign.* 9 rationabilem *G edd.; cf. ep. CLXVI p. 565, 12* 11 paticipiatione (*sic!*), i *post* p *del. uid. G* 12 sit *edd.* quoniam] quo *G* 13 ammittere (*alt.* m *del.*) *G* 16 etsi] nec si *Eugippi codd. apud Knoell.* 20 uel de origine *Eugippi codd. apud Knoell.* 22 constat *G* 24 an sine propagine *om. Eug.* 25 non/// (ı *eras.*) *G*

hoc magis eligo quam nescire; sed quam diu non possum, melius hinc dubito, quam uelut certum confirmare aliquid audeo, quod illi rei sit forte contrarium, de qua dubitare forte non debeo.

18 Tu itaque, mi frater bone, quoniam consulis me et uis, ut unum horum definiam, utrum animae ceterae ex illo uno homine sicut corpora per propaginem an sine propagine sicut illius unius a creatore singulis singulae fiant — ab ipso enim fieri siue sic siue sic non negamus —, patere, ut etiam ipse consulam, quo modo inde anima peccatum originaliter trahat, unde originaliter ipsa non trahitur. omnes enim animas ex Adam trahere originale peccatum similiter non negamus, ne in Pelagianam haeresim detestabilem detestabiliter inruamus. si hoc, quod ego interrogo, nec tu scis, sine me patienter utrumque nescire, et quod tu interrogas et quod ego; si autem iam scis, quod interrogo, cum hoc etiam me docueris, tunc et illud, quod uis ut respondeam, nihil ibi iam metuens respondebo. peto ergo, ne suscenseas, quia non potui confirmare, quod quaeris, sed potui demonstrare, quid quaeras. quod cum inueneris, confirmare non dubites, quod quaerebas.

19 Et hoc quidem sanctitati tuae scribendum existimaui, qui propaginem animarum iam quasi certus inprobandam putas. ceterum si illis, qui hanc adserunt, rescribendum fuisset, fortassis ostenderem, quem ad modum id, quod se nosse arbitrantur, ignorent et, ne hoc adserere auderent, quanta ratione formidare deberent.

20 Sane in rescripto amici, quod huic epistulae inserui, ne te

2 *post* certum *ras. 3 fere l. G* 3 dubitare non *G* (forte *in fine pag. om.*) *edd.* 5 ut *om. G edd.* 6 ceterae omnes ex *Eugippi codd. apud Knoell.* 8 singulae *om. Eugippi cod. Vat.* 9 siue sic seu sic *G edd.* 13 haeresem *Eugippi codd. apud Knoell.* detestabiliter *om. G edd.* incurramus *Eugippi codd. apud Knoell.* 15 nescire quod *Eug.* 17 intuens, *quod habent edd., Besseli errore ortum est* 21 putaui *Eugippi codd. apud Knoell.* 22 existimas *Eugippi codd. apud Knoell.* 25 quanta ratione] quantum *G edd.* 26 deberet, *m. 1 corr.* deberent *G* deberent ostenderem *Eugippi codd. apud Knoell.*

forte moueat, quod duos libros a me missos commemorauit, quibus respondere uacuum sibi tempus non fuisse respondit, unus est de hac quaestione, non ambo; in alio autem aliud ab illo consulendo et pertractando quaesiui. quod uero admonet et hortatur, ut magis demus operam, ut perniciosissima haeresis de ecclesiis auferatur, illam ipsam Pelagianam haeresim dicit, quam cautissime ut deuites, quantum possum, frater, admoneo, cum de animarum origine siue cogitas siue iam disputas, ne tibi subrepat esse credendum ullam prorsus animam nisi unius mediatoris non ex Adam trahere originale peccatum generatione deuinctum, regeneratione soluendum.

## CCIII.

DOMINO INSIGNI ET PRAESTANTISSIMO AC DESIDERANTISSIMO FILIO LARGO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

Accepi litteras eximietatis tuae, quibus me ad te petis ut scriberem. quod quidem non desiderares, nisi et hoc, quod me posse scribere existimasti, gratum haberes atque iucundum, id autem est, ut uana saeculi huius, si inexperta concupisti,

3 aliud] illud *G;* aliud *coni. Mart.* 9 subripiat *G;* subrepat *coni. Mart.* Explicit epła scđa ad optatū epm de natura et origine animę sči augustini *G*

*P* = *cod. Parisinus 12193 s. IX.*
$P^1$ = *cod. Parisinus 12226 s. IX.*
*S* = *cod. Sangallensis 174 s. IX.*
*H* = *cod. Palatinus 209 s. X.*
$P^2$ = *cod. Parisinus 1958 s. XI.*
*M* = *cod. Bononiensis 47 s. XII.*
*V* = *cod. Vindobonensis 735 s. XIII.*

*Inscriptionem om.* $PP^2$ 13 praestantissimo insigni et (*signis m. 1 corr.*) ac desidantissimo (*sic!*) *V* ac] et *M edd.* 15 ad te petis] adpetis *V* ad te petisti *m* 16 nisi ex hoc *V* 17 posse me *V* scriberem, *m. 2* scribam *S* 18 est ut uana] astutum a $P^1S$ (*m. 2* astutum est) $HP^2V$ astatū a *P* astutū* *M* huius fraude si *V* si *om.* $PP^2$ inexperta concupisti *om. V*

experta contemnas. fallax est enim in eis suauitas et infructuosus labor et perpetuus timor et periculosa sublimitas, initium sine prouidentia et finis cum paenitentia. ita se habent omnia, quae in ista mortalitatis aerumna cupidius quam prudentius appetuntur. alia est autem spes piorum alius laboris fructus alia periculorum merces. nam in hoc mundo non timere, non dolere, non laborare, non periclitari inpossibile est; sed plurimum interest, qua causa, qua expectatione, quo termino quisque ista patiatur. ego quidem cum amatores saeculi huius intueor, nescio, quando possit esse ad eorum animos sanandos opportuna sapientia. quando enim res uelut prosperas habent, fastu respuunt salubres monitus et quasi anilem reputant cantilenam; quando autem in aduersis anguntur, magis cogitant euadere, unde ad praesens anguntur, quam capere, unde curentur et unde perueniant, ubi angi omnino non possunt. aliquando tamen quidam cordis aures admouent atque adhibent ueritati rarius inter prospera, crebrius inter aduersa, sed tamen pauci sunt, ita enim praedicti sunt, inter quos te esse cupio, quia ueraciter diligo, domine insignis et praestantissime ac desiderantissime fili. haec admonitio tibi sit mea resalutatio, quia, etsi te deinceps talia perpeti, qualia pertu-

18 Matth. 20, 16; 22, 14

1 contemplas *V* in eis *om. V* suauitas etiam et *a e f* 2 perpetus, *m. 2* perpetuus $P^2$ periculosa] periculosus timor (s timor *expuncto m. 1 corr.* periculosa) *V* 5 autem est *V* 7 dolore, *m. 1 corr.* dolere *M* 8 qu*a (*fuit* i) causa $P^1$ 9 quisque ita *V* ista quisque *edd.* potiatur *V* 11 prosperes, *m. 2* prosperas *S* 12 respuunt *om. V* respunt, *m. 1 corr.* respuunt *M* monitas, *m. 1 corr.* monitus $P^1$ animalem $P^1$ (ma *m. 1 exp.*) *S* (*m. 2* mimalem) *H*$P^2$*M* anmalem *P* 13 anguñt (~ *uix m. 1*) *H* angunt *P*$P^1$ (*m. 2* anguntur) $P^2$ aguntur *M* agunt *edd.* magis cogitant] magitant *P* (m *exp.*) $P^2$ 15 currentur, *m. 2* curentur *S* agi, *m. 1 corr.* angi *P* possunt, *m. 1 corr.* possint *S* possunt, *m. 2* possint $P^1$ possint *M edd.* 16 aures *om. MV* atque ueritati habent *M* 17 *pr.* inter] in te *P* 20 hic *M* 21 qua *V* etsi] et sine $P^1$ (ne *m. 2 exp.*) *S* (*m. 2* et si nolo) *M* te *om. V* talia perpeti] nolo te perpeti talia *V* talia *om., m. 2 add.* $P^1$ qualia pertulisti *in fine u. om. P* pertulisti nolo, plus tamen doleo haec *edd.*

listi, plus tamen nolo haec ipsa te sine aliqua in melius uitae mutatione fuisse perpessum.

## CCIV.

DOMINO EXIMIO ET HONORABILI FILIO DULCITIO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Non debui contemnere petitionem tuam, qua desiderasti a me institui, quem ad modum te oporteat haereticis respondere, quorum salus in domini misericordia instantia quoque tuae strenuitatis inquiritur. quamuis enim ingentes eorum multitudines, unde plurimum gratulamur, quid sibi beneficii conferatur, intellegant, quidam tamen eorum et deo et hominibus miserabili instinctu furoris ingrati, ubi suis caedibus nos uastare non possunt, suo nos exitio terrere se credunt aut suam laetitiam quaerentes de mortibus nostris aut nostram tristitiam de mortibus suis. sed non debet tot tantorumque populorum salutem furiosus error hominum impedire paucorum. quid eis uelimus, non solum deus et prudentes homines uerum etiam ipsi, cum sint nobis inimicissimi, sentiunt. cum enim sua pernicie terrendos nos putant, non dubitant nos timere, ne pereant.

2 commutatione *M* perpensum *P*

*T* = *cod. Trecensis 40 s. XIII.*
*H* = *cod. Mus. Brit. Harl. 3107 s. XIII.*
*R* = *cod. Vaticanus 494 s. XIII ex.*
*V* = *cod. Vaticanus 495 s. XV.*
*U* = *cod. Vaticanus 499 s. XV.*

5 salutem in domino *edd.* 6 quam (m *exp.*) *H* 7 te *om. VU* 11 et *ante* deo *om. m* 14 laetitiam suam *edd.* de mortibus nostris quaerentes *TVU* moribus, *m. 1 corr.* mortibus *R* tristitiam nostram *edd.* 15 moribus *H* 18 inimici *H* 19 nos terrendos *m* terrendos (*om.* nos) *cett. edd.* 20 ne] ñ, *sed* ~ *eraso m. 2* (*?*) ne *R*

2 Sed quid faciamus uidentes, quam multi adiuuante domino per occasionem uestrám uiam pacis inueniant? numquid prohibere uos possumus uel debemus ab hac unitatis instantia, dum timemus, ne quidam durissimi et in se ipsos crudelissimi non nostra sed propria uoluntate se perdant? optaremus quidem, ut omnes, qui contra Christum portant signum Christi et contra euangelium de ipso euangelio, quod non intellegunt, gloriantur, a sua peruersitate discederent et nobiscum in eius unitate gauderent. sed quoniam deus occulta satis dispositione sed tamen iusta nonnullos eorum poenis praedestinauit extremis, procul dubio melius incomparabili numerositate plurimis ab illa pestifera diuisione et dispersione redintegratis atque collectis quidam suis ignibus pereunt, quam pariter uniuersi sempiternis ignibus gehennarum merito sacrilegae dissensionis ardebunt. sic enim pereuntes istos dolet ecclesia, quem ad modum rebellem filium sanctus Dauid, de cuius salute seruanda sollicita dilectione mandauerat. nam eum merito nefandae impietatis extinctum etiam testimonio lacrimosae uocis ingemuit; uerum tamen superbo et maligno discedente in locum suum populus dei, qui fuerat illius tyrannide diuisus, cognouit regem suum et de amisso filio maerorem patris perfectio consolata est unitatis.

3 Non itaque reprehendimus, domine eximie et honorabilis fili, quod tales homines apud Tamugadem prius edicto admonendos existimasti; sed quod ibi dixisti: 'Noneritis uos debitae neci dandos', putauerunt, sicut eorum rescripta indicant, hoc te fuisse comminatum, quod tu illos adprehensos fueras occi-

14 Matth. 5, 22; 18, 9 al. 16 II Reg. 18 et 19

1 quam] $\overset{\omega}{\text{q}}$ *VU* quod *edd.* 4 metuimus *edd.* 5 se uoluntate *T* 6 omnes ut *signis corr. H* 18 etiam cum testimonio *edd.* ingenuit, *m. 1 corr.* ingemuit *U* 19 tamen] etiam *T* superbo *om., in marg. m. 2 add. U* 20 connouit, *m. 1 corr.* cognouit *R* agnouit *edd.* 24 tiamugadem *H* tanuigadem *VU* 27 criminatum *codd.* occisuros, *m. 1 corr.* occisurus *U*

surus, non intellegentes de illa nece, quam sibi ipsi uolunt ingerere, te locutum. non enim tu in eos ius gladii ullis legibus accepisti aut imperialibus institutis, quorum tibi iniuncta est executio, hoc praeceptum est, ut necentur. secundo sane edicto dilectionis tuae planius, quid nolueris, aperuisti. quod autem etiam ipsum episcopum eorum putasti litteris adloquendum, humanissime ostendisti, quanta mansuetudine temperati sint in catholica ecclesia, etiam qui potestate Christiani imperatoris siue terrendo siue plectendo corrigendis praeficiuntur erroribus, nisi quod honorificentioribus eum uerbis tractasti, quam decebat haereticum.

4 Sed, quod eius responsioni me respondere uoluisti, credo te arbitratum etiam hoc Tamugadensibus debere praestari, ut fallax doctrina ipsius, a quo seducebantur, aliquanto diligentius refellatur. uerum nos et occupatissimi sumus et in aliis plurimis opusculis nostris huius modi uaniloquia refutauimus. iam enim nescio quotiens disputando et scribendo monstrauimus non eos posse habere martyrum mortem, quia Christianorum non habent uitam, cum martyrem non faciat poena sed causa. docuimus etiam liberum arbitrium sic homini datum, ut tamen et diuinis legibus et humanis rectissime grauium supplicia constituta sint peccatorum, et pertinere ad religiosos reges terrae non solum adulteria uel homicidia uel huiusce modi alia flagitia seu facinora uerum etiam sacrilegia seueritate congrua cohibere multumque illos falli, qui putant a nobis istos tales suscipi, quales sunt, quia non eos rebaptizamus. quo modo enim tales suscipiuntur, quales sunt, cum sint haeretici et ad nos transeundo fiant catholici? neque

1 ipsi sibi *edd.* 3 constitutis *edd.* 5 plauius, *corr.* planius *V* 6 illorum *edd.* 10 nisi] ñ *H* 13 etiam hoc *bis T* tamuganensibus, *m. 1 corr.* tamugadensibus *V* 15 nos et] nos (*om.* et) *VU* et iam in aliis *m* et iam (*om.* in aliis) *cett. edd.* 16 plurimis *om., m. 1 add. H* 19 facit *U* 23 adulteria et homicidia *H* 24 huius *VU* 25 securitate *VU* falsi *T* 26 tales istos *f l r m* rebaptizauimus (ui *del.*) *T* 28 sunt *T* fiunt *T*

enim propterea corda deprauata non licet corrigi, quia sacramenta semel data non licet iterari.

5 De mortibus autem furiosissimis, quas quidam eorum ipsi sibi inferunt, de quibus solent detestabiles et abominabiles esse multis etiam suis, quorum mentes dementatio non tanta possedit, eis secundum scripturas rationemque Christianorum saepe respondimus, quoniam scriptum est: Qui sibi nequam est, cui bonus est? aut certe in eisdem positum temptationibus mori uolentem occidat et proximum, qui sibi expedire et licere putat occidere se ipsum, quoniam scriptura dicit: Diliges proximum tuum tamquam te ipsum. nullis autem iubentibus legibus uel legitimis potestatibus non licere alterum occidere etiam uolentem et petentem et uiuere iam non ualentem satis indicat scriptura regnorum, ubi rex Dauid regis Saulis interfectorem iussit occidi, cum ille dixisset ab eo iam saucio atque semiuiuo petitum se fuisse, ut hoc faceret et animam corporis nexibus obluctantem soluique cupientem uno ictu uulneris ab illis cruciatibus liberaret. proinde quia omnis, qui sine ulla legitimae potestatis auctoritate hominem occidit, homicida est, quisquis se ipsum occidit, non sit homicida, si homo non est. haec omnia multis modis in aliis pluribus nostris sermonibus et litteris diximus.

6 Verum tamen, quod fatendum est, de isto Raxio seniore, quem summa exemplorum inopia coartati se in Machabaeorum libris quasi ad auctoritatem sceleris, quo se ipsos perdunt, per-

7 Eccli. 14, 5 11 Matth. 22, 39; Marc. 12, 31; Luc. 10, 27; Leu. 19, 18 14 II Reg. 1, 1—16 23 II Mach. 14, 37—46

2 reiterari *VU* 5 dementia *edd.* non (on *s. u. m. 2*) *V* si *U* 6 rationesque *VU m* 7 nequam cui (*om.* est) *edd.* 8 bonus est] bonus (*om.* est) *VU edd.* positus, *m. 1 corr.* positum *V* 11 tamquam] sicut *T sec. Vulg.* (*Matth. Luc. Leu.*) 13 nolentem, *m. 1 corr.* uolentem *U* uiuere** (*fuit* re) *T* 19 auctoritatis potestate, *in marg. m. 2* a/r potestatis auctoritate *U* 20 *ante* non *in marg.* (*m. 1 ?*) *add.* cur *V* 21 non homo *edd.* multimodis *edd.* 22 plurimis *edd.* sermonibus nostris *H* 23 Razio *edd.*; *Vulg.* Razias, *Septuag.* ῾Ραζίς (*cod. Alex.* ραζεις) 24 coartari *T* 25 auctorem *VU*

scrutatis omnibus ecclesiasticis auctoritatibus uix aliquando se inuenisse gloriantur, adhuc eis numquam respondisse me recolo. sed, quod tuae caritati et prudentibus quibusque sufficiat ad istos redarguendos, si ad uitam Christianorum de Iudaea gente atque illis litteris parati sunt omnium factorum exempla transferre, tunc et hoc transferant. si autem sunt illic plurima eorum quoque hominum, qui litterarum illarum ueritate laudati sunt, uel huic iam tempori non conuenientia uel etiam illo tempore non recte facta, tale etiam hoc est, quod in se ipsum Raxius iste commisit. qui cum esset apud suos nobilis et multum in Iudaismo profecisset, quae sibi in comparatione iustitiae Christianae damna et stercora fuisse dicit apostolus, et propter haec idem Raxius Iudaeorum pater appellaretur, quid mirum est, si tamquam homini elatio superba subrepsit, ut mallet manu propria perimi quam post illam in suorum aspectibus celsitudinem sustinere indignam in hostium manibus seruitutem?

7 Solent in litteris gentium ista laudari. in his autem Machabaeorum libris quamuis homo fuerit ipse laudatus, factum tamen eius narratum est, non laudatum, et iudicandum potius quam imitandum ante oculos constitutum, non sane nostro iudicio iudicandum, quod nos quoque ut homines habere possemus, sed iudicio doctrinae sobriae, quae in ipsis quoque libris ueteribus clara est. longe quippe fuit iste Raxius a uerbis illis, ubi legitur: Omne, quod tibi applicitum fuerit, accipe et in dolore sustine et in humilitate tua patientiam habe. non ergo fuit iste uir eligendae mortis sapiens sed ferendae humilitatis inpatiens.

11 Phil. 3, 8 25 Eccli. 2, 4

2 adhuc in eis (in *exp.*) *H* adhuc meis (m *exp.*) *U* 3 recolo] credo *U* 6 illic sunt *edd.* 9 isto *VU* hoc etiam *T* 10 Razius *edd.; cf. p. 320, 23* 13 hoc *edd.* Razius *edd.: cf. p. 320, 23* pater iudeorum *T* 14 subrexit, *m. 1 corr.* subrepsit *R* irrepsit *U* 18 gentilium *edd. praeter a* 19 ipse fuerit *f l r m* 20 eius *om. VU* 21 ante] quasi ante *edd.* 22 iudicio *om. T* 24 Razius *edd.; cf. p. 320, 23* 27 fuit ergo *H*

8 Scriptum est, quod uoluerit nobiliter et uiriliter mori; sed numquid ideo sapienter? nobiliter scilicet, ne libertatem sui generis captiuus amitteret, uiriliter autem, quod tantas uires animi haberet, quibus idoneus esset, ut se ipse perimeret. quod gladio cum implere non posset, de muro se praecipitem dedit et sic adhuc uiuus abruptam cucurrit ad petram atque ibi iam exanguis intestina sua produxit, quae utraque manu dissipata spargebat in populum, ac deinde postea defessus occubuit. magna sunt haec nec tamen bona; non enim bonum est omne, quod magnum est, quoniam sunt magna etiam mala. deus dixit: Innocentem et iustum ne occidas. si ergo iste innocens et iustus non fuit, cur proponitur imitandus? si autem innocens et iustus fuit, quare interfector innocentis et iusti, id est ipsius Raxii insuper putatur esse laudandus?

9 Haec interim, ne nimium prolixa fiat, huic epistulae implendae satis sint. debeo autem Tamugadensibus eius modi ministerium caritatis, quoniam mihi et uoto tuo et ab honorabili et carissimo filio meo Eleusino, qui tribunatum apud eos egit, bene insinuati sunt, ut ambabus epistulis Gaudentii, Donatistarum episcopi, et maxime posteriori, quam secundum scripturas sacras se fecisse arbitratur, ita respondeam, ne aliquid praetermissum putetur.

1 II Mach. 14, 42—46 11 Ex. 23, 7

2 libertatem] nobilitatem *U* 4 quibus] qđ *VU* ipse *om.* *VU* 6 pęnam *T* 7 atque] et sic *U* 8 defexus *VU* 9 haec sunt *edd.* 10 magna] mala *T* 11 dominus *VU* 12 cur] cui *VU* 14 iusti ipsius//// (*fortasse* ꝩ *eras.*) *U* Razii *edd.; cf. p. 320, 23* 16 * implende (*fuit* e) *R* 17 tamugadensibus (*pr.* a *corr.; fuisse uid.* u) *H* 18 ab *om.* *VU* 20 gaudensii *T* 22 sanctas *edd.*

## CCV.

DILECTISSIMO FRATRI CONSENTIO AUGUSTINUS.

I 1 Quantum ad oculos adtinet corporales, quosdam uidemus nec nouimus, quorum a nobis uita studiaque nesciuntur; quosdam nouimus nec uidemus, quorum nobis caritas et affectus innotuit, in quibus et te adnumeramus; et ideo te magis uidere desideramus, ut in his sis, quos et uidemus et nouimus. nam illi, qui ignoti nostris oculis ingeruntur, non solum desiderabiles non sunt, sed uix tolerabiles sunt, nisi aliquibus signis pulchritudo in eis hominis interioris appareat.

*B* = *cod. Bononiensis 58, 12 S s. IX.*
*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8. 9 s. X—XI.*
*C* = *cod. Casinensis* $16^{19}$ *s. XI.*
$P^1$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*

$P^a$ = *fragm. cod. Parisini 528 s. IX:*
*p. 323, 2—7* (desideramus)
*p. 324, 11—12* (liniamenta)
*p. 324, 13* (nonne) — *325, 5* (habet)
*p. 334, 10* (caro) — *13*
*p. 337, 15—338, 5* (uestit)

*Eugippi excerpta (ed. P. Knoell):*
*p. 1057, 25—1059, 23 = p. 324, 11—327, 5*
*p. 1059, 24—1060, 2 = p. 330, 10—19* (est)
*p. 1060, 6—1061, 13 = p. 331, 15* (dixit)—*333, 8*
*p. 1061, 14—1064, 6 = p. 335, 5* (et nos)—*338, 21*
*p. 1064, 9—22*(sèntit)= *p. 339, 4—17*

2 dilectissimo mihi fratri $P^a$ 3 quantulum $P^a$ adtinet corporales oculos, *m. 1 corr.* adtinet ad corporales oculos *M* quosdam] quosdam nec (nec *m. 2 del., sed ut uid. restitutum*) $P^1$ 4 a *om. A* studia uitaque *edd.* 5 nouimus, *m. 2* non nouimus *C* nec] net (n *eras.*) *C* 6 te *om.* $P^a$ annumeremus *A* magis te *C* 7 desiderabamus *B* ut] et ut *A* iis *f l r m* 8 qui et ignoti *M* 10 pulchritudine *C* his *PMFAP¹ edd.*

quorum autem sicut tuus nobis prius animus intellegendo quam uidendo corpus apparuit, iam quidem nouimus eos, sed ideo etiam uidere desideramus, ut per illud, quod conspicitur oculis, multo iucundius et familiarius eo, quem iam nouimus, amico interiore perfruamur. uerum et hoc de te nobis deus fortasse donabit quietioribus et tranquillioribus, sicut optamus, rebus humanis, ut id honestae caritatis sit potius quam molestae necessitatis. nunc ad ea respondeam, sicut domino adiuuante potuero, quae praeter epistulam in alia chartula a me quaerenda misisti.

2 Quaeris, utrum nunc corpus domini ossa et sanguinem habeat aut reliqua carnis liniamenta. quid, si adderes, utrum etiam uestimenta, nonne augeretur quaestio? qua causa, nisi quia ea, quae in usu uitae huius nostrae corruptibilia nouimus, sine corruptione cogitare uix possumus, cum diuinorum miraculorum quaedam documenta iam data sint, ex quibus liceat coniectare maiora? nam si uestis Israhelitarum per tot annos in heremo sine tritura esse potuit, si morticina pellis calciamentorum tam diu sine labe durauit, potest utique deus quorumlibet corporum, per quantum uoluerit tempus, incorruptam protendere qualitatem. ego proinde domini corpus ita in caelo esse credo, ut erat, quando ascendit in caelum.

17 Deut. 29, 5

1 tu*s (*fuit* u) *B* 4 iocundus, *m. 2* iocundius $P^1$ 6 donauit *codd.* (*in P m. ut uid. 1, in* $P^1$ *m. 2 corr.* donabit) donabit *edd.* 8 ad eam *F* eadē *M* respondeam (*super* am *m. 2* ł bo) *P* domino *om A* a domino (a *del.*) *C* 10 querendam *B* 12 adhaeres *A* 13 augeretur, *m. 2* ł angeretur *B* qua* (e *eras.*) *P* sua *A* 14 quia *om.* $P^a$ qua/// (*parua ras.*), *m. 1* (?) *corr.* quia/// *F* usu *cum parua ras. super pr.* u *F* husu *C* huius] hī *B* ·ostrae corruptibilia nouimus *in ras. m. ut uid. 1 B* corrup|tibili *M* 15 possimus *A* 16 sunt *C* 17 uestes *B* 18 potuit, *m. 2* ł potuerunt *B* 19 durauit, *m. 2* durauerunt *B* ubique *F* (*m. 1 corr.* utique) $P^1$ (*m. 2* ł t *super* b) ubique *MA edd.* 21 protendere (pro *et* n *ex corr. m. uix 1*) *B* perinde (er *in ras. m. ut uid. 1; etiam in marg. alia sed antiqua m.* N° ꝑinde) *P* corpus domini $P^a$ dm̄, *corr.* dn̄i *C* ita *om.* $PP^a$ 22 erat in terra quando *f l r m* caelis *A*

dixerat autem discipulis, ut in euangelio legimus, de sua resurrectione dubitantibus et illud, quod uidebant, non corpus sed spiritum esse putantibus: Videte manus meas et pedes; palpate et uidete, quia spiritus ossa et carnem non habet, sicut me uidetis habere. sic eorum, cum esset in terra, contrectatus est manibus, sic eorum est, cum iret in caelum, deductus aspectibus. ibi uox angelica sonuit: Sic ueniet, quem ad modum uidistis eum euntem in caelum. fides adsit et nulla quaestio remanebit,
3 nisi forte de sanguine requirendum est, quia, cum dixisset: Palpate et uidete, quia spiritus ossa et carnem non habet, non addidit sanguinem. non ergo et nos addamus inquirere, quod ille non addidit dicere. et de compendio, si placet, finita sit quaestio; fortassis enim accepta occasione sanguinis urgebit nos molestior perscrutator et dicet: Si sanguis, cur non et pituita, cur non et fel flauum et fel nigrum, quibus quattuor humoribus naturam cárnis temperari etiam medicinae disciplina testatur? sed quodlibet quisque addat, corruptionem addere caueat, ne suae fidei sanitatem castitatemque corrumpat.

4 Ex consuetudine rerum expertarum inexperta opera diuina infirmitas metitur humana et acutule se garrire arbitratur,

2 Luc. 24, 37  3; 11 Luc. 24, 39  8 Act. 1, 11

1 sicut *C* suis ut *Eugippi codd. apud Knoell.* ut—legimus *om.* *P*[a] 3 putabantibus, *m. 2* putantibus *C* 4 spiritus *om., m. 1 add.* *B* carnem et ossa *P*[a] *sec. sacr. litt.* 5 carne, *m. 2* carnẽ *C* me *in fine u. om., m. 2 add.* *P*[1] sicut *m* 7 caelo *A* ubi *A* |||||| (*ras. 2—3 l.*) angelica * uox *P* 8 eum uidistis *A* (istis *in ras. m. 1*) *P*[1] *m* eum uidetis *BPF cett. edd.* 10 sit, *m. 1 corr.* est *M* 11 carnem et ossa *edd.; cf. u. 4* 12 addit, *m. 2* addidit *P*[1] addamus et nos *C* 15 urg*ebit (*fuit* u) *P* urguebat *MF* (*ras.* urguebit) *A* scrutator et dič *M* praescrutator et dicit *Eugippi cod. Vat.* 16 quur|et non pituita *P* cur non pituita (*om.* et) *C* et ł flauum et ł nigrum *B* 17 moribus, *m. 1 (?) corr.* humoribus *F* medicina *F* medici ñ *M* 18 disciplina* *B* 22 acutule (*m. 2* acute se) se garrire *C* actules egarrire, *m. ut uid. 1 corr.* acutule se garrire *P* acutules egarrire *A* argutule se garrire *P*[1]; *Eugippi cod. Vat.* acutule ses (*unde Knoellius* sese) garrire

cum dicit: Si caro est, et sanguis est; si sanguis, et ceteri humores; si ceteri humores, ergo et corruptio. eo modo diceret: Si flamma est, et ardet; si ardet, et urit; si urit, ergo et uirorum trium in fornacem ignis ab impio rege missorum corpora incendit. si autem hoc in tribus uiris miraculum factum esse non dubitat, quisquis de diuinis operibus recte sapit, cur non credatur, qui fecit illa corpora non posse igne corrumpi, fecisse illud corpus nec igne nec fame nec morbo nec senio nec ulla ui alia, qua solet humana corpora labefactare corruptio? quod si quisquam dicit non carni trium illorum uirorum additam contra ignem incorruptionem, sed ipsi igni detractam corrumpendi facultatem, quid ueremur, ne carnem facere nequiuerit non posse corrumpi, qui fecit ignem non posse corrumpere? nam si illud non de carnis sed de ignis mutatione intellegitur, multo est mirabilius; simul enim et hominum corpora non urebat, ne posset nocere, et ligna fornacis urebat, ut posset ardere. sed qui etiam ista non credunt, nimium de diuina potestate diffidunt nec cum eis uel ad eos nunc sermo nobis est; qui autem ista credunt, ex his etiam illa utcumque coniciant, quae fideliter quaerunt. ualet igitur diuina potentia de ista uisibili atque tractabili natura corpo-

4 Dan. 3, 19 sqq.

1 est *post* caro *om.* *C* est *post* sanguis *om.* *M* sanguis est et *Eugippi cod. Vat.* 2 modo et diceret *M* 3 ergo et] ergo (et *om.*) *PMFACP*[1] *edd.* 4 trium uirorum *M* fornace *B Eugippi cod. Vat. a e* 6 recta *C* 7 quor/////, *m. ut uid. 1 corr.* quur///// (*ras. 2—3 l.*) *P* corporalia (lia *m. 1 exp.*) *M* 8 nec posse corrumpi igne *m* 9 uia *MF* alia quę *A* aliqua *et deinceps m. 2 add.* posse corrumpi sicut *C* 10 quod] S; (= sed) *P*[1] carnem *C* uirorum illorum *PM* 11 addita *A* ad uitam *C* corruptionem, *m. 1 corr.* incorruptionem *M* * sed *F* detractam igni *M* 13 facere quiuerit corrumpi *C* corrumpi—posse *om.* *P* igne *C* 14 corrumpere, *m. ut uid. 1 corr.* corrumpi *P* 15 ut, *m. 1 corr.* et *B* 16 ne (e *in ras. m. ut uid. 1; fuisse uid.* on) *P* ut, *m. 1 corr.* et *B* 17 credent, *m. 1 corr.* credunt *M* 18 de *om.* *A* 19 nec, *m. 1 corr.* nūc *B* est nobis *A* 20 coniciunt *Eugippi cod. Vat.* 21 aque, *m. 2* atque *P*

rum quibusdam manentibus auferre, quas uoluerit, qualitates ac per hoc ualet etiam membra mortalia formae liniamentis manentibus corruptione uero mortalitatis emortua stabili uigore firmare, ut absit labes, adsit effigies, adsit motio, absit fatigatio, adsit uescendi potestas, absit esuriendi necessitas.

II 5 Quod ergo legitur apud apostolum: Caro et sanguis regnum dei non possidebunt, soluitur quidem quaestio etiam isto modo, quem tu commemorasti, ut carnis et sanguinis nomine opera carnis et sanguinis intellegantur; uerum, quia non de operibus sed de modo resurrectionis loquebatur apostolus et eam quaestionem disputando uersabat, melius eo loco intellegitur caro et sanguis pro corruptione carnis et sanguinis posita. si enim nomen carnis significat operationem, cur non significet etiam corruptionem, sicut dictum est: Omnis caro faenum? nam et hic ipsa corruptibilitas significata est; sequitur enim: Et omnis honor carnis ut flos faeni; faenum aruit, flos decidit. numquidnam hoc etiam illi carni competit, de qua dictum est: Palpate et uidete, quia spiritus ossa et carnem non habet, sicut me uidetis habere? nam quo modo arescat aut decidat, cum scriptum sit, quod Christus surgens a mortuis iam non moriatur et mors ei ultra non dominetur?

6 Proinde ipsam apostolicam sententiam desuper inspice totam-

6 I Cor. 15, 50 15 Es. 40, 6—8 18 Luc. 24, 39 21 Rom. 6, 9

2 formae, *m. 2* formis *C* 3 corruptionē uero mortalitati se mortua *M* 4 adsit] absit *F* effigies/// (*ras. 1—2 l.*) *B* effigie, *m. 2* effigies *P*[1] adsit] absit *F* 5 adsit] absit *F* uescendo *A* 6 quid *M* 7 regnū ndī ñ (*sic!*) *C* 8 carni *M* 9 de|signantur, *m. 2* de|signentur *M* 10 se, *m. 1 corr.* sed *F* 14 non signific̄ etiam *M* 15 hic *om. A* 16 carnis non ut (non *eras.*) *P* 17 numquam, *super* quam *m. 2 add.* ł quidnam *B* 18 etiam illi hoc *punctis m. 1 corr. M* 19 qui *B* carnem et ossa *M; cf. p. 325, 4* 20 aut] ut *A* et *M* 21 sit] est *M* resurgens *M* 22 moritur *PMACP*[1] *edd. sec. Vulg.* mor, *m. 1 corr.* mors *P* 23 dominabitur *MFA edd. sec. Vulg.*

que considera. cum resurrectionem mortuorum persuadere uellet eis, qui dicebant, quia resurrectio mortuorum non est, Christi resurrectione praemissa in exemplum inter cetera, quae ibi disseruit, intulit sibi quaestionem atque ait: Sed dicet aliquis: ‘Quo modo resurgent mortui? quo autem corpore uenient?’ id est quali corpore. deinde adhibens documenta seminum: Stulte, inquit, tu quod seminas, non uiuificatur, nisi moriatur, et quod seminas, non corpus, quod futurum est, seminas sed nudum granum fere tritici aut alicuius ceterorum; deus autem illi dat corpus, quo modo uoluerit, et unicuique seminum proprium corpus. secundum hoc ergo dixerat: Non corpus, quod futurum est, seminas. neque enim non triticum erit ex tritico; sed, quia nemo seminat herbam uel stipulam et multiplicia in palea tegimenta granorum, cum quibus tamen semina exsurgunt, ideo ait: Sed nudum granum hinc uolens ostendere, quia, si deus potest addere, quod non erat in nudo semine, multo magis potest reparare, quod erat in hominis corpore.

7 Iam uero, quod adiungit, ad differentiam pertinet resurgentium propter diuersas glorias fidelium atque sanctorum. non omnis, inquit, caro eadem caro, alia quidem hominum alia autem caro pecorum alia uolucrum alia piscium. et corpora caelestia et corpora terrestria; sed alia est caelestium gloria et alia terre-

4 I Cor. 15, 35—38 22 I Cor. 15, 39—42

1 ualet *F* 2 quod *f l r m* est *om. A* 3 resurrectio ñ *M* 4 deseruit *MA* describit *C* siue, *m. 1 corr.* sibi *B* atque *in ras. m. 2 P* dič *M* dicit *FC* 6 quale *A* 7 sulte *A* ñ* *P*¹ 8 nisi prius moriatur *edd. sec. Vulg.* (*Gr.* ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ); *cf. p. 173, 11; 174, 18* 9 nundum *A* 10 fere] farris et *P*¹ ut puta *l r m sec. Vulg.* (*Gr.* εἰ τύχοι) alicī *B* 11 corpus dat *M* 12 ergo hoc *M* 14 non *om. F* quia *om. C* 15 herba *C* uel] aut *M* 16 surgunt semina *M* 19 rapere *C* 21 propter hoc diuersas (hoc *eras.*) *P* 22 inquit *om. M* 25 caelestia, *m. 1 corr.* caelestiū *M*

strium. et alia gloria solis et alia gloria lunae et alia gloria stellarum; stella enim ab stella differt in gloria. sic et resurrectio mortuorum. in his omnibus iste sensus est: si genera carnis, cum sint cuncta mortalia, differunt tamen inter se pro diuersitatibus animantium et si corpora, cum sint omnia uisibilia, differunt tamen pro diuersitatibus locorum, unde alia est caelestium gloria alia terrestrium, et si in locis sublimibus, cum sint cuncta caelestia, differunt etiam ipsa claritatibus luminum, non mirum est, quod in resurrectione mortuorum distabit gloria meritorum.

8 Hinc iam uenit ad illud, quod communiter habet omnis caro, quae ad uitam resurgit aeternam, et dicit: Seminatur in corruptione, surget in incorruptione; seminatur in contumelia, surget in gloria; seminatur in infirmitate, surget in uirtute; seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. in his uerbis apostoli numquid fas est putare melius corpora nostra resurrectura quam Christi, cum de illo sit propositum exemplum, quod fideliter intendere et per eius gratiam sperare debeamus? ac per hoc nullo modo potuit corpus Christi cum corruptione resurgere, si nostrum in incorruptione resurrecturum promittitur, nec potuit illud sine gloria, si nostrum resurget in gloria;

13 I Cor. 15, 42—44

1 et *post* terrestriun *eras.* *P* solis alia (et *om.*) *C f l r m sec. Vulg.* (*Gr.* ἡλίου καὶ ἄλλη) 2 gloria *om.* *M* a *C edd. sec. Vulg.* distat *M* 5 diuersitatis *C* animantium sic et corpora *C* 6 tamen *om.*, *m. 2 add.* *P* 7 est alia *M* 9 e*tiā///˙(*parua ras.*) *B* ipsa claritatis *M* ipsę claritates *P* 10 in mortuorum resurrectione *C* in *om.* *F* resurrectione* (m *eras.*) *PF* 14 corruptionem *B* surget in incorruptione *om.*, *in marg. m. 2 add.* *P* surgit *MF* (*m. fortasse 1 corr.* surget) *A* incorruptionem *B* corruptione, *m. 1* (?) *corr.* incorruptione *F* 15 surgit *M* firmitate *C* 16 surgit *M* 17 surgit *MC* 21 nullo—cum *om.*, *s. u m. 2 add.* non potuit in *P* *post* Christi *in fine u. ras.* 3—4 *l.* (*fuitne* cum?) *M* 22 surgere *MFA* in *om.*, *m. 1 add.* *B*

quae autem gloria, ubi adhuc corruptio? nimis itaque absurdum est, ut credamus illud corpus et in infirmitate seminatum esse, id est mortificatum et in infirmitate resurrexisse, cum corpus nostrum seminetur in infirmitate, resurgat in uirtute et dicat idem apostolus de Christo: Etsi crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit in uirtute dei. quis uero tam absurde sapiat, ut credat illud corpus animale seminatum, animale resuscitatum, si nostrum seminatur animale, surget spiritale?

9 Constat itaque neque ullo modo dubitandum est corpus Christi, quod, licet corruptionem putredinis in sepulcro non uiderit, unde scriptum est: Nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem, clauis tamen et lancea perrumpi potuit, nunc omnino in incorruptione consistere et, quod in contumelia passionis mortisque seminatum est, nunc esse in gloria uitae aeternae et, quod ex infirmitate potuit crucifigi, nunc in uirtute regnare et, quod erat corpus animale, quoniam ex Adam sumptum est, nunc esse spiritale, quoniam spiritui iam inseparabiliter copulatum est. cum enim uellet apostolus de corpore animali adhibere testimonium scripturarum, illud posuit, quod in Genesi legitur: Si est, inquit, corpus ani-

5 II Cor. 13, 4 12 Ps. 15, 10 13 Ioh. 20, 25; 19, 34 21 I Cor. 15, 44—45

1 autem ibi gloria *edd.* ubi] cū *M* itaq/// (*parua ras.*) *B* 2 esse seminatum *edd.* 3 Id̄ ē *M* 4 surgat in uirtute *P* resurgat in ui uirtute *C* resurrexisse, *m. 2* resurgat in uirtute *B* 5 idem *om.* *P*[1] 6 in uirtute] * infirmitate, *m. 2* in uirtute *B* ex uirtute *m sec. sacr. litt.* 7 illud quod corpus (quod *eras.*) *P* seminatur, *m. 1 (?) corr.* seminatum *B* 8 resuscitatur, *m. 1 (?) corr.* resuscitatum *B* surgit *M* 11 libet, *m. 1 corr.* licet *F* 13 clauis] clausus *M* 14 omni modo *F* in *om.* *B* (*m. 1 add.*) *FAC* (*m. 2 add.*) ꝑsistere *M* 15 contumelias *C* seminatur, *m. 1 (?) corr.* seminatum *B* 16 ex nr̄a infirmitate *M* 17 quoniam] quam, *m. 2* quod *C* 18 sumptum (*pr.* um *in ras. m. 1*) *F* *t', *m. 2* sumptum *B* sumtus *Eugippi cod. Vat.* esse] est *C* q///ū̄ (*parua ras.*) *B* 19 iam *om.* *MC* copulatur, *m. 1 (?) corr.* copulatum *B* 20 animali *ras. ex* animale *M*

male, est et spiritale; sic et scriptum est: 'Factus est primus Adam in animam uiuentem' uel 'in animam uiuam'. recolis certe, quem ad modum scriptum sit: Et insufflauit deus in faciem eius flatum uitae et factus est homo in animam uiuam. dictum est autem etiam de animalibus: Producat terra animam uiuam. intellegitur ergo corpus animale dici simile ceteris animalibus propter mortis dissolutionem et corruptionem, quae cotidie cibo reficitur et postea superata animantis compago dissoluitur, spiritale autem corpus, quod iam cum spiritu inmortale est.

10 Quamuis nonnulli arbitrentur tunc fieri corpus spiritale, cum iam et ipsum corpus mutatur in spiritum et, quod homo erat ex corpore et spiritu, utrumque ac totum spiritus erit, quasi dixerit apostolus: 'Seminatur corpus, surget spiritus'. dixit autem: Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. proinde, sicut animale corpus non est anima sed corpus, ita et spiritale corpus non spiritum debemus putare sed corpus. quis porro audeat opinari uel Christi corpus non spiritale resurrexisse uel, si spiritale surrexit, non iam corpus fuisse sed spiritum, cum hanc opinionem discipulorum refellat,

4 Gen. 2, 7 6 Gen. 1, 24 16 I Cor. 15, 44

1 s (i *supra*) et *B* sič et *M* sicut *edd.* 2 Adam] homo adam *AC sec. sacr. litt.* homo *M* 3 recoles cetera quem *B* scriptum *bis, alterum del. F* est *A* 4 inflauit *A* 5 est *post* factus *om. C* autem *in fine u. om.* $P^1$ 6 etiam *om. B* 7 ergo *om. M* 9 cibo *om., m. 1 add. C* seperata (*pr.* e *ex corr. m. 2; fuisse uid.* u) $P^1$ separata *P l r m* reparata *C* compago, *m. 2* compage $P^1$ compage *l r m* 10 spiritalem *A* 12 quauis *A* 13 iam et] etiam et *P* spiritum, *m. 2* ł sp̄u *B* spiritu *AC* et quod—spiritu *om. A* 14 qs̄ *B* qu*asi (*fuit* i) *P* 15 dixerit *ex ras.* (*fuitne* dixerat?) *B* surget et spiritus $P^1$ 16 autem] apostolus *B Eug.* animale corpos, *m. 1 corr.* corpus animale *M* animale corpus *C* surget et corpus $P^1$ 17 anima *in fine u. om., in marg. m. 2 add.* sp̄s $P^1$ sed corpus et spiritale corpus ita non est spiritus sed corpus *Eugippi cod. Vat.* 20 surrexisse *A* si *om. A* resurrexit *Eug.* iam non *edd.*

ubi, cum eum uidentes existimarent se spiritum uidere, ait: Palpate et uidete, quia spiritus ossa et carnem non habet, sicut me uidetis habere? iam igitur illa caro spiritale erat corpus nec tamen spiritus erat sed corpus nulla ulterius morte ab anima resoluendum atque separandum sicut corpus animale, quale animatum est dei flatu, cum factus est homo in animam uiuam, etiam ipsum ex animali spiritale sine mortis interuentu futurum, nisi transgressio praecepti prius commisso peccato infligeret poenam, quam deus seruatae iustitiae daret coronam.

11 Unde dominus Christus per nos ad nos uenit, cum peccatores iustus inuenit, per stratum quodam modo humilitatis nostrae sed non cum morbo iniquitatis nostrae. nam per animale nobis, hoc est per mortale corpus apparuit, qui utique, si uoluisset, cum corpore inmortali primitus aduenisset. sed quia nos humilitate filii dei sanari oportebat, usque ad nostram infirmitatem descendit et fidei nostrae meritum ac praemium uirtute suae resurrectionis ostendit. ideo sequitur apostolus et dicit: Nouissimus Adam in spiritum uiuificantem. siue intellegatur primus Adam, qui de puluere ante formatus est, nouissimus autem Adam, qui de uirgine procreatus est, siue in unoquoque homine utrumque compleatur, ut primus Adam sit homo in corpore mortali, nouissimus Adam idem

1 Luc. 24, 37  2 Luc. 24, 39  6 Gen. 2, 7  10 II Tim. 4, 8  19 I Cor. 15, 45

1 existimabant, *m. 1 corr.* existimarent *M*  2 carnem et ossa *M; cf. p. 325, 4*  3 me *om., post* uidetis *m. 2 add.* $P^1$  5 resoluendum (um *in ras. m. 2*) *B*  6 animatur, *m. 2* animatum *B*  flatum (m *eras.*) *P*  7 animale, *m. 1 corr.* animali *P*  8 *ñ *B* si, *m. ut uid. 1 corr.* sine $P^1$  interuentu fuerat futurum *m*  transgressu, *m. 2 (?)* transgressio *P*  9 peccato *om. A*  10 dare *FA*$P^1$ (*m. 2* daret)  12 stratam *C*  13 sed non—nostrae *om. BA*  non *om., m. 1 add. M*  16 humilitati *M*  sanare, *m. 2* sanari $P^1$  18 uirtę *A*  19 sp̄u (*m. 1 ? corr.* sp̄m) uiuificantem *P* sp̄u uiuificantē *M*$P^1$ (*post.* ~ *eras.*) spiritu uiuificante *BFA*  20 pri///mus (*parua ras.*) *P*  21 creatus *M*  23 nouissimus—inmortali *om.* $P^1$  nouissimus (ssimus *in ras. m. 1*) *F* nouissimus aut̃ *M*  idem *om. M* id est *C*

ipse in corpore inmortali, tamen inter animam uiuentem et spiritum uiuificantem hoc interesse uoluit, ut illic sit corpus animale hic spiritale. anima quippe in corpore animali uiuit quidem, sed non uiuificat usque ad auferendam corruptionem; in corpore uero spiritali, quoniam perfecte adhaerens domino unus spiritus est, sic uiuificat, ut spiritale corpus efficiat absumens omnem corruptionem, nullam metuens separationem.

12 Proinde sequitur: Sed non prius, quod spiritale est, sed quod animale, postea spiritale. primus homo de terra terrenus, secundus homo de caelo caelestis. qualis terrenus, tales et terreni et, qualis caelestis, tales et caelestes. sicut portauimus imaginem terreni, portemus et imaginem eius, qui de caelo est. quid est: Qualis terrenus, tales et terreni nisi mortales ex mortali? et quid est: Qualis caelestis, tales et caelestes nisi inmortales per inmortalem? illud per Adam hoc per Christum. dominus enim ad hoc terrenus factus est, cum esset caelestis, ut eos, qui terreni erant, faceret caelestes, hoc est ideo ex inmortali mortalis factus est adsumendo serui formam, non domini mutando naturam, ut eos, qui mortales erant, faceret inmortales impertiendo dominicam gratiam, non seruilem iniuriam retinendo.

5 I Cor. 6, 17   9 I Cor. 15, 46—49   21 Phil. 2, 7

1 mortali *M* (*m. 1 corr.* ĩmortali) *C* (*m. 2* immortali)   2 illic (ic *ex ras. et corr.*) *P*   s** *B*   4 quidem *om. Eugippi cod. Vat.*   6 deo *Eugippi cod. Vat.*   7 adsumens *P* (*m. ut uid. 1 corr.* absumens) *FC*   nullā (~ *eras.*) *M* nulla, *m. 2* nullā *P*[1]   metuans, *m. 1 corr.* metuens *M*   10 postea quod spiritale *f l r m sec. Vulg.*   prius *M*   11 terrenus] terratenus *M*   caelestis *om. PFAP*[1] *sec. sacr. litt.*   12 tales et (es et *ras. et corr. m. ut uid. 1*) *M*   qualis (i *ras. et corr. ex* e) *P* qualis ē *M*   14 et] etiam *P*   eius *om. M*   15 ////tales (et *eras. uid.*) *P*   16 mortali/// (*parua ras.*) *P*   qualis ē cęlestis *M*   17 nisi iam mortales *F* nisi iam inmortales *MA*   18 dš *P*[1]   terrenus est factus est (*pr.* est *del.*) *C*   19 cum] ut *A*   ut] et *M*   20 facere *M*   ex inmortalis factus est *A*   21 formam serui *MC*   non domini] nondū *M* ñdū *A*   23 non *om. C*   perpetiendo *P*

13 Cum igitur de resurrectione corporis apostolus disputans doceret nostra corpora futura ex corruptibilibus incorruptibilia, ex contemptibilibus gloriosa, ex infirmis fortia, ex animalibus spiritalia, hoc est ex mortalibus inmortalia, subiecit, unde agitur, atque ait: Hoc enim dico, fratres, quia caro et sanguis regnum dei possidere non possunt. et ne quisquam putaret secundum substantiam carnis hoc apostolum definisse, aperuit, quid diceret, subiungendo: Neque corruptio incorruptionem possidebit, tamquam diceret: 'Quod dixi: Caro et sanguis regnum dei non possidebunt, ideo dixi, quia corruptio incorruptionem non possidebit'. hoc ergo loco nomine carnis et sanguinis corruptionem mortalitatis intellegi uoluit.

14 Denique, tamquam ei diceretur: 'Quo modo caro erit et caro non erit? caro quippe erit, quoniam dominus post resurrectionem ait: Palpate et uidete, quia spiritus ossa et carnem non habet, sicut me uidetis habere, caro autem non erit, quoniam caro et sanguis regnum dei non possidebunt', exponit, quid dixerit, adiciens: Ecce mysterium dico uobis; omnes quidem resurgemus — uel, sicut Graeci codices habent, omnes quidem dormiemus —, non tamen omnes inmutabimur. hanc inmutationem utrum in deterius an in melius intellegi uoluerit,

1 I Cor. 15, 42—44 5; 8 I Cor. 15, 50 16 Luc. 24, 39 18; 19 I Cor. 15, 50—51

2 corruptilibus *F* 3 contentibilibus *C* 5 igitur *A* adque, *m. 2* atque *P* autem *edd. sec. Vulg.; Gr.* δέ 8 definiisse *m* qui, *m. 1 corr.* quid *P* quod *C* 9 corrup | (tio *in fine u. om.*) *A* incorruptione *M* 10 *in* $P^a$ *haec sunt:* caro et sanguis non possid . . . t regnum dei caro autem in hoc loco . . . . . corruptionem uoluit intellegi (*inter* d *et* t *tres fere litterae et post* loco *uerbum 4—5 l. legi non possunt*) 12 non possidebit] possidere n̄ possit *M* 16 palpapate (*postr.* pa *m. 2 del.*) $P^1$ carnem et ossa *M; cf. p. 325, 4* 17 carnem *om. A* 19 qui, *m. 1 corr.* quid *B* qui| *F* 20 uobis dico *edd. sec. sacr. litt.* resurgemus *ex* resurgimus *factum uid. P* resurgimus, *m. 2* resurgemus *B* 22 tamen *om. C*

inferiora demonstrant. in atomo, inquit, hoc est in puncto temporis, quod diuidi non potest, in ictu oculi, hoc est in summa celeritate, in nouissima tuba, hoc est in nouissimo signo, quod dabitur, ut ista compleantur; canet enim tuba, inquit. et mortui resurgent incorrupti et nos commutabimur. ergo istam commutationem in melius sine dubitatione oportet intellegi, quia omnes et iusti et iniusti resurrecturi sunt sed, sicut dominus in euangelio loquitur, qui bene fecerunt, in resurrectionem uitae, qui male egerunt, in resurrectionem iudicii, iudicium appellans poenam sempiternam, sicut alio loco: Qui non credit, inquit, iam iudicatus est. proinde illi, qui ad iudicium resurrecturi sunt, non commutabuntur in illam incorruptelam, quae nec doloris corruptionem pati potest; illa namque fidelium est atque sanctorum, isti uero perpetua corruptione cruciabuntur, quia ignis eorum non extinguetur et uermis eorum non morietur.

15 Quid sibi ergo uult ista distinctio: Et mortui resurgent incorrupti et nos commutabimur, nisi quia omnes incorrupti resurgent, sed ex his iusti etiam inmutabuntur in

1: 18 I Cor. 15, 52 9 Ioh. 5, 29 11 Ioh. 3, 18 16 Es. 66, 24

1 inferior, *m. 1 corr.* inferiora *F* at*omo (h *eras. uid.*) *P* tanto *MFA* 3 summa ** *P* 4 compleatur, *m. 2* compleantur *P* canit, *m. 2* canet *BP* canit *ACP*$^1$ inquit tuba *P*$^1$ 5 resurgunt *B* (*m. 2* resurgent) *PAP*$^1$ nos] nos inquit *B Eug.* commutabitur *B* (*m. 1 corr.* commutabimur) *F* 7 iniusti] iniusti qui *M* (qui *eras.*) *FAP*$^1$ (qui *m. 2 del.*) iniqui *C* 9 resurrectione *M* qui uero male *m sec. Vulg.* 10 mala *Eugippi cod. Vat. sec. Vulg.; Gr.* τὰ φαῦλα agerunt *M* resurrectionē (∼ *m. ut uid. 2*) *B* resurrectione *M* 11 sicut in alio *A* non *om., m. 2 add. P*$^1$ 12 qui *om., m. 2 add. A* 13 commutab̄*tur (i *eras.?*) *B* commutabunt *Eugippi cod. Vat.* 14 dolis, *m. 2* doloris *P* pati *om., m. 2 add. P* illa* (m *eras.*) *P* 15 isto, *m. 1 corr.* isti *P* corruptione pati cruciabuntur (pati *del.*) *P* 18 si, *m. 2* sibi *B* ergo *om., m. 1 add. P*$^1$ resurgunt *PM* 19 quia *in ras.* (*m. 1?*) *B* 20 etiam iusti *edd.* inmutab·ntur (*l. prorsus detrita*) *M*

illam incorruptelam, cui omnino nulla possit nocere corruptio? ac per hoc, qui in eam non commutabuntur, incorrupti quidem resurgent integritate membrorum sed tamen corrumpendi dolore poenarum, cum audierint: Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius. a quo auditu malo iustus non timebit. de illa uero commutatione iustorum cum dixisset: Nos commutabimur, tamquam quaereremus, quo modo istud fiat uel qualis illa commutatio futura sit, adiungit et dicit: Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelam et mortale hoc induere inmortalitatem. non, ut opinor, dubitandum est secundum hoc dictum: Caro et sanguis regnum dei non possidebunt, quia non ibi erit corruptio et mortalitas carnis et sanguinis; secundum has enim qualitates hoc loco carnem et sanguinem nuncupauit.

16 Quocirca, ut aliquid exempli gratia ponam, quod interim occurrit, sicut scriptum est: Ne forte temptauerit uos, qui temptat, et inanis sit labor noster — atque hic intellegitur diabolus, tamquam deus omnino non temptet, de quo alio loco scriptura dicit: Ipse autem neminem temptat; nec contraria est ista sententia ei, qua dicitur: Temptat uos dominus deus uester, sed soluitur quaestio,

4 Matth. 25, 41 5 Ps. 111, 7 7; 9 I Cor. 15, 52—53 12 I Cor. 15, 50 17 I Thess. 3, 5 20 Iac. 1, 13 21 Deut. 13, 3

1 incorruptelā *ex corr. m. 2, fuisse uid.* incorruptalē (*cf. u. 10*) *M* corruptelam *A* posit, *m. 2* possit *B* 2 *ac (h *eras.*) *P*¹ qui non commutabuntur in eam *Eugippi cod. Vat.* qui in ea *FAP*¹ (in *ras. ex* an) quia *M* 3 in integritate *Eugippi cod. Vat.* do*lore *B* 4 ite maledicti in *edd. sec. sacr. litt.* aeternum ignem *M* 5 praeparatus *A* auditū (~ *eras.*) *M* 6 commutatione* (*fuit* m) *P* 7 dixisset et nos *P* 8 quaeremus, *m. 1 corr.* quaereremus *P*¹ uel—sit *om. A* 10 incorruptalem, *m. 1 corr.* incorruptelam *M* incorruptionem *Eugippi cod. Vat.* 13 ibi non *A* 14 enim has *M* has *om. Eugippi cod. Vat.* 16 po///nam (*parua ras.*) *F* ponam (o *ex corr. m. 2*) *M* 17 uos *is (h *eras.*) qui *P* uos is qui *C sec. Vulg.* 18 lobor, *m. 1 (?) corr.* labor *F* atque—neminem temptat *om. B* 20 alo, *m. 1 corr.* alio *M* scriptū *A* nemine *C* 21 ne, *m. 1 (?) corr.* nec *A* est *om., m. 1 add. P*¹ est eis (eis *m. 2 del.*) *M* illa *B*

cum uocabulum temptationis diuersas intellegentias habet eo, quod alia sit temptatio deceptionis alia temptatio probationis: secundum illam non intellegitur, qui temptat, nisi diabolus. secundum hanc uero temptat deus —, ita, cum dicitur 'caro possidebit regnum dei' et 'caro non possidebit regnum dei', etiam huius nominis intellegentia discernatur et nulla erit quaestio, quoniam caro secundum substantiam, secundum quam dictum est: Spiritus ossa et carnem non habet, sicut me uidetis habere, possidet regnum dei, caro autem cum secundum corruptionem intellegitur, non possidebit; hoc enim expositum est, cum diceretur: Caro et sanguis regnum dei non possidebunt, in eo, quod continuo additum est: Neque corruptio incorruptionem possidebit, sicut satis, quantum arbitror, disseruimus.

III 17 Quod autem quaeris, utrum singillatim a creatore deo corporum liniamenta formentur, non te mouebit, si, quantum potest humana mens, potentiam diuinae operationis intellegas. quo modo enim negare poterimus deum etiam nunc operari cuncta, quae creantur, cum dominus dicat: Pater meus usque nunc operatur? unde illa cessatio septimi diei ab ipsis naturis condendis intellegenda est facta, non ab earum administratione, quae conditae referuntur. cum ergo natura rerum a creatore administratur et per ordines praefinitis locis

8 Luc. 24, 39 11 I Cor. 15, 50 19 Ioh. 5, 17

1 habeat *edd. praeter a* 2 **probationis (re *eras.*) *P*[1] 4 dicitur] dš *A* 5 caro et sanguis non *Eugippi cod. Vat.* 6 ///nominis (1 *eras.*) *A* intellegentia//// (*ras. 1—2 l.*) *B* discernitur *M* 7 secundum (um *ex corr. m. 2*) quam *B* qua, *m. 2* quā *M* 8 carnem et ossa *M; cf. p. 325, 4* 9 possidebit *f l r m* coro *A* cum *om., m. 1 add. P* 15 a *om., m. 2 add. M* deo] do *m. 2 exp. M* corparū, *m. 2* corporū *M* corporis *A* 17 huma, *m. 1 corr.* humana *B* 18 potuerimus *P* deum * etiam (*fuit* e) *A* 19 cum dictum sit in euangelio pater *P*[a] 20 operatur et ego operor *P*[a]; *quae autem sequuntur* unde—referuntur *non habet* 21 condensis *F* conden|di sint //// legenda (*ras. 1—2 l.*) *m. 2 corr. M* 22 amministratione* (*fuit* m) *P* qua* *PP*[1] 23 praefinitos *C*

et temporibus suis cuncta nascuntur, deus usque nunc operatur. nam si deus nunc ista non format, quo modo legitur: Priusquam te formarem in utero, noui te? quo modo etiam accipi potest: Quod si faenum agri, quod hodie est et cras in clibanum mittitur, deus sic uestit? nisi forte credendum est faenum a deo uestiri et a deo corpora non formari. cum enim dixit 'uestit', non de praeterita ordinatione sed de praesenti operatione satis indicat. unde est etiam illud apostoli de seminibus, quod supra commemoraui: Non, inquit, corpus, quod futurum est, seminas sed nudum granum fere tritici aut alicuius ceterorum; deus autem illi dat corpus, quo modo uoluerit. non dixit 'dedit' aut 'disposuit' sed 'dat', ut creatorem intellegas efficaciam sapientiae suae rebus, quae cotidie suis temporibus oriuntur, condendis adhibere. de qua sapientia dictum est: Pertendit a fine usque in finem fortiter et — non dixit 'disposuit' sed — disponit omnia suauiter. multum est autem uel tenuiter sapere, quo modo commutabilia et temporalia non commutabilibus et temporalibus creatoris motibus sed aeterna et stabili uirtute condantur.

IV 18 De illo sane, quod percontandum putasti, utrum baptizati omnes, si absque paenitentia diuersis criminibus inretiti de

3 Hier. 1, 5   4 Matth. 6, 30   10 I Cor. 15, 37—38   16 Sap. 8, 1

1 suis *om.* *B*   2 ista nunc $P^a$   mo, *m. 1 corr.* modo *P*   4 quod si] s; si $P^1$   hodiẽ et cras *C*   5 cras* *B*   6 et] s; $P^1$   8 operatio, *m. 2* operatione *M*   9 etiam *om.* *C*   se*minibus *P*   commeraui, *m. 1 corr.* commemoraui *B*   11 fere* *P* (*fuisse uid.* t) $P^1$ (t *eras.*) ut puta *l r m sec. Vulg.; Gr.* εἰ τύχοι   trici, *m. 1 corr.* tritici *C*   12 dat illi *Eug. sec. sacr. litt.*   dat *om.*, *m. 1 add.* *B*   13 disposuit *om.*, *m. 1 add.* *C*   intellegas////////creatorem (*ras. 3—4 l.*) *M*   creatorum, *m. 2* creatorem $P^1$   14 suis in temporibus (in *exp.*) *F*   15 oriunt condensis *A*   sapientia* *B*   16 pertingit *B; Vulg.* attingit, *Gr.* διατείνει   a* fine* (*fuit* ad finem) *P*   in] ad *MA*$P^1$ *Eug. sec. Vulg.*   18 autem] enim *B Eug.*   tenuitur *A*   20 creaturis *M*   et *om.* *B Eugippi codd. apud Knoell.*   22 percontandum, *m. 2* percunctandum $P^1$ percunctandum *M* (*m. 2* percontandum) *FA*

corpore exierint, ueniam quolibet tempore consecuturi sint, librum non paruae quantitatis iam scripsi, quem si describere curaueris, fortasse nihil ulterius hinc requires.

19 Vis etiam per me scire, utrum dei flatus ille in Adam idem ipse sit anima. breuiter respondeo: aut ipse est aut ipso anima facta est. sed et si ipse est, factus est. de anima quippe loquitur per Esaiam prophetam deus, ubi dicit: Omnem flatum ego feci, quod sequentia satis indicant; sequitur enim: Propter peccatum modicum quid contristaui illum, id est ipsum flatum, et cetera, quae nisi de anima humana intellegi nequeunt. in hac enim quaestione maxime cauendum est, ne anima non a deo facta natura sed ipsius dei substantia tamquam unigenitus filius, quod est uerbum eius, aut aliqua eius particula esse credatur, tamquam illa natura atque substantia, qua deus est, quicquid est, commutabilis esse possit, quod esse animam nemo non sentit, qui se habere animam sentit.

Cum ista dictarem, perlator iam uentum expectans me uehementer, ut nauigaret, urguebat. itaque, si quid hic incondite atque inculte dictum legeris uel si totum ita esse perspexeris, doctrinae da operam, linguae ueniam.

7 Es. 57, 16—17 sec. Septuag.

1 quodlibet (d *exp.*) *F* tēpr̄ *P* tēprē *M* sunt *A* 2 libr, *m. 1 (?) corr.* librū *B* si *om., m. 1 add. F* 3 curaberis *M* uterius, *m. 1 corr.* ulterius *P* 4 per me scire] permiscere *P* idem *om. B* idem (em *supra ras. m. 2; in ras.* et *fuisse uid.*) *P*[1] 5 animā *F* est factus aut *A* ipsa, *m. 1 corr.* ipso *M* ipse *A* 8 satis *om. M* 9 quid, *m. 2* ł quod *B* quod *A* contristaui* (*fuit* t) *P* 10 anima *om., m. 1 (?) add.* āā *C* 11 huma *B* nequeant *Eugippi codd. apud Knoell.* 13 unigenitus dei filius *Eugippi codd. apud Knoell.* 14 eius *post* aliqua *om. B (m. 2 add.) M (m. 1 add.)* 15 qua, *corr.* quae *P*[1] quę *A* 16 nemo—animam *om. P* |||||n̄ (co *eras.?*) *P*[1] 17 animam habere *edd.* *post* sentit *apud Eug. haec sequuntur:* nam quod attinet ad eius originem, qua fit, ut sit in corpore, utrum de illo uno sit, qui primum creatus est, quando factus est homo in animam uiuam, an similiter fiant singulis singulae nec tunc sciebam nec adhuc scio 18 dictarem] rem *A* uentum *om., m. 2 add. B* 21 ueniam. et alia manu: Deo uiuas, dilectissime fili *B* (*cum ras. 1—2 l. post* fili) *m*

## CCVI.

DOMINO MERITO INLUSTRI ET PRAESTANTISSIMO ATQUE IN CHRISTO CARISSIMO FILIO VALERIO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

Quotienscumque a me petunt homines, ut eos tuae benignitati fideique commendem, si non facio, non mihi recte uideor de tua uel erga opis indigos misericordia uel erga nos beniuolentia iudicare. itaque facio et maxime ministros Christi, qui ecclesiae curam gerunt, cuius te coheredem et filium esse gaudemus, tuae praestantiae commendare non dubito, domine merito inlustris et praestantissime atque in Christo carissime fili. sanctus itaque frater et coepiscopus meus Felix cum hoc me rogasset, utique negare non debui. commendo ergo tibi episcopum Christi egentem auxilio uiri sublimis; fac ergo, quod potes, quoniam tibi plurimum posse praestitit dominus, cuius te lucrorum auidissimum nouimus.

9 Rom. 8, 17

*V* = *cod. Vaticanus 495 s. XV.*
*U* = *cod. Vaticanus 499 s. XV.*

*Louanienses hanc epistulam in Vaticanis exemplaribus repertam primi ediderunt.*

2 carissimo in christo *U* 5 quotiescumque *edd.* 11 et] atque *edd.* 12 meus] noster *edd.*

# CCVII.

BEATISSIMO FRATRI ET COEPISCOPO CLAUDIO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

Quoniam mihi fraterno excitatus affectu Iuliani quattuor libros, quos aduersus unum meum scripsit, priusquam peterem, ipse misisti, nihil conuenientius putaui esse faciendum, quam ut ea, quae respondeo, tu potissimum legens iudices, utrum recte congruenterque responderim. nam de his quattuor libris nonnulla decerpta scripserat nescio quis ad inlustrem et religiosum uirum comitem Valerium aduersus eundem librum meum, quem me ad illum scripsisse cognouerat. quae cum in manus meas eodem sublimí uiro curante uenissent, illi primo non distuli secundum uolumen adiungere, in quo illa omnia, sicut potui, refutaui. sed nunc eosdem libros cum diligentius inspicerem, comperi illum, qui nonnulla inde selegerat, non omnia ita posuisse, ut in his libris legitur. unde poterit uideri Iuliano uel cuilibet illorum me potius fuisse mentitum, quia utique non sicut hi quattuor libri ita illa, quae de his ex-

*O* = *cod. Bodleianus 145 s. XI in.*
*A* = *cod. Aurelianensis 162 s. XI.*
*B* = *cod. Biturigensis 83 s. XI.*
*R* = *cod. Rotomagensis 115 s. XI.*
*P* = *cod. Parisinus 2101 s. XII.*
*V* = *cod. Vaticanus 503 s. XII ex.*
*P*[1] = *cod. Parisinus 2102 s. XIII.*

*Haec epistula Augustini libris contra Iulianum praeposita huc translata est a Maurinis.*

4 michi**| *V* ·IIII·or *O* 7 potissimum tu *m* 8 ·IIII·or *V* 9 decerpta (p *s. u.*) *V* scripserat (rat *in ras.*) *O* 10 aduersum *P*[1] 11 illum] eum *V* nouerat *V* qua, *m. 1 corr.* quo *B* 13 illa *om. V* 14 libros eosdem cum *V* cum eosdem libros *m* 15 selegerat *ex* se legerat *V* se legerat *R* 16 potuisse, *m. 2* posuisse *O* libris *om. ABRV* leguntur *m* potest uideri *O* uideri poterit *m* 18 non utique *m* hii *BR* ·IIII·or *B* excerpta (p *s. u.*) *V* scripta *OA*

cerpta et memorato comiti missa sunt, innotescere potuerunt. quisquis ergo et illum secundum librum meum ad comitem identidem Valerium sicut primum conscriptum legit, nouerit me in quibusdam non respondisse Iuliano sed ei potius, qui de libris eius illa selegit et non ita posuit, ut inuenit, sed aliquantum putauit esse mutanda, fortasse ut eo modo quasi sua faceret, quae aliena esse constaret. nunc autem ueriora credens exemplaria, quae tua sanctitas misit, ipsi auctori uideo respondendum, qui unum meum quattuor libris suis refellisse se iactat et usquequaque spargere fidei uenena non cessat. adgressus sum igitur hoc opus in adiutorio saluatoris pusillorum atque magnorum et scio te, ut id implerem, orasse pro me et pro his, quibus huiusce modi labores nostros profuturos credimus et optamus. adtende ergo iam responsionem meam, cuius principium hanc epistulam subsequetur. ualeas in domino memor nostri, frater beatissime.

## CCVIII.

DOMINAE MERITO SUSCIPIENDAE ET IN CHRISTI MEMBRIS HONORANDAE FILIAE FELICIAE AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Non dubito animum tuum et pro tua fide et pro aliorum infirmitate uel iniquitate turbatum, cum sanctus apostolus

11 Apoc. 19, 18

1 comiti] principi *V* sunt missa *P*[1] 4 me *om., s. u. m. 1 add. B* 5 selegit *ex* se legit *V* uti *BR* aliquanta *O* aliquantulum *BR* 8 credens esse exemplaria *BR* 9 ·IIII·[or] *V* 10 se *om. m* 12 scio (o *in ras. m. fortasse 1*) *O* id implerem] adimplerem *VP*[1] 13 iis *m* 14 ergo *om., in marg. m. 1 add. B* iam *s. u. O* 15 principio *A* hac, *corr.* hanc *O* subsequar *A* uale *OAm* 16 beatissime frater *Om*

*T* = *cod. Trecensis 40 s. XIII.*
*H* = *cod. Mus. Brit. Harl. 3107 s. XIII.*
*R* = *cod. Vaticanus 494 s. XIII ex.*
*V* = *cod. Vaticanus 495 s. XV.*
*U* = *cod. Vaticanus 499 s. XV.*

18 suspiciendae *R* 19 honorandae *om. HR* 21 et aliorum (*om.* pro) *VU*

plenus uisceribus caritatis confiteatur et dicat: Quis infirmatur et ego non infirmor? quis scandalizatur et ego non uror? unde etiam ego ipse compunctus et pro tua, quae in Christo est, salute sollicitus has uel consolatorias uel exhortatorias litteras ad tuam sanctitatem dandas putaui, quoniam in domini nostri Iesu Christi corpore, quod est ecclesia eius et unitas membrorum eius, germanissima nobis facta es, quae tamquam honorabile membrum in eius compage diligeris et nobiscum illius sancto spiritu uiuis.

2 Unde te admoneo, ne grauius perturberis his scandalis, quae ideo uentura praedicta sunt, ut, quando uenirent, reminisceremur esse praedicta et non eis ualde commoueremur. nam haec ipse dominus in euangelio ita praedixit: Vae mundo ab scandalis! oportet uenire scandala; uae autem illi homini, per quem scandalum uenit! qui sunt ipsi homines, nisi de quibus dicit apostolus: Sua quaerentes, non quae Iesu Christi? alii sunt ergo, qui propterea tenent pastorales cathedras, ut Christi gregibus consulant; alii uero, qui propterea in eis sedent, ut suis honoribus temporalibus et commodis saecularibus gaudeant. ista duo genera pastorum aliis morientibus aliis nascentibus in ipsa catholica necesse est usque ad finem saeculi et usque ad domini iudicium perseuerent. si enim temporibus apostolorum fuerunt tales, inter quos falsos fratres apostolus gemeret et diceret: Periculis in falsis fratribus nec eos per superbiam separaret, sed per tolerantiam sustineret, quanto magis temporibus nostris necesse est, ut sint, cum de tempore huius

1 II Cor. 11, 29  6 Col. 1, 24  13 Matth. 18, 7; Luc. 17, 1  16 Phil. 2, 21  25 II Cor. 11, 26

2 non ego *m*  3 non ego *m; Gr.* οὐκ ἐγώ  etiam] eodem modo *VU*  ego] et *U*  10 ammonio, *corr.* ammoneo *R*  11 reminiscerentur, *m. ut uid. 1 corr.* reminisceremur *H*  13 in euangelia *T*  15 homini illi *T edd., sicut est in Vulg. Clementina*  ueniet *HR*  21 aliis|is nascentibus *T* aliis his nascentibus *VU*  catholica eccła *T*  22 saeculi usque (*om.* et) *VU*  23 peruenerit *T*

saeculi, quod propinquat ad finem, apertissime dominus dicat: Quoniam abundauit iniquitas, refrigescet caritas multorum! sed, quod sequitur, nos debet consolari et exhortari: Qui perseuerauerit, inquit, usque in finem, hic saluus erit.

3 Sicut autem sunt pastores boni et mali, sic etiam in ipsis gregibus sunt et boni et mali. boni ouium nomine significantur, mali uero haedi appellantur. sed commixti pariter pascunt, donec ueniat princeps pastorum, qui dictus est unus pastor, et, quem ad modum ipse promisit, separet sicut pastor oues ab haedis. nobis enim imperauit congregationem, sibi autem seruauit separationem, quia ille debet separare, qui nescit errare. nam qui separare ante tempus, quod sibi dominus seruauit, superbi serui facile ausi sunt, ipsi potius ab unitate catholica separati sunt; nam schismate inmundi mundum gregem habere unde potuerunt?

4 Ut ergo in unitate maneamus nec offensi scandalis palearum aream dominicam deseramus, sed potius usque in finem uentilationis frumenta perseueremus et comminutam stipulam firmo caritatis pondere toleremus, ipse pastor noster in euangelio de pastoribus bonis nos admonet, ut propter bona opera eorum nec in eis ipsis nostram spem ponamus, sed eum, qui illos tales fecit, patrem, qui in caelis est, glorificemus et de pastoribus malis, quos nomine scribarum et Pharisaeorum
5 significare uoluit docentes bona et facientes mala; nam de bonis pastoribus ita loquitur: Vos estis lumen mundi. non potest ciuitas abscondi super montem consti-

2 Matth. 24, 12 4 Matth. 24, 13; 10, 22; Marc. 13, 13 7 Matth. 25, 32—33 9 I Petr. 5, 4; Ioh. 10, 16 10 Matth. 25, 32 17 Matth. 3, 12 20 Ioh. 10, 11; 14 21 Matth. 5, 16 24 Matth. 23, 2—3 26 Matth. 5, 14—16

2 abundabit *edd. sec. Vulg.* (*ed. Clement.* abundauit); *Gr.* διὰ τὸ πληθυνθῆναι 7 nomine ouium *signis corr. T* 16 unde habere *T edd.* 17 uninitate *T* 18 aleam, *m. 1 corr.* aream *R* desideramus (id *eras.*) *R* usque *om. U* 20 tolleremus *VU* 23 tales illos *edd.* 26 lumen *in ras. m. 1* (*fuitne* lux?) *R* 27 pos*ita (*fuit* t) *V* posita *U sec. Vulg.*

tuta neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. sic luceat lumen uestrum coram hominibus, ut uideant opera uestra et glorificent patrem uestrum, qui in caelis est. de malis autem pastoribus oues admonet dicens: Super cathedram Moysi sedent. quae dicunt, facite; quae autem faciunt, facere nolite; dicunt enim et non faciunt. his auditis oues Christi etiam per malos doctores uocem ipsius audiunt et unitatem illius non relinquunt, quia bonum, quod eos audiunt dicere, non est ipsorum sed illius; et ideo secure oues pascuntur, quia et sub malis pastoribus pascuis dominicis nutriuntur. non autem faciunt malorum facta pastorum, quia talia opera non sunt illius sed ipsorum. quos autem bonos uident, non solum audiunt bona, quae dicunt, sed etiam imitantur bona, quae faciunt. de talibus erat apostolus, qui dicebat: Imitatores mei estote sicut et ego Christi. iste lumen erat inluminatum a lumine sempiterno, ipso domino Iesu Christo, et in candelabro positum erat, quia in eius cruce gloriabatur. unde ait: Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. et quia non sua quaerebat, sed quae Iesu Christi, quamuis ad imitationem suam, quos per euangelium genuerat, hortatur, tamen grauiter corripit eos, qui per apostolorum nomina schismata fecerunt, et obiurgat illos, qui dicebant: ‘Ego sum Pauli’; numquid Paulus, inquit, crucifixus est pro uobis aut in nomine Pauli baptizati estis?

6 Matth. 23, 2—3 17 I Cor. 11, 1; 4, 16 20 Gal. 6, 14 21 Phil. 2, 21 23 I Cor. 4, 15 25 I Cor. 1, 12—13; 3, 4

4 opera uestra, *in marg. m. 1 add.* bona *V* bona opera uestra *U* opera uestra bona *m; Vulg.* uestra bona opera (*ed. Clementina* opera uestra bona), *Gr.* ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα 6 super *om. HR* 9 ipsius] eius *H* 11 oues secure *VU* securae oues *m* 12 pastoribus] pascuntur *H* 23 corripit grauiter *T edd.* 25 dicunt *T* 26 pro uobis inquit crucifixus est *TU edd.* pro nobis inquit crucifixus est *V*

6 Hinc intellegimus et bonos pastores non sua quaerentes, sed quae Iesu Christi, et bonas oues, quamuis imitentur facta pastorum bonorum, tamen in eis non ponere spem suam, quorum ministerio sunt congregatae, sed in domino potius, cuius sanguine sunt redemptae, ut quando forte incurrerint in pastores malos doctrinam illius praedicantes et sua mala opera facientes, quae dicunt, faciant, quae autem faciunt, non faciant nec propter filios iniquitatis pascua deserant unitatis. in catholica enim ecclesia, quae non in sola Africa sicut pars Donati sed per omnes gentes, sicut promissa est, dilatatur atque diffunditur in uniuerso mundo, sicut dicit apostolus, fructificans et crescens, et boni sunt et mali. ab ea uero separati, quam diu contra illam sentiunt, boni esse non possunt, quia, etsi aliquos eorum bonos uidetur ostendere quasi laudabilis conuersatio, malos eos facit ipsa diuisio dicente domino: Qui mecum non est, aduersum me est et, qui mecum non colligit, spargit.

7 Unde et exhortor, domina merito suscipienda et in Christi membris honoranda filia, ut, quod tibi dominus praestitit, fideliter teneas eumque toto corde diligas et eius ecclesiam, qui te non permisit uirginitatis tuae fructum cum perditis perdere uel perire. si enim de isto saeculo exires separata ab unitate corporis Christi, nihil tibi prodesset seruata integritas corporis tui. sed deus, qui diues est in misericordia, fecit iuxta te, quod in euangelio scriptum est; cum excusarent inuitati ad cenam patris familias, inter cetera dixit seruis suis: Exite in uias et saepes et, quoscumque inueneritis, cogite intrare. tu ergo quamuis dilectionem sincerissimam debeas etiam bonis seruis eius, per quorum

1 Phil. 2, 21 4 Ps. 77, 7 7 Matth. 23, 3 10 Gen. 22, 18; 26, 4 11 Col. 1, 6 16 Matth. 12, 30 20 Deut. 6, 5; Matth. 22, 37; Marc. 12, 30; Luc. 10, 27 24 Eph. 2, 4 25 Luc. 14, 18; 23; Matth. 22, 3; 9

4 incongregatae (in *exp.*) *R* 8 neq; *VU* 18 suspicienda *HR* 20 corde toto *T edd.* 24 in *om.* *T* 25 cum se excusarent *m; cf. Luc. 14, 18* 27 et in saepes *RVU*

ministerium intrare coacta es, in illo tamen debes spem ponere, qui conuiuium praeparauit, cui et tu ad uitam aeternam beatamque sollicita es. ei quippe commendans cor tuum et propositum tuum et sanctam uirginitatem tuam et fidem et spem et caritatem tuam non moueberis scandalis, quae abundabunt usque in finem, sed stabili robore pietatis salua eris atque in domino gloriosa in eius unitate perseuerando usque in finem. quo modo autem hanc acceperis pro te sollicitudinem meam, quam, quibus potui, litteris tibi insinuare curaui, fac, ut nouerim rescriptis tuis. dei misericordia et gratia te semper protegat.

## CCIX.

DOMINO BEATISSIMO ET DEBITA CARITATE VENERANDO SANCTO PAPAE CAELESTINO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Primum gratulationem reddo meritis tuis, quod te in illa sede dominus deus noster sine ulla, sicut audiuimus, plebis suae discissione constituit. deinde insinuo sanctitati tuae, quae sint circa nos, ut non solum orando pro nobis uerum etiam consulendo et opitulando subuenias. in magna quippe tribulatione positus haec ad tuam beatitudinem scripta direxi, quoniam uolens prodesse quibusdam in nostra uicinitate membris Christi magnam illis cladem inprouidus et incautus ingessi.

4 I Cor. 13, 13

2 con|uium, *m. ut uid. 1 corr.* cōni|uium (*sic!*) *H*   beatamque *om. H*
5 moueris *THR*   abundant *T*

*O = cod. Bodleianus 94 s. XII ex.*
*V = cod. Vaticanus 495 s. XV.*
*U = cod. Vaticanus 499 s. XV.*

*Louanienses hanc epistulam in Vaticanis exemplaribus repertam primi ediderunt.*

22 nolens *O*   prodesse *om. O*   ciuitate, *m. 2* uicinitate *U*
23 ////ing*essi *O*

2 Fussala dicitur Hipponiensi territorio confine castellum. antea ibi numquam episcopus fuit, sed simul cum contigua sibi regione ad parochiam Hipponiensis ecclesiae pertinebat. paucos habebat illa terra catholicos; ceteras plebes illic in magna multitudine hominum constitutas Donatistarum error miserabiliter obtinebat ita, ut in eodem castello nullus esset omnino catholicus. actum est in dei misericordia, ut omnia ipsa loca unitati ecclesiae cohaererent; per quantos labores et pericula nostra, longum est explicare, ita ut ibi presbyteri, qui eis congregandis a nobis primitus constituti sunt, expoliarentur, caederentur, debilitarentur, excaecarentur, occiderentur. quorum tamen passiones inutiles ac steriles non fuerunt unitatis illic securitate perfecta. sed quod ab Hippone memoratum castellum milibus quadraginta seiungitur, cum in eis regendis et eorum reliquiis licet exiguis colligendis, quae in utroque sexu oberrabant non minaces ulterius sed fugaces, me uiderem latius, quam oportebat, extendi nec adhibendae sufficere diligentiae, quam certissima ratione adhiberi debere cernebam, episcopum ibi ordinandum constituendumque curaui.

3 Quod ut fieret, aptum loco illi congruumque requirebam, qui et Punica lingua esset instructus. et habebam, de quo cogitabam, paratum presbyterum, propter quem ordinandum sanctum senem, qui tunc primatum Numidiae gerebat, de longinquo ut ueniret, rogans litteris impetraui. quo iam praesente omniumque in re tanta suspensis animis ad horam nos ille, qui mihi paratus uidebatur, omni modo resistendo destituit. ego autem, qui utique, sicut exitus docuit, differre potius debui quam periculosum praecipitare negotium, dum nolo grauissimum et sanctissimum senem ad nos usque fati-

1 fessula *O* Hipponensi *edd.* 3 parrochiam *VU* paroeciam *edd.* Hipponensis *edd.* 4 terra illa *O* 6 eo *O* 7 in *om. O* 9 explanare *O* 13 q-c (= quia) *O* 14 ·XL· *O* 16 sexu *om. O* aberrabant *VU edd.* 17 sufficerem *V l s r* 18 adhibere, *m. 1 corr.* adhiberi *O* 24 rogat' (= rogatus) *O* 26 destituit *in ras. U* frustrauit *V l s r* 28 potius *om. O*

gatum sine effectu, propter quem uenerat tam longe, ad propria remeare, obtuli non petentibus quendam adulescentem Antoninum, qui mecum tunc erat, in monasterio quidem a nobis a paruula aetate nutritum sed praeter lectionis officium nullis clericatus gradibus et laboribus notum. at illi miseri, quod futurum fuerat, ignorantes offerenti eum mihi oboedientissime crediderunt. quid plura? factum est; esse illis episcopus coepit.

4 Quid faciam? nolo apud tuam uenerationem grauare, quem nutriendum collegi, nolo deserere, quos colligendos timoribus et doloribus parturiui, et, quo modo utrumque agam, reperire non possum. res quippe ad tantum scandalum uenit, ut cum *eo* hic apud nos causas dicerent, qui de illius episcopatu suscipiendo tamquam bene sibi consulentibus obtemperauerant nobis. in quibus causis cum stuprorum crimina capitalia, quae non ab ipsis, quibus episcopus erat, sed ab aliis quibusdam obiecta fuerant, probari minime potuissent atque ab eis, quae inuidiosissime iactabantur, uideretur esse purgatus, tam miserandus factus est et nobis et aliis, ut, quicquid a castellanis et illius regionis hominibus de intolerabili dominatione, de rapinis et diuersis oppressionibus et contritionibus obiciebatur, nequaquam nobis tale uideretur, ut propter hoc uel propter simul cuncta congesta episcopatu eum putaremus esse priuandum sed restituenda, quae probarentur ablata.

5 Denique sententias nostras sic temperauimus, ut saluo episcopatu non tamen omnino inpunita relinquerentur, quae non deberent uel eidem ipsi deinceps iterumque facienda uel ceteris imitanda proponi. honorem itaque integrum seruauimus iuueni corrigendo, sed corripiendo minuimus potestatem, ne scilicet eis praeesset ulterius, cum quibus sic egerat, ut dolore iusto eum sibi praeesse ferre omnino non possent et cum suo illius-

2 antonium *VU edd.* 5 quid *V l s r* 9 tuā uenerationem tuā (*pr.* tuā *eras.*) *O* 12 non *laeso folio perditum O* cum hic *codd. l s r* in eum hic *m; scripsi* cum eo hic 17 ab iis *m* 21 contrictionibus *V* 22 uidebat̄, *m. 1 corr.* uideret̄ *O* 27 deberent̄ uel idem *O*

que periculo in aliquod scelus forsitan erupturam inpatientiam sui doloris ostenderent. quorum talis animus etiam tunc, quando cum eis de illo episcopi egerunt, euidenter apparuit, cum iam uir spectabilis Celer, de cuius aduersum se praepotenti administratione conquestus est, nullam gerat uel in Africa uel uspiam potestatem.

6 Sed quid multis morer? conlabora, obsecro, nobiscum, pietate uenerabili domine beatissime et debita caritate uenerande sancte papa, et iube, tibi quae directa sunt, omnia recitari. uide, episcopatum qualiter gesserit, quem ad modum iudicio nostro usque adeo consenserit communione priuatus, nisi prius Fussalensibus omnia redderentur, iam postea citra acta aestimatis rebus solidos seposuerit, ut ei communio redderetur, quam uersuta suasione sanctum senem primatem nostrum grauissimum uirum, ut ei cuncta crederet, quem uelut omni modo inculpatum uenerando papae Bonifatio commendaret, induxerit et cetera, quae a me quid opus est recoli, cum memoratus uenerabilis senex ad tuam sanctimoniam uniuersa rettulerit?

7 In illis autem multiplicibus gestis, quibus de illo nostrum iudicium continetur, magis deberem uereri, ne tibi minus seuere, quam oporteret, iudicasse uideamur, nisi scirem uos tam propensos ad misericordiam, ut non solum nobis, quia illi pepercimus, uerum etiam ipsi existimetis esse parcendum. sed ille, quod a nobis aut benigne aut remisse factum est, in praescriptionem uertere atque usurpare conatur; clamat: 'Aut in mea cathedra sedere debui aut episcopus esse non debui', quasi nunc sedeat nisi in sua. propter hoc enim loca illa eidem dimissa atque permissa sunt, in quibus et prius episcopus erat, ne in alienam cathedram contra statuta patrum

2 n̄c *O* 7 īmorer *O; cf. Ter. Andr. 114; Cic. in Verr. IV 46, 104* 8 uenerabilis *edd.* 12 fessulensibus *O* citra] ut re *U* (*in ras.*) *m* estimatis *in ras. U* estimantibus *V l s r* 15 redderet *O* 17 a me] ab eo sunt facta *O* 21 debere *O* 22 oportet *O* 26 ꝑscriptionem *O* 28 eni . . . ca (m lo *laeso folio perditum*) *O* 30 in aliā cathedram *O* in aliena cathedra *VUlsr*

translatus inlicite diceretur. aut uero quisquam ita esse debet siue seueritatis siue lenitatis exactor, ut, qui non uisi fuerint episcopatus honore priuandi, nullo modo in eis aliquid uindicetur aut, in quibus aliquid uisum fuerit uindicandum, episcopatus honore priuentur?

8 Existunt exempla ipsa sede apostolica iudicante uel aliorum iudicata firmante quosdam pro culpis quibusdam nec episcopali spoliatos honore nec relictos omnimodis inpunitos. quae ut a nostris temporibus remotissima non requiram, recentia memorabo. clamet Priscus, prouinciae Caesariensis episcopus: 'Aut ad primatum locus sicut ceteris et mihi patere debuit aut episcopatus mihi remanere non debuit'. clamet alius eiusdem prouinciae Victor episcopus, cui relicto in eadem poena, in qua etiam Priscus fuit, nusquam nisi in dioecesi eius ab aliquo communicatur episcopo, clamet, inquam: 'Aut ubique communicare debui aut etiam in meis locis communicare non debui'. clamet tertius eiusdem prouinciae Laurentius episcopus et prorsus huius uocibus clamet: 'Aut in cathedra, cui ordinatus sum, sedere debui aut episcopus esse non debui'. sed quis ista uituperet, nisi qui parum adtendit nec inulta omnia relinquenda nec uno modo omnia uindicanda?

9 Quia ergo pastorali uigilique cautela beatissimus papa Bonifatius in epistula sua posuit de Antonino loquens episcopo et ait: 'Si ordinem rerum nobis fideliter indicauit', accipe nunc ordinem rerum, quem ille in suo libello reticuit, ac deinde, quae post eius sanctae memoriae uiri in Africa lectas litteras gesta sunt, et subueni hominibus opem tuam in Christi misericordia multo auidius quam ille poscentibus, a cuius inquietudine desiderant liberari. iudicia quippe illis et publicas

1 duceretur *O* 3 aliquid in eis *O* 6 existunt exempla (un *et* a *in ras.*) *U* existat exemplo *V l r* exstat exemplo *s* 8 honore spoliatos *O* 10 clamet (e *in ras.*) *U* clamat *V* Priscus] p̄sens *O* Caesareensis *m* 11 locus ad primatum *O* 12 alius *om.* *O* 14 etiam] et *edd.* Priscus] p̄scius *O* diocesi *O* 17 clamet—sedere debui *om.* *O* 23 antonio *U edd.* 27 opem tuam hominibus *O*

potestates et militares impetus tamquam executuros apostolicae sedis sententiam siue ipse siue rumores creberrimi comminantur, ut miseri homines Christiani catholici grauiora formident a catholico episcopo, quam, cum essent haeretici, a catholicorum imperatorum legibus formidabant. non sinas ista fieri, obsecro te per Christi sanguinem, per apostoli Petri memoriam, qui Christianorum praepositos populorum monuit, ne uiolenter dominentur in fratres. ego Fussalenses catholicos filios in Christo meos et Antoninum episcopum filium in Christo meum benignitati caritatis sanctitatis tuae, quia utrosque diligo, utrosque commendo. neque Fussalensibus suscenseo, quia iustam de me querimoniam ingerunt auribus tuis, quod eis hominem nondum mihi probatum, nondum saltem aetate firmatum, a quo sic affligerentur, inflixi, neque huic noceri uolo, cui quanto magis sinceram habeo caritatem, tanto magis prauae cupiditati eius obsisto. utrique misericordiam mereantur tuam, illi, ne mala patiantur, iste, ne faciat, illi, ne oderint catholicam, si a catholicis episcopis maximeque ab ipsa sede apostolica contra catholicum non eis subuenitur episcopum, iste autem, ne se tanto scelere obstringat, ut, quos molitur inuitos facere suos, a Christo faciat alienos.

10 Me sane, quod confitendum est beatitudini tuae, in isto utrorumque periculo tantus timor et maeror excruciat, ut ab officio cogitem gerendi episcopatus abscedere et me lamentis errori meo conuenientibus dedere, si per eum, cuius episcopatui per inprudentiam suffragatus sum, uastari ecclesiam dei et, quod ipse deus auertat, etiam cum uastantis perditione

6 I Petr. 5, 3

1 executores, *m. 1 corr.* executuros *O* 2 celeberrimi comminabantur *O* 4 a *om. O* 6 sanguinem et per *O* 8 in *ras. ex* inter *U* inter *V l s r* ego et fessulenses *O* 9 antonium *VU edd.* benignitate caritates (*m. 1 corr.* caritatis) sanctitati *O* 11 fessulensibus *O* 13 aetate////////// (*ras. 6—7 l.*) *U* 15 debeo *O* eius cupiditati *U edd.* 16 illi] ill· (*postr. l. laeso folio perdita*) *O* 19 subuenitur] iusta seruentur *O* 22 in isto utrorumque] in utroque *O* 24 et me—dedere *om. VU* (*in marg. add.*) *l s r*

perire conspexero. recolens enim, quod ait apostolus: Si nosmetipsos diiudicaremus, a domino non iudicaremur, iudicabo me ipsum, ut parcat mihi, qui iudicaturus est uiuos et mortuos. si autem et membra Christi, quae in illa regione sunt, ab exitiabili timore ac tristitia recreaueris et meam senectutem hac misericordi iustitia fueris consolatus, retribuet tibi et in praesenti et in futura uita bona pro bonis, qui per te nobis in ista tribulatione succurrit et qui te in illa sede constituit.

## CCX.

DILECTISSIMAE ET SANCTISSIMAE MATRI FELICITATI ET FRATRI RUSTICO ET SORORIBUS QUAE VOBISCUM SUNT AUGUSTINUS ET QUI MECUM SUNT IN DOMINO SALUTEM.

1 Bonus est dominus et misericordia eius ubique diffusa, quae nos de uestra caritate in suis uisceribus consolatur. quantum enim diligat credentes et sperantes in se et illum atque inuicem diligentes et quid eis in posterum seruet, hinc maxime ostendit, cum infidelibus et desperatis et peruersis, quibus in

1 I Cor. 11, 31  3 II Tim. 4, 1  14 Thren. 3, 25  18 Matth. 25, 41

2 diiudicaremus] iudicaremus *VU edd.*  3 est iudicaturus *O*  6 misericordi *ras. ex* misericordiae *U* misericordiae *V l s r*

*P* = *cod. Parisinus 12193 s. IX.*
$P^1$ = *cod. Parisinus 12226 s. IX.*
*S* = *cod. Sangallensis 174 s. IX.*
*V* = *cod. Vaticanus 3834 s. IX—X.*
$P^2$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*H* = *cod. Palatinus 209 s. X.*
$P^3$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
$P^4$ = *cod. Parisinus 1958 s. XI.*
$P^5$ = *cod. Parisinus 1798 s. XII.*

12 qui *P*$P^1$ (*m. 2* quę) *SH*$P^4$  nobiscum, *m. 2* uobiscum $P^1$  13 salute $P^4$  16 atque, *m. 2* eque $P^1$  17 dilige*ntes (*fuit* n) $P^2$  hic, *m. 1 corr.* hinc $P^2$  18 et peruersis *om. edd. praeter m*  quibus *om. H*

mala uoluntate usque in finem perseuerantibus ignem cum diabolo aeternum minatur, in hoc tamen saeculo bona tanta largitur, qui facit oriri solem suum super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. breuiter enim aliquid dictum est, ut plura cogitentur; quam multa enim habeant impii in hac uita munera et dona gratuita ab illo, quem contemnunt, enumerare quis potest? inter quae illud magnum, quod exemplis interpositarum tribulationum, quas huius saeculi dulcedini tamquam bonus medicus miscet, admonet eos, si adtendere uelint, fugere ab ira uentura et, cum in uia sunt, id est in hac uita, concordare cum sermone dei, quem sibi aduersarium male uiuendo fecerunt. quid ergo non misericorditer praestatur hominibus a domino deo, a quo etiam tribulatio beneficium est? nam res prospera donum est consolantis, res autem aduersa donum est admonentis dei. et si haec praestat, ut dixi, etiam malis, quid praeparat sustinentibus se? quorum in numero uos per illius gratiam congregatos esse gaudete sustinentes inuicem in dilectione, studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. non enim deerit, quod in uobis inuicem sufferatis, nisi cum uos ita portauerit dominus absorpta morte in uictoriam, ut sit deus omnia in omnibus.

2 Dissensiones autem numquam debent amari. sed aliquando

3 Matth. 5, 45  10 Matth. 3, 7; Luc. 3, 7  11 I Petr. 4, 11  18 Eph. 4, 2—3  21 I Cor. 15, 57; 54; 28

1 uoluptate $PP^1$ (*m. 2* uoluntate) $SVHP^4$  usque in finem *om.* $P^5$  aeternum ignem cum diabolo $P^5$  2 in *om.* $PP^1$ (*m. 2 add.*) $SHP^4$  3 qui facit, *m. 2* ut faciat *S*  4 pluit, *m. 2* pluat *S* pl**uit *V*  5 aliquid *om.* $P^5$  6 et dona gratuita *om.* *P*  7 contemnunt (mn *ras. et corr. m. ut uid. 1*) $P^2$  8 illum, *m. 2* illud $P^2$  magnum, *m. 2* magnum est *S*  9 dulcedini *om.* $P^5$  miscet medicus $P^5$  12 fecerunt male uiuendo *l r m* habent male uiuendo *cett. cdd.*  13 hominibus *om.* $P^5$  15 autem, *m. 2* enim *S*  admonentis est $P^5$  16 si *om.* $P^1S$ (*m. 2 add.*) *V*  17 congratos $P^2$  18 gaude*te (n *eras.*) $P^2$  in dilectionem $HP^4$  20 inuicem *om.* $P^5$  21 potauerit, *m. 1 corr.* portauerit *S* purgauerit *f l r m*  absorta morte dominus *'signis corr.* $P^3$  absorta $PP^1VP^2P^3P^5$ absorte *H* (*m. 1 corr.* absorta) $P^4$ (*m. ut uid. 1 corr.* absorta)

tamen aut caritate nascuntur aut caritatem probant. quis enim facile inuenitur, qui uelit reprehendi? et ubi est ille sapiens, de quo dictum est: C o r r i p e   s a p i e n t e m   e t   a m a b i t   t e? numquid tamen ideo non debemus reprehendere et corripere fratrem, ne securus tendat in mortem? solet enim fieri et frequenter accidit, ut ad horam contristetur, cum reprehenditur, et resistat et contendat et tamen postea consideret secum in silentio, ubi nemo est nisi deus et ipse nec timet displicere hominibus, quia corripitur, sed timet displicere deo, quia non corrigitur, et deinceps non faciat illud, quod iuste reprehensus est, et, quantum odit peccatum suum, tantum diligat fratrem, quem sensit hostem peccati sui. si autem de illo numero est, de quo dictum est: C o r r i p e   s t u l t u m   e t   a d i c i e t,   u t   o d e r i t   t e, non de caritate illius dissensio nascitur, sed tamen caritatem reprehensoris sui exercet et probat, quia non ei rependitur odium, sed dilectio, quae cogit reprehendere, inperturbata perdurat, etiam cum ille, qui reprehensus est, odit. si autem ille, qui corripit, reddere uult malum pro malo ei, qui corripienti indignatur, non fuit dignus, qui corriperet, sed dignus plane, qui etiam ipse corripi deberet. haec agite, ut aut non inter uos existant indignationes aut exortae statim celerrima pace perimantur. maiorem date operam concordandis uobis quam redarguendis, quia, sicut acetum corrumpit uas, si diutius ibi fuerit, sic ira corrumpit cor, si in alium diem durauerit. haec ergo agite — e t   d e u s   p a c i s   e r i t   u o b i s c u m —

3 Prou. 9, 8    13 Prou. 9, 8 (cf. Septuag. cod. Alexandrinum et 9 sec. Septuag. προσθήσει)    25 Phil. 4, 9

1 tamen *ras.* $V$ *om.* $P^5$    caritate, *m. 1 (?) corr.* a caritate $S$ a caritate $P^2P^3P^5$ *edd.*    caritate probant (*m. 2* probant̄) $P^1$ caritate probantur $V$    3 dicitur $P^5$    4 nonquid $P^5$    8 nec] ñ $P^5$    10 qui, *m. 1 corr.* quia $V$    ficiat $V$    quo* (d *eras.*) $V$ in quo* $P^2$ in quo $P^3$ *edd.* pro quo $P^5$    12 diligit $P^5$    14 adicitur $V$    16 reprehenditur $PVP^2HP^1P^5$    *post* reprehendere *s. u. m. 1 add.* et $P^1$    17 perdurat] perturbat $PP^1SVHP^4$    20 hoc $P^5$    21 inter uos aut non $P^5$ *edd. praeter a*    existimant $P$    ex*ortae (h *eras.*) $P^2P^3$    22 concordanis, *m. 2* concordandis $P^1$ concordantis $PP^2$ (*m. 1 corr.* concordandis)    23 corrigendis $P^5$    artum, *m. 2* acetum $P^2$    25 hoc $P^5$

orantes simul et pro nobis, ut ea, quae bene monemus, alacriter impleamus.

## CCXI.

1 Sicut parata est seueritas peccata, quae inuenerit, uindicare, ita non uult caritas, quod uindicet, inuenire. haec causa fecit, ut non uenirem ad uos, cum meam praesentiam quaereretis non ad pacis uestrae gaudium sed ad dissensionis uestrae augmentum. quo modo enim contemnerem et inpunitum relinquerem, si et me praesente tantus uester tumultus existeret, quantus me absente etsi oculos meos latuit, tamen aures meas uestris uocibus uerberauit? nam fortassis etiam maior esset uestra seditio in praesentia mea, quam necesse esset uobis non

2 impleamus] impleatis amen $PP^{1}SVHP^{1}$

*T* = *cod. Trecensis 40 s. XIII.*
*H* = *cod. Mus. Brit. Harl. 3107 s. XIII.*
*R* = *cod. Vaticanus 494 s. XIII ex.*
*F* = *cod. Florentinus XXXIX 65 s. XIV.*
*V* = *cod. Vaticanus 495 s. XV.*
*U* = *cod. Vaticanus 499 s. XV.*

*Reg.* = *Augustini quae uocatur Regula i. e. praescripta, quae p. 359, 18—371, 4 feminis in monasterio constitutis dantur, in uiros antiquitus translata* (*Migne patrol. lat. XXXII p. 1377—1384*). *cuius Regulae contuli*
*cod. Parisinum 12634 s. VIII* (*π*)
*cod. Monacensem 28118 s. IX* (*μ*)
*cod. Ashburnhamensem 72 s. IX* (*a*)
*cod. Laudunensem* $328^{bis}$ *s. IX* (*λ*)

Epistola aurelii augustini ad uirgines *F* obiurgatio contra sanctimonialium dissensionem et post increpationem earum regularis informatio *cett. codd. Inscriptio deest.* 4 apparata *F* 6 ad uos non uenirem *F edd.* 7 dissensionis uestrae, *signis corr.* uestrae dissensionis *U* dispensationis (*om.* uestrae) *F* augumentum *V* 9 existēt *F* 11 uestra *om. F* 12 quam] cum *f l r m* uob' non (non *in ras. m. 1; fuit* is) *R* uobis (*om.* non) *F*

concedi, quae in perniciosissimum exemplum contra sanam disciplinam, quod uobis non expedit, petebatis; ac sic non, quales uolo, inuenirem uos et ipse inuenirer a uobis, qualem non uolebatis.

2 Cum ergo scribat apostolus ad Corinthios dicens: Testem deum facio super animam meam, quia parcens uobis nondum ueni Corinthum, non quia dominamur fidei uestrae, sed cooperatores sumus gaudii uestri, hoc ego etiam dico uobis, quia parcens uobis non ad uos ueni. peperci etiam mihi, ne tristitiam super tristitiam haberem, et elegi, non ut exhiberem faciem meam uobis, sed effunderem cor meum deo pro uobis et causam magni periculi uestri non apud uos uerbis sed apud deum lacrimis agerem, ne conuertat in luctum gaudium meum, quo soleo gaudere de uobis et inter tanta scandala, quibus ubique abundat hic mundus, aliquando consolari cogitans copiosam congregationem et castam dilectionem et sanctam conuersationem uestram et largiorem gratiam dei, quae data est uobis, ut non solum carnales nuptias contemneretis, uerum etiam in domo societatem eligeretis habitandi unanimes, ut sit uobis anima una et cor unum in deum.

3 Haec in uobis bona, haec dei dona considerans inter multas tempestates, quibus ex aliis malis quatitur, cor meum solet utcumque requiescere. currebatis bene. quis uos fascinauit? suasio illa non est ex deo, qui uocauit uos.

5 II Cor. 1, 23—24 10 Phil. 2, 27; II Cor. 2, 3 12 Thren. 2, 19 20 Act. 4, 32 24 Gal. 5, 7—9; 3, 1; I Cor. 5, 6

1 quae] qđ *F* 2 doctrinam *U* patebatis, *m. 1 corr.* petebatis *R* non quales (non *s. u. m. 1*) *V* quales non *edd.* 3 a uobis * (n̄ *eras.?*) *F* 5 scribit *F* 8 simus *TRVU* 9 ego *om. TF* ergo (r *del.*) *V* 10 super tristitiam haberem *om. VU* 11 haberem] de uobis haberem *F* ut *om. F* exhibe *F* 12 deo pro *om.*, pro *m. 1 add. H* magni] magis *F* 13 nr̄i *F* 14 quo] q̊ m̊ *F* 16 aliquantulū *F* 19 nuptias carnales *F* contempneritis, *m. 1 corr.* contempneretis *T* elegeretis societatem in domo *F* eligeretis in domo societatem *edd.* 20 unanimes nabitandi *F edd.* 23 ex *om.*, *in marg. m. 1 add. U* malis] maliis *V*

modicum fermenti — nolo dicere, quod sequitur; hoc enim magis cupio et oro et hortor, ut ipsum fermentum reuertatur in melius, non tota massa, sicut paene iam fecerat, conuertatur in peius. si ergo repullulastis sanum sapere, orate, ne intretis in temptationem, ne iterum in contentiones, aemulationes, animositates, dissensiones, detractiones, seditiones, susurrationes. non enim sic plantauimus et rigauimus hortum dominicum in uobis, ut spinas istas metamus ex uobis. si autem adhuc uestra tumultuatur infirmitas, orate, ut eruamini de temptatione. quae autem conturbant uos, si adhuc conturbant uos, nisi se correxerint, portabunt iudicium, quaecumque illae fuerint.

4 Cogitate, quid mali sit, ut, cum de deo natis in unitate gaudeamus, interna schismata in monasterio lugeamus. perseuerate in bono proposito et non desiderabitis mutare praepositam, qua in monasterio illo per tam multos annos perseuerante et numero et aetate creuistis, quae uos mater non utero sed animo suscepit. omnes enim, quae illuc uenistis, ibi eam aut sanctae praepositae sorori meae seruientem, placentem aut etiam ipsam praepositam, quae uos suscepit, inuenistis; sub illa estis eruditae, sub illa uelatae, sub illa multiplicatae; et sic tumultuamini, ut uobis eam mutetis, cum lugere deberetis, si eam uobis mutare uellemus. ipsa est, quam nostis;

4 Matth. 26, 41; Marc. 14, 38; Luc. 22, 46 5 II Cor. 12, 20; cf. Gal. 5, 20; Rom. 13, 13 7 Eccli. 24, 42; I Cor. 3, 6—8 8 Hier. 12, 13 10 Ps. 17, 30; II Petr. 2, 9 Gal. 5, 10 13 I Ioh. 5, 1—2; 18; 3, 9

3 conuertatur *R edd.* ne *edd.* iam pene *H* 4 repullulastis (re *s. u. m. 1*) *U* facere *F* 5 con|temtiones *V* 7 non—ex uobis *om. H* 8 ortum *codd.* 9 metamus istas *edd.* uestra adhuc *H* 11 nos *VU* uos *om. F* nos *VU* nisi correxerint (*om.* se) *THRVUaef* nisi correxerint se *lrm* 13 deo natis] Donatistis *m* 16 quā *F* perseuerantes uos et *F* 18 illic *F* 20 susciperet *F* 22 sic̄ (= sicut) *F* eam uobis mutetis *Uaeflr* uobis eam mutemus (*m. 1 corr.* mutetis) *F* ea uobis mutetur *m* 23 si uobis eam *U* est enim quam *Tm*

ipsa est, ad quam uenistis; ipsa est, quam per tot annos habendo creuistis. nouum non accepistis nisi praepositum; aut si propter illum quaeritis nouitatem et in eius inuidia contra matrem uestram sic rebellastis, cur non potius hoc petistis, ut ipse uobis mutetur? si autem hoc exhorretis, quia noui, quo modo eum in Christo uenerabiliter diligatis, cur non potius illam? in uobis namque regendis sic praepositi rudimenta turbantur, ut magis uelit uos ipse deserere, quam istam ex uobis famam et inuidiam sustinere, ut dicatur non aliam uos quaesituras fuisse praepositam, nisi ipsum coepissetis habere praepositum. tranquillet ergo deus et componat animos uestros; non in uobis praeualeat opus diaboli, sed pax Christi uincat in cordibus uestris; nec dolore animi, quia non fit, quod uultis, uel quia pudet uoluisse, quod uelle non debuistis, erubescendo curratis in mortem, sed potius paenitendo resumatis uirtutem nec habeatis paenitentiam Iudae traditoris sed potius lacrimas Petri pastoris.

5 Haec sunt, quae ut obseruetis praecipimus in monasterio constitutae. primum propter quod estis in unum congregatae, ut unanimes habitetis in domo et sit uobis cor unum et anima una in deum et non dicatis aliquid proprium, sed sint uobis omnia communia, et distribuatur unicuique uestrum a praeposita uestra uictus et tegumentum non aequaliter omnibus, quia non aequaliter ualetis omnes, sed unicuique

12 I Ioh. 3, 8  13 Col. 3, 15  16 Matth. 27, 3—5  17 Matth. 26, 75; Marc. 14, 72; Luc. 22, 62  20 Act. 4, 32

3 inuidiam *HR edd. praeter a*  4 rebellatis *T*  hoc] id *edd.*  5 uobis ipse *F*  7 illud *F*  regendi *F*  8 nos *VU*  10 uos aliam *F edd.* quesituram *VU*  ipsum *om. VU*  cepissetis *codd.*  11 deos, *m. 1 corr.* deus *U*  14 uel] s; (= sed) *T*  quia *m. 2 (?) s. u. U*  16 salutem nec debeatis *F*  18 quae obseruare (*om.* ut) *U; Regulae codd. aλ* quae obseruetis  praecipiem', *corr.* praecipio *F*  19 in unum estis *F Regulae cod. μ*, in uno estis *πaλ*  20 anima una et cor unum *HF Reg.* 21 in deo *H edd. praeter a Regulae codd. πaλ*, in domino *μ*  24 sed unicuique sicut cuique *H* sed potius sicut unicuique *F; Regulae cod. π* sed potius unicuique sicut, *μaλ* sed potius unicuique sicut cuique

sicut opus fuerit. sic enim legitis in actibus apostolorum, quia erant illis omnia communia et distribuebatur singulis, prout cuique opus erat. quae aliquid habebant in saeculo, quando ingressae sunt monasterium, libenter uelint illud esse commune; quae autem non habebant, non ea quaerant in monasterio, quae nec foris habere potuerunt, sed tamen earum infirmitati, quod opus est, tribuatur, etiam si pauperies earum, quando foris erant, nec ipsa necessaria poterat inuenire; at nunc non ideo se putent esse felices, quia inuenerunt uictum et tegumentum, quale foris inuenire non potuerunt.

6 Nec erigant ceruices, quia sociantur, ad quas foris accedere non audebant, sed sursum cor habeant et terrena bona non quaerant, ne incipiant monasteria esse diuitibus utilia non pauperibus, si diuites illic humiliantur et pauperes illic inflantur. sed rursus etiam illae, quae aliquid esse uidebantur in saeculo, non habeant fastidio sorores suas, quae ad illam sanctam societatem ex paupertate uenerunt; magis autem studeant non de parentum diuitum dignitate sed de pauperum sororum societate gloriari. nec extollantur, si communi uitae de suis facultatibus aliquid contulerunt, nec de suis diuitiis magis superbiant, quia eas monasterio partiuntur, quam si eis in saeculo fruerentur. alia quippe quaecumque iniquitas in

2 Act. 4, 32; 35 13 cf. ep. CXXXI p. 78, 7

2 eis *F edd. Regulae codd. μαλ* distribuetur, *m. 1 corr.* distribuebatur *U* 3 singulis prout] unicuique sicut *F Reg.* unicuique *U* 4 illud uelint *F Reg.* 8 paupertas *F Reg.* potuerat *F* 9 ac nunc *VU a m* tantum *F Reg.* ac *e f l r* putent se *edd.* 10 potuerant *F; Regulae codd. παλ* poterant 12 ceruicem *F edd. Reg.* ad quas] eis ad quas *HF edd.* eis ad quos *Reg.* foris accedere] fori' ecclā *F* 13 bona] uana *H Regulae codd. μαλ* 14 nec *F Regulae codd. πλ* esse monasteria *F Reg.* diuitibus esse *U* 15 si] sed *F* 16 etiam *om., post* illae *s. u. m. 1 add. F* uidebantur esse *TVU* 17 in *om. U* sorores] se sorores *F* 21 aliquid de suis facultatibus *U* ne *FVm Regulae codd. αλ* 22 eas in monasterio *VU* partiantur (rtiantur *in ras. m. 1*) *R* 23 quippe *om. H*

malis operibus exercetur, ut fiant; superbia uero etiam in bonis operibus insidiatur, ut pereant. et quid prodest dispergere dando pauperibus et pauperem fieri, si anima misera superbior efficiatur contemnendo, quam fuerat possidendo? omnes ergo unanimiter et concorditer uiuite et honorate in uobis inuicem deum, cuius templa factae estis.

7 Orationibus instate horis et temporibus constitutis. in oratorio nemo aliquid agat, nisi ad quod est factum, unde et nomen accepit, ut, si aliquae etiam praeter horas constitutas, si eis uacat, orare uoluerint, non eis sint impedimento, quae aliquid ibi agere uoluerint. psalmis et hymnis cum oratis deum, hoc uersetur in corde, quod profertur in uoce, et nolite cantare, nisi quod legitis esse cantandum; quod autem non ita scriptum est, ut cantetur, non cantetur.

8 Carnem uestram domate ieiuniis et abstinentia escae et potus, quantum ualitudo permittit. quando autem aliqua non potest ieiunare, non tamen extra horam prandii aliquid alimentorum sumat, nisi cum aegrotat. cum acceditis ad mensam, donec inde surgatis, quod uobis secundum consuetudinem legitur, sine tumultu et contentionibus audite nec solae uobis fauces sumant cibum, sed et aures percipiant dei uerbum.

9 Quae infirmae sunt ex pristina consuetudine, si aliter tractantur in uictu, non debet aliis molestum esse nec iniustum uideri, quas fecit alia consuetudo fortiores. nec illas putent

6 I Cor. 3, 16; II Cor. 6, 16  7 Col. 4, 2

1 fiat *T*  uero *om. U*  in *om. edd. Reg.*  3 si] cum *H Reg.*  4 efficiatur diuitias contempnendo *HF Regulae cod.* π, efficitur diuitias contemnendo *μαλ*  5 et *in ras. m. 1* (*fuitne* er?) *R*  uiuitę (*pr.* i *s. u. m. 1*) *U*  inuicem in uobis *T*  in uobis *om. VU*  8 ad *in ras. m. 1 R*  10 uacat et orare *F Regulae codd. πμ*  sint eis *T*  11 ibi aliquid *F edd. Reg.*  agere uoluerint] agendum putauerunt *F Regulae codd. πλ*, agendum putauerint *μα*  12 profertis *U*  13 legistis *TH Regulae codd. μαλ*  15 abstinentiis *U*  21 cibum *om. H*  et *om. F*  esuriant *HF Reg.*  uerbum dei *H Regulae cod. a*  23 iniustum ei uideri (ei *exp.*) *U*  24 alia consuetudo fecit *U*  feliciores putent *HF edd. Reg.*

feliciores, quia sumunt, quod non sumunt ipsae, sed sibi potius gratulentur, quia ualent, quod non ualent illae. et si eis, quae uenerunt ex moribus delicatioribus ad monasterium, aliquid alimentorum, uestimentorum, stramentorum, operimentorum datur, quod aliis fortioribus et ideo felicioribus non datur, cogitare debent, quibus non datur, quantum de sua saeculari uita illae ad istam descenderint, quamuis usque ad aliarum, quae sunt corpore fortiores, frugalitatem peruenire nequiuerint. nec illae debent conturbari, quod eas uident amplius, non quia honorantur, sed quia tolerantur, accipere, ne contingat detestanda peruersitas, ut in monasterio, ubi, quantum possunt, fiunt diuites laboriosae, fiant pauperes delicatae. sane, quem ad modum aegrotantes necesse habent minus accipere, ne grauentur, ita post aegritudinem sic tractandae sunt, ut citius recreentur, etiam si de humillima saeculi paupertate uenerunt, tamquam hoc illis contulerit recentior aegritudo, quod diuitibus anterior consuetudo. sed cum uires pristinas reparauerint, redeant ad feliciorem consuetudinem suam, quae famulas dei tanto amplius decet, quanto minus indigent, nec ibi eas teneat uoluntas iam uegetas, quo necessitas leuarat infirmas. illae se aestiment ditiores, quae fuerint in sustentanda parcitate fortiores; melius est enim minus egere quam plus habere.

10 Non sit notabilis habitus uester nec affectetis uestibus placere sed moribus; non sint uobis tam tenera capitum tegmina,

4 stramentorum *om. F Regulae codd. aλ* 7 descender̃ (= descenderunt) *F; Regulae cod. μ* descenderint *ras. ex* descenderunt 8 earum *F* firmiores *Reg.* 9 nequiuer̃ *F; Regulae cod. a* nequiuerint *ras. ex* nequiuerunt debent illae *T* illae debent conturbari] uelle debent *F* debent uelle omnes *Reg.* 10 accipere *om., m. 1 add. H* 11 ibi *F* 14 post] ppt̃ *F* tractandi *H* 15 de *om., m. 1 (?) add. T* 18 reparauerunt *VU* 19 indiget *F* nec cibi *H* 20 uoluptas *Reg.* uegetas, *m. 2* uegetatas *T* uegetatas *H* negatas *F* leuaret, *m. 1 corr.* leuarat *F* 21 existiment *F edd. praeter a* (extiment); *Regulae cod. π* extiment, *μ* existiment sustinenda *HF edd. Reg.* (*μ* sufferenda) 22 est *om. H* agere, *corr.* aegere *R* 24 notabibilis *F* 25 nec *edd.* uobis *om. F*

ut retiola subter appareant. capillos ex nulla parte nudos habeatis nec foris uel spargat neglegentia uel componat industria. quando proceditis, simul ambulate; cum ueneritis, quo itis, simul state. in incessu, in statu, in habitu, in omnibus motibus uestris nihil fiat, quod inliciat cuiusquam libidinem, sed quod uestram deceat sanctitatem. oculi uestri etsi iaciuntur in aliquem, figantur in neminem. neque enim, quando proceditis, uiros uidere prohibemini sed appetere aut ab ipsis appeti uelle. nec tactu solo sed affectu quoque et aspectu appetitur et appetit femina. nec dicatis uos habere animos pudicos, si habeatis oculos inpudicos, quia inpudicus oculus inpudici cordis est nuntius et, cum se inuicem sibi etiam tacente lingua conspectu mutuo corda nuntiant inpudica et secundum concupiscentiam carnis alterutro delectantur ardore, etiam intactis ab inmunda uiolatione corporibus fugit castitas ipsa de moribus. nec putare debet, quae in masculo figit oculum et illius in se ipsam diligit fixum, non uideri ab aliis, cum hoc facit; uidetur omnino, et a quibus uideri non arbitratur. sed ecce lateat et a nemine hominum uideatur, quid faciet de illo superno inspectore, quem latere nihil potest? an ideo putandus est non uidere, quia tanto uidet patientius quanto sapientius? illi ergo timeat sancta femina displicere,

20 Prou. 24, 12

1 nulla ex *U* 4 in habitu *om. F Reg.* 5 moribus *VU* illiceat *F* 6 quost (st *expuncto m. 2 supra add.* d) *U* decet *T* 7 fingantur (*pr.* n *del.*) *R* 8 aut] seu *U* ap, *m. 1 corr.* ab *F* 9 solo tactu *F edd. Reg.* (*a* solo tacito) sed affectu quoque et aspectu] et affectu sed aspectu *F; Regulae codd.* $\pi\mu$ et affectu sed aspectu quoque, *a* affectu sed affectu et aspectu quoque, $\lambda$ et effectu sed affectu et aspectu quoque 10 pudicos animos *T* 11 inpudicus] impudicos, *m. 1 corr.* impudicus *F* 13 tacenti *F* 14 errore *VU* 16 in masculum *edd. praeter a*; *Regulae cod.* $\mu$ in feminam figet *F* 17 ipsa *F* ipse *Reg.* (*om.* $\pi$) non se ab aliis uideri *F* non ab aliis uideri *edd.* ab aliis se non uideri *Reg.* 18 faciat *F; Regulae codd.* $a\lambda$ fecit uideri *om. T* se uideri *F Reg.* arbitrabatur *F* 19 a nullo homine *F* uidetur, *m. 1 corr.* uideatur *F* 20 superno inspectore] desuper inspectore *F Regulae codd.* $\mu a\lambda$, superinspectore $\pi$

ne uelit uiro male placere; illum cogitet omnia uidere, ne uelit uirum male uidere. illius namque et in hac causa commendatus est timor, ubi scriptum est: Abominatio est domino defigens oculum. quando ergo simul estis in ecclesia et ubicumque, ubi et uiri sunt, inuicem uestram pudicitiam custodite; deus enim, qui habitat in uobis, etiam isto modo uos custodit ex uobis.

11 Et si hanc, de qua loquor, oculi petulantiam in aliqua uestrum aduerteritis, statim admonete, ne coepta progrediantur, sed e proximo corrigantur. si autem et post admonitionem iterum uel alio quocumque die id ipsum eam facere uideritis, iam uelut uulneratam sanandam prodat, quaecumque inuenire potuit hoc, prius tamen et alteri uel tertiae demonstratam, ut duarum uel trium possit ore conuinci et competenti seueritate coherceri. nec uos iudicetis esse maliuolas, quando haec indicatis; magis quippe innocentes non estis, si sorores uestras, quas indicando corrigere potestis, tacendo perire permittitis. si enim soror tua uulnus haberet in corpore, quod occultari uellet, dum timeret secari, nonne crudeliter abs te sileretur et misericorditer indicaretur? quanto ergo potius eam debes manifestare, ne perniciosius putrescat in corde! sed antequam aliis demonstretur, per quas conuincenda est, si negauerit,

3 Prou. 27, 20 sec. Septuag. 6 I Cor. 3, 16; II Cor. 6, 16
14 Deut. 19, 15; Matth. 18, 16; II. Cor. 13, 1

1 uiro male] malo uro (*m. 1 corr.* uiro) *F* 4 igitur *U* 5 et ubi *F* ubi (*om.* et) *T Regulae codd. αλ* et (*om.* ubi) *HU* 6 qui *om. VU* 7 custodit uos *H* custodiat uos *T* uos custodiet *eflr Regulae cod. π* custodiet uos *m Regulae codd. αλ*, uos custodite *μ* 9 aduertitis *VU* 10 de *H Reg.* ex *FV edd.* et *om. U* 12 hoc potuit inuenire *F Regulae codd. παλ*, potuerit hoc inuenire *μ* 15 uos *om., m. 2 add. F* hoc *HF edd. Reg.* 16 quippe nocentes estis *F* 18 uellet occultari *edd.* uellet occultare *F Regulae codd. πμ*, uelit occultari *αλ* 19 cum *F Regulae codd. μαλ* timet *Reg.* sanari *RFV Regulae cod. μ* sanare *U* 21 perniciosius] deterius *H Regulae codd. παλ*

praepositae debet ostendi, ne forte possit secretius correcta non innotescere ceteris. si autem negauerit, tunc mentienti adhibendae sunt aliae, ut iam coram omnibus possit non ab una teste argui sed a duabus tribusque conuinci. conuicta uero secundum praepositae uel presbyteri arbitrium debet emendatoriam sustinere disciplinam. quam si ferre recusauerit et si ipsa non abscesserit, de uestra societate proiciatur. non enim hoc crudeliter fit sed misericorditer, ne contagione pestifera plurimas perdat. et hoc, quod dixi de oculo non figendo, etiam in ceteris inueniendis, prohibendis, indicandis, conuincendis uindicandisque peccatis diligenter obseruetur cum dilectione hominum et odio uitiorum. quaecumque autem in tantum progressa fuerit malum, ut occulte ab aliquo litteras uel quaelibet munuscula accipiat, si hoc ultro confitetur, parcatur illi et oretur pro ea; si autem deprehenditur atque conuincitur, secundum arbitrium praepositae uel presbyteri uel etiam episcopi grauius emendetur.

12 Vestes uestras habete sub una custode uel duabus uel quot sufficere potuerint ad eas excutiendas, ne tinea laedantur, et, sicut pascimini ex uno cellario, sic induamini ex uno

1 praepositae] prius praepositae *F* prius praeposito *Reg.* ostendi si admonita neglexerit corrigi ne forte *F edd. Reg.* (*scil.* admonitus) correpta *F edd.* correptus *Regulae codd.* πμ 2 non *om. edd. praeter m* nescienti *F Reg.* neganti *edd.* 3 coram ab omnibus *U* 4 tribusque] uel a tribus uere *F* tribusue *edd. praeter a Regulae codd.* πλ, et tribus μ, uel tribus *a* 5 uel] uel etiam *F Reg.* 6 sustinere *bis, alterum del. H* uindictam *F edd. Reg.* 7 acceserit, *m. 1 corr.* accesserit *F* 8 enim et hoc fit crudeliter *F edd. Reg.* 10 etiam in ceteris] et in certis *F* iudicandis, *ras. et corr. m. 1* indicandis *T* 14 ꝑfitetur, *m. 1 corr.* c̄fitetur *F* 15 ea] illa *F* illo *Reg.* 16 praepositae uel presbyteri] presbyteri praepositi uel aliorum simul presbyterorum *F*; *Regulae codd.* μ praepositi uel presbyteri, πα presbyteri uel praepositi, λ presbyteri praepositi 18 uestras uestes *VU* habete in uno | habete *F* in uno loco habete *edd.*; *Regulae codd.* πμ in uno habete, *a* in unum habeatis, λ in unum habentes (s *s. u. m. 1*); *cf. p. 366, 11* 19 poterint *HR* poterunt *VU* a tinea *edd. Regulae codd.* μλ (*pr.* a *s. u. m. 1*), a tineis π 20 induimini *TR*

uestiario. et si fieri potest, non ad uos pertineat, quid nobis induendum pro temporis congruentia proferatur, utrum hoc recipiat unaquaeque uestrum, quod deposuerat, an aliud, quod alia habuerat, dum tamen unicuique, quod opus est, non negetur. si autem hinc inter uos contentiones et murmura oriuntur, cum queritur aliqua deterius aliquid se accepisse, quam prius habuerat, et indignam se iudicat esse, quae ita uestiatur, sicut alia soror eius uestiebatur, hinc uos probate, quantum uobis desit in illo interiore s a n c t o h a b i t u cordis, quae pro habitu corporis litigatis. tamen si uestra toleratur infirmitas, ut hoc recipiatis, quod posueratis, in uno tamen loco sub communibus custodibus habete, quod ponitis, ita sane, ut nulla sibi aliquid operetur, siue unde induatur siue ubi iaceat siue unde cingatur uel operiatur uel caput contegat; sed omnia opera uestra in commune fiant maiore studio et frequentiori alacritate, quam si uobis propria faceretis. caritas enim, de qua scriptum est, quod n o n q u a e r i t, q u a e s u a s u n t, sic intellegitur, quia communia propriis non propria communibus anteponit. et ideo, quanto amplius rem communem quam propriam curaueritis, tanto amplius profecisse noueritis, ut in omnibus, quibus utitur transitura necessitas, superemineat, quae permanet, caritas. consequens ergo est, ut

9 Tit. 2, 3  17 I Cor. 13, 5  21 Eph. 3, 19; I Cor. 13, 8

1 quid uobis] quod uos *F*  2 temporum *F*  4 alia] altera *F edd.* alter *Reg.*  quod] quodcũq; *F; Regulae cod. μ* quod cuique, *αλ* prout cuique  est *om., m. 1 add. H*  6 cum queritur] et conqueritur *edd.* aliqua | tera de ̃tris (iqua *eraso ante* s *s. u. m. 2 add.* u) *F*  se *om. U*  7 iudicat *om. F Reg.*  ita] non ita *H edd. praeter m Regulae codd. παλ*  10 tollatur *F*  11 posueritis *Regulae codd. πμλ*  13 aliquid sibi *U*  siue quod induatur *F*  15 maire, *m. 2* maiore *F* maiori *U Regulae cod. μ*  16 frequentiore *H Regulae codd. παλ* faceretis propria *H Regulae codd. αλ* propria feceritis *R* (*m. 1 corr.* faceretis) *Regulae cod. π*  17 quaerat *F Regulae codd. μαλ*  20 propriam] propriam uestram *F Regulae cod. π* propria uestra *H Regulae codd. μαλ*  amplius] uos amplius *F Regulae codd. παλ* amplius uos *edd. Regulae cod. μ*  proficere *H*  21 transitoria *F*

etiam illud, quod suis uel filiabus uel aliqua necessitudine ad se pertinentibus in monasterio constitutis aliquis uel aliqua contulerit siue uestem siue quodlibet aliud inter necessaria deputandum, non occulte accipiatur et sit in potestate praepositae, ut in commune redactum, cui necessarium fuerit, praebeatur. quod si aliqua rem sibi conlatam celauerit, furti iudicio condemnetur.

13 Indumenta uestra secundum arbitrium praepositae lauentur siue a uobis siue a fullonibus, ne interiores animae sordes contrahat mundae uestis nimius appetitus. lauacrum etiam corporum ususque balnearum non sit assiduus, sed eo, quo solet, temporis interuallo tribuatur, hoc est semel in mense. cuius autem infirmitatis necessitas cogit lauandum corpus, non longius differatur; fiat sine murmure de consilio medicinae, ita ut, etiam si nolit, iubente praeposita faciat, quod faciendum est pro salute. si autem uelit et forte non expedit, suae cupiditati non oboediatur; aliquando enim, etiamsi noceat, prodesse creditur, quod delectat. denique, si latens est dolor in corpore famulae dei, dicenti, sibi quid doleat, sine dubitatione credatur; sed tamen, utrum sanando illi dolori, quod delectat, expediat, si non est certum, medicus consulatur. nec eant ad balneas siue quocumque ire necesse fuerit minus quam tres. nec illa, quae habet aliquo eundi necessitatem,

1 illud quod suis] filiis *F* 2 constitutis (tu *s. u. m. 1 add. et* is *ras. ex* us) *F* aliquis] aliquid *F* 4 et] sed *TF edd. Reg.* 5 in rem communem *F Regulae codd. αλ*, in re communi *πμ* cui] cum *edd. praeter m* nessarium *T* ncesarium, *m. 1 corr.* necessarium *F* 6 quod— condemnetur *om. F Regulae codd. παλ* 9 siue a uobis *om. F* interiores, *m. 2 supra* interioris *T* interioris *H Regulae codd. μλ* 12 interuallo temporis *F edd.* temporis *om. U* tribuatur (a *in ras. m. 1*) *R* 13 cogit ut lauandum, *sed* ut *in ras.* (*m. 1?*) *R* 14 medici *edd.* 15 etiam ut *F* etiam (*om.* ut) *U; Regulae cod. π* ut eam, *αλ* ut iam iubente praeposita *om. H* 16 forte non] ne forte *F* 17 oboediat *F Reg.* enim *om. T Regulae codd. αλ* 18 creditur quod negatur. Delectat *F* 19 quid sibi *H edd. Regulae codd. παλ*, quod sibi *F Regulae cod. μ* dilatione *H* 21 delectat̄ *F* 22 balnea* (s *eras.*) *T* balnea *H* 23 eundi] essendi *VU*

cum quibus ipsa uoluerit, sed cum quibus praeposita iusserit, ire debebit. aegrotantium cura siue post aegritudinem reficiendarum siue aliqua imbecillitate etiam sine febribus laborantium alicui debet iniungi, ut ipsa de cellario petat, quod cuique opus esse perspexerit, siue autem quae cellario siue quae uestibus siue quae codicibus praeponuntur, sine murmure seruiant sororibus suis. codices certa hora singulis diebus petantur; extra horam quae petierint, non accipiant. uestimenta uero et calciamenta quando fuerint indigenti necessaria, dare non differant, sub quarum custodia sunt, quae poscuntur.

14 Lites aut nullas habeatis aut quam celerrime finiatis, ne ira crescat in odium et trabem faciat de festuca et animam faciat homicidam. neque enim ad solos uiros pertinet, quod scriptum est: Q u i o d i t f r a t r e m s u u m, h o m i c i d a e s t, sed sexu masculino, quem deus primum fecit, etiam femineus praeceptum sexus accepit. quaecumque uel conuicio uel maledicto uel etiam criminis obiectu alteram laeserit, meminerit satisfactione curare quantocius, quod fecit, et illa, quae laesa est, sine disceptatione dimittere. si autem inuicem se laeserunt, inuicem sibi debita relaxare debebunt propter orationes uestras, quas utique quanto crebriores tanto sanctiores habere debetis. melior est enim, quae quamuis ira saepe

12 Matth. 7, 3—5; Luc. 6, 41—42 14 I Ioh. 3, 15

1 sed—iusserit *in uertendo u. om. H* 3 sine *V* sine am (am *exp.*) *U* aliquā imbecillitatē *F* 4 iungi *VU* 5 esse *om. T* 7 singulis (is *corr. ex* e) *F* 8 petierit, *m. 1 corr.* petierint *F* petiuerint *edd.* petierit *Reg.* accipiat, *m. 1 corr.* accipiant *F* accipiat *Reg.* 9 indigentibus *HF Reg.* 11 lites aūt nullas *F* 12 tabem, *m. 1 corr.* trabem *V* 15 sed in sexu *R* deus primo *U* primum deus *F edd.* 16 sexus praeceptum *F* quaecumque conuicio *F edd.* quicumque conuicio *Reg.* 18 curare quamtotius *H* quātotius curare *a* quantotius curare *F Regulae cod. μ* quantocius curare *cett. edd. Regulae codd. aλ*, quanto citius curare *π* 20 leserint *HF Regulae codd. aλ* delicta, *m. 1 corr.* debita *U* debuerint *VU* rationes *F* 21 crebriores] crebriores habetis *F edd. Reg.* crebrio¦ores habetis *H* saniores *HF Regulae codd. μaλ*, seniores *π* 22 debitis, *m. 1 corr.* debetis *H* debebitis *T Regulae cod. λ* enim] autem *F edd. Reg.*

7 Rom. 12, 3 11 Prou. 4, 26 (sec. Septuag.)—27

1 negant *H* in uitam bonam siue in malam *D* in uitam bonam siue malam (malam *ex corr. m. 1; fuit* malum) *G* in uita mala siue in bona *K* 2 bonam (a *ex corr. m. 2; fuitne* u?) *V* bonum $P^1$ neque in tantum *C* gratia dei $P^1$ *edd.* ualet *A* 3 ut in bono *HMGA*$P^2$*KD*$P^4$ *edd.; cf. p. 386, 9* 4 perseuerante, *m. 2* perseueranter *C* ut *om.* *H* 5 obi $P^1$ ut *D* dificiat *B* 6 exhortator, *m. 1 corr.* exhorta^t^ur *H* 7 apostulos (*sic!*), *corr.* apostolus $P^1$ oportat (*sic!*), *corr.* oportet $P^1$ 8 sed sapere *om.* *G* (*in marg. m. 1 add.*) *B* sobrietatem *V* (*in marg. m. 2* temperantiam) $P^1P^3$ *sec. Vulg.* 9 partitus, *corr.* paratus *V* 10 audite *K* per *om.* *P* (*m. 2 add.*) *B* 11 cursos (*m. 1 corr.* cursus) inquid *H* inquit cursus *K* faciā (iā *exp.*) *S* 12 dextram *K* 13 tua, *corr.* tuū $P^1$ a mala, *m. 2* a malo *A* a malo *V* (*in marg. m. 2* a uia ma *postremis l. codicis recisione perditis*) uias] uie *K* s enim quae *putredine perditum* *L* autem *P* (*m. 2* enim) *B* 14 ad *C* (d *eras.*) $P^1$*A* dominus *CHMGA*$P^2$*K*$P^3$*DS* *edd. sec. Vulg.* (*Septuag.* ὁ θεός) enim *GD* 15 a* (*fuit* d) *P* ad *B* s.nt (u *putredine euanuit*) *L* 16 cursos *C* (*m. 2* cursus) *K* tuos *ex* tuus $P^1$ *ante* itenera (*sic!*) aut̄ *s. u. m. 1 add.* et *M*; *cf. p. 392, 5* itinere, *m. 2* itinera *C* producit, *corr.* producet *C*$P^1$ producit *LP* (*m. 2* producet) *V* (*m. 1 corr.* producet) *B*

esset liberum arbitrium, non diceretur: Rectos cursus fac pedibus tuis et uias tuas dirige, ne declines in dexteram neque in sinistram. et tamen, sine dei gratia si posset hoc fieri, non postea diceretur: Ipse autem rectos faciet cursus tuos et itinera tua in pace producet.

6 Nolite ergo declinare in dexteram neque in sinistram, quamuis laudentur uiae, quae a dextris sunt, et uituperentur, quae sunt a sinistris. hoc est enim, propter quod addidit: Auerte autem pedem tuum a uia mala, hoc est a sinistra, quod manifestat in consequentibus dicens: Vias enim, quae a dextris sunt, nouit deus; peruersae autem sunt, quae a sinistris sunt. eas itaque uias ambulare debemus, quas nouit deus, de quibus in psalmo legitur: Nouit dominus uiam iustorum et uia impiorum peribit. hanc enim non nouit dominus, quia sinistra est, sicut dicturus est etiam illis ad sinistram constitutis: Non noui uos. quid est autem, quod ille non nouit, qui utique nouit omnia siue bona hominum siue mala? sed quid est: Non uos noui,

1; 4; 8; 10 Prou. 4, 26 (sec. Septuag.)—27 13 Ps. 1, 6 16; 18 Matth. 25, 12; 7, 23; Luc. 13, 27

1 cursos, *ras.* cursus *H* cursos, *m. 2* cursus *PC* 2 et uestigia tua diriges (s *exp.*) *B* dirige (e *in ras. m. 2*) *M* 3 dextram *P* (*m. 1 corr.* dexteram) *K* dei *om. D* 4 autem *om. B* 5 tuus *H* et *om. LP* (*m. 1 ? add.*); *Vulg.* itinera autem, *Septuag.* τὰς δὲ πορείας in pace *om., m. 1 add.* $P^3$ producit, *corr.* producet *C* 6 noli *M* dextram, *m. 1 corr.* dexteram *P* dextram *LCHAK* 7 uitae *A* uia *B* ad $P^1G$ 8 est *om. D* 9 sistra, *m. 1 corr.* sinistra *M* 10 manifestat in sequentibus *M* manifestatur consequentibus *A* ad *C* (d *eras.*) *GB* 11 dominus $HP^1MGKDS$ *edd.* (*cf. p. 391, 14; 392, 13; 394, 2*) uero $HMGAP^2KDP^4$ *edd.* (*cf. p. 391, 14; 394, 3*) 12 sistris, *m. 1 corr.* sinistris *M* sunt *in fine u. om. B* easq, (q, *del.*) *G* utique $HMAP^2$ *edd.* 13 dominus *HMKS edd.* quibus et in *K* 14 uias *HKD* et uia* *C* et uiam *BK* 15 hac, *m. 1 corr.* hanc *H* enim] uiā *G* uiā nouit dn̄s quia dexta ē. illā uiā *D* non *om., s. u. add.* $VP^1$ deus *L* quia] et quia (et *del.*) *H* qui‿a *P* qui (*m. 2* quę) | a $P^2$ q a *B* quae a *C* (*m. 2* quae ad) $P^4$ sinistrā (∼ *m. 2 ?*) *C* 16 noui* $P^4$ 17 omnia nouit *M* 18 omnium *C* noui uos *B* uos *om., m. 2 add. P*

nisi 'tales uos ego non feci'? quem ad modum illud, quod dictum est de ipso domino Iesu Christo, quia non nouerat peccatum, quid est nisi 'non fecerat'? ac per hoc, quod dictum est: Vias, quae a dextris sunt, nouit dominus, quo modo intellegendum est, nisi quia ipse fecit uias dextras, id est uias iustorum, quae sunt utique opera bona, quae praeparauit deus, sicut dicit apostolus, ut in illis ambulemus? uias autem sinistras peruersas, id est uias impiorum non utique nouit, quia non eas ipse fecit homini sed homo sibi, propter quod dicit: Odi autem ego peruersas uias malorum; ipsae sunt a sinistris.

7 Sed respondetur nobis: 'Cur ergo dixit: Ne declines in dextram neque in sinistram, cum potius dicere debuisse uideatur: „Tene dextram et ne declines in sinistram", si bonae sunt uiae, quae a dextris sunt?' cur, putamus, nisi quia ita sunt uiae bonae, quae a dextris sunt, ut in dextram tamen declinare non sit bonum? declinare quippe ille est intellegendus in dextram, qui bona ipsa opera, quae ad uias dextras perti-

2 II Cor. 5, 21; I Petr. 2, 22 4; 11; 12 Prou. 4, 27 6 Eph. 2, 10 10 Ps. 118, 104

2 domino nostro iesu *B* nou'it *D* 3 quid est nisi fecerat *A* quid est nisi quia non fecerat *D a e f* quid est non nouerat nisi quia non fecerat *l r m* ac] hac *H* quod dictum est *om. D* 4 ad *A* nouit dominus *om. C* 5 ipse *om. B* 6 utique] autem *A* 8 et peruersas *K* ꝉ· (= id est) peruersas *D* 9 qui *L* e feci *folio perforato perditum L* in homine *HMA* 10 homo sibi *ex* homi nibi *V* odii *CHMG* (*m. 2* odiui) odi, *m. 2* (?) odio $P^1$ odio $P^3$ odiui $P^2$ *edd. Vulg.* ego *om. C* 11 ipse *LV*$P^2$*BK*$P^3$*D*$P^4$ sum $P^4$ 12 cū *B* ego, *m. 2* ergo *P* 13 dextram, *m. 2* dexteram *P* dexteram *VH* (*post.* e *del.*) $P^1$*MG*$P^3P^4$*S m* usque·*LP* (*m. 2* neque) potius (ius *ex ras. et corr.*) *C* 14 dextram, *m. 2* dexteram *P* dexteram *V*$P^1$*MG*$P^3$*S edd.* 15 a] ad *LV*$P^1$ (d *semiras.*) cur—a dextris sunt *om. C* putemus *A* putaremus *B* ita *in ras. V* istę *S* 16 uiae sunt *edd.* a *in ras., fuit* ad *V* ad *L*$P^1$ dexteram *VMGS edd.* dextra *LP* (*m. 2* dexterā) *C*$P^1$*BK* dextera $P^3$ 17 ille quippe *G*$P^2$ ille *om. K* 18 in *om. H* (*m. 1? add.*) *M* (*m. ut uid. 1 add.*) *A* dextram, *m. 2* dexteram *P* dexteram *GS edd.* dextra *K* dexteras *edd.* pertinet, *m. 1 corr.* pertinent *M*

nent, sibi uult adsignare non deo. et ideo, cum dixisset: Vias enim, quae a dextris sunt, nouit deus; peruersae autem sunt, quae a sinistris sunt, tamquam diceretur ei: 'Quo modo ergo non uis, ut declinemus ad dextram', secutus adiunxit: Ipse autem rectos faciet cursus tuos, itinera autem tua in pace producet. sic ergo intellege, quod tibi praeceptum est: Rectos cursus fac pedibus tuis et uias tuas dirige, ut noueris, cum hoc facis, a domino deo tibi praestari, ut hoc facias, et non declinabis ad dextram, quamuis ambules in uiis dextris, non confidens in uirtute tua; et ipse erit uirtus tua, qui rectos faciet cursus tuos et itinera tua in pace producet.

8 Quapropter, dilectissimi, quicumque dicit: 'Voluntas mea mihi sufficit ad facienda opera bona', declinat in dextram. sed rursus illi, qui putant bonam uitam esse deserendam, quando audiunt sic dei gratiam praedicari, ut credatur et intellegatur uoluntates hominum ipsa ex malis bonas facere, ipsa etiam,

1; 5; 11 Prou. 4, 27    7 Prou. 4, 26 sec. Septuag.

1 adsignare non deo sed sibi uult *C*    2 dominus *$P^1$GKD$P^4$S edd.* dn̄s (n *exp.*) *$P^3$*    3 autem *om. D*    ad (d *del.*) *H*    4 non//////uis *$P^1$*    in *K*    dextram, *m. 2* dexteram *P* dexteram *VG$P^4$S edd.* dextra *K*    5 faciet rectos *$P^2$*    tuuos (*alt.* u *exp.*) *$P^3$*    6 autem *om., m. 1 (?) add. H*    tua *om. B*    pacem *G*    producit *LP* (*m. 2* producet) *C* (*corr.* producet) *V* (*m. 1 corr.* producet) *$P^1$B*    intelligit, *corr.* intellige *S*    7 rectos *ex* rectus *V*    9 dō|tuo tibi *$P^2$*    declineris *C*    in *K*    10 dextram, *m. 2* dexteram *P* dexteram *VMG$P^4$S edd.* dextra *K*    confides *H$P^2$* confiens *B* fidens *C*    11 ipse] ip̄a *D*    qꝛ (= quia) *D*    faciet—pace] fac̆ · c · t · i · a · t · in p · *D*    12 tuus *H*    itenera *G*    pauce (u *m. 2 exp.*) *M*    producit, *corr.* producet *C*    13 uoluntate *C*    14 mihi *om. C*    opera bona ad facienda *signis corr. $P^3$*    faciendā *B*    bona opera *GD*    declina*t *P* quae declinet *C*    dextram, *m. 2* dexteram *P* dexteram *M$P^4$S edd. Eugippi nonnulli codd.* dextra *K*    15 deserendam esse *C*    disserendam *B*    16 praedicare, *corr.* praedicari *$P^1$*    ut] ut et *Eugippi cod. Vat.*    et] et ut *K*    17 uoluntas, *m. 2* uoluntates *$P^2$*    ipsa, *m. 2* ipsas *M* ipsam *V* (*in marg. m. 2* ipsū) *$P^1$GK$P^3$* (in *semiras.*) *S*    bona, *m. 1 corr.* bonas *P*    ipsa, *m. 2* ipsas *M* ipsa* *A* ipsam *V* (*in marg. m. 2* ipsū) *$P^1$GK$P^3$S* ipsas *$P^2$*    quas etiam *D* enim quas *M*

quas fecerit, custodire, et propterea dicunt: Faciamus mala, ut ueniant bona, in sinistram declinant. ideo uobis dixi: 'Non declinetis in dextram neque in sinistram', hoc est nec sic defendatis liberum arbitrium, ut ei bona opera sine dei gratia tribuatis, nec sic defendatis gratiam, ut quasi de illa securi mala opera diligatis, quod ipsa gratia dei auertat a uobis. talium quippe uerba sibi proponens apostolus ait: Quid ergo dicemus? permanebimus in peccato, ut gratia abundet? atque his uerbis hominum errantium et dei gratiam non intellegentium respondit, ut debuit, dicens: Absit; si enim mortui sumus peccato, quo modo uiuemus in eo? nihil dici potuit breuius et melius. quid enim nobis gratia dei utilius confert in hoc praesenti saeculo maligno, nisi ut moriamur peccato? ac per hoc ipsi gratiae inuenietur ingratus, qui propter illam uult uiuere in peccato, per quam morimur peccato. deus autem, qui diues est in misericordia, det uobis et sanum sapere et usque in

1 Rom. 3, 8  3 p. 392, 6  8 Rom. 6, 1  11 Rom. 6, 2  16 Eph. 2, 4

2 sinistrã/// *M* (*ras. 1—2 l.*) *G* (*parua ras.*) sinistrâ (~ *m. ut uid. 2*) *P* siníſtra *K*  diclinant *V* delinant, *m. 1 corr.* declinant *M* declinat $P^4$  ideo de uobis *K*  uos, *m. 1* (?) *corr.* uobis *M*  3 dixit *flrm*  declinabitis *B*  dextram, *m. 1 corr.* dexteram *P* dexteram *VH* (*post.* e *del.*) $MP^4S$ *edd. Eugippi nonnulli codd.*  4 non *edd.* librum, *m. 1* (?) *corr.* liberum $P^2$  um arbitrium ut ei bona *putredine perditum L*  opera *in fine u. om. M*  6 secura $HP^1$ (*corr.* securi)  diligitis *A*  dei gratia *signis corr. D*  dei *om. C* auertit, *m. 1 corr.* auertat *H*  7 sibi] s̄ quae *D*  8 dicimus *K Eug.* (*Knoelli quidem codd.*)  impeccato $P^3$  10 intellegendam *K*  12 uiuimus, *m. 2* uiuemus $P^2$  potuit dici $P^2$ *edd.*  potui *M*  *post* potuit *s. u. m. 1 add.* et *D* potuit et *GK*  melius et breuius $P^1P^3$ breui'* $P^4$  13 gra*tia *H*  conferat *K*  14 magno, *m. ut uid. 1 corr.* maligno *LP* ma*ligno (*fuit* g) *H*  moriamur (*post.* m *in ras.*) $P^1$ 15 inuenietur (*post.* e *m. 2 exp.*) *V* inuenitur $CP^4$  16 moriatur $P^2$ 17 misecordia *G*  et *ante* sanum *om. C*  et usque] eusque, *m. 1 corr.* et usque *M*

finem proficienter in bono proposito permanere. hoc pro uobis hoc pro nobis hoc pro omnibus, qui uos diligunt, et pro eis, qui uos oderunt, instanter in pace fraterna et uigilanter orate. deo uiuatis.

Si quid de uobis mereor, ueniat ad me frater Florus.

## CCXVI.

DOMINO VERE SANCTO AC NOBIS VENERABILITER SUPER OMNIA PRAEFERENDO ET PIA EXULTATIONE COLENDO BEATISSIMO PAPAE AUGUSTINO VALENTINUS SERVUS TUAE SANCTITATIS ET OMNIS CONGREGATIO, QUAE TUIS ORATIONIBUS MECUM SPERAT, IN DOMINO SALUTEM.

1 Venerabilia scripta et librum tuae sanctitatis ita tremebundo corde percepimus, ut, sicut beatus Helias, cum in speluncae limine staret, faciem suam gloria domini transeunte uelauit, ita nos obiurgatos oculos teximus, quia per rusticitatem fratrum nostrorum nostro iudicio erubuimus, quorum inordinata pro-

13 III Reg. 19, 13

1 finē (inē *in ras.*) $P^1$ proficientes *CV* (*in marg. m. 2* proficient̃) $P^1$*GDS* proficientibus $P^3$ in bonis operibus permanere *GD* uobis, *m. 1 corr. uid.* nobis *A* 2 hoc pro nobis *om. A* eis (ei *in ras.*) *V* eos, *corr.* eis *S* 4 orare *L* (*m. 1 corr.* orate) *P* (*m. 2* oraţe) deo uiuatis *om. K* deo] ut deo $MP^2$ uiuatis explt epła. Si quid *M* 5 si quid—Florus *om. HA a e f* quit, *m. 2* quid $P^2$ foris, *m. 2* florus *P*

*G = cod. Sangallensis 140 s. X.*
*D = cod. Admontanus 125 s. XII.*
*P = cod. Parisinus 2807 s. XIII.*
*V = cod. Vaticanus 495 s. XV.*
*U = cod. Vaticanus 499 s. XV.*

*Louanienses hanc epistulam in Vaticanis exemplaribus repertam primi ediderunt.*

7 domino uere domino sancto *G* domino uero domino sancto *D* 8 super] et super *GD* exaltatione *G* 11 sperant *G* (n *del.*) *D* 13 suscepimus *VU edd.* in *om., m. 2 add. G*

fectione tuam metuimus beatitudinem salutare, quia tempus loquendi et tempus tacendi, ne, dum per dubitantes et de ueritate fluctuantes scriberemus, de dictis sapientiae tuae, quae est sicut sapientia angeli dei, dubitare cum dubitantibus uideremur. non enim erat nobis necessarium interrogare de beatitudine et de sapientia tua, quae est nobis nota per domini gratiam. nam ad librum dulcissimae sanctitatis tuae ita sumus alacriter iucundati, ut, sicut apostoli dominum post resurrectionem prandentem secum non audebant interrogare, quis esset — sciebant enim, quia Iesus est —, ita et nos nec uoluimus nec ausi sumus interrogare de libro, utrum tuae sit sanctitatis, cum ipsa fidelis gratia, quae in eo liberaliter commendatur, nobis tuum esse, domine sancte papa, eloquiis uiuacissimis contestetur.

2 Incipiamus autem, domine beatissime papa, ipsius ordinem perturbationis exponere. carissimus frater noster Florus, seruus paternitatis tuae, cum ad Uzalensem patriam fuisset suadente caritate profectus, eulogias monasterio inter ipsas suae ciuitatis moras de opusculis nobis tuae adtulit sanctitatis uno fratre Felice, qui ad tuam sanctitatem tarde post comites suos uenisse dinoscitur, eundem librum deuote dictante. uentum est ad monasterium cum eodem libello fratre Floro ad Cartha-

1 Eccle. 3, 7 4 II Reg. 14, 20 8 Ioh. 21, 12

1 meruimus *VU edd.*; *post* metuimus *ras. 2—3 l. G* qui *G* (*m. 2* quia) *D* (*in fine u.*) 2 et *om. D* tempus *in fine u. om. G* nec, *m. 2* ne *G* nō *D* 4 sapientia *om. VU edd.* 5 interrogare beatitudinem tuam de sapientia (sapientientia *G*) tua *GD* 7 dei *DVU edd.* dulcissimum *VU edd.* 8 domini *GD* 11 uolu|mus *P* uolumus *DU* 12 tuae sanctitatis, *m. 2* tuae sanctitatis esset *VU;* tuae sanctitatis esset *edd.* fideli *P* fideli', *m. 2* fidelium *VU* fidelium *edd.* quae *om. VUlsr* 13 nobis tuum] nobiscum *G* (*m. 2* nobis tuum eum) *D* nobis tuis *VUlsr* esse *om. VU edd.* 14 eloquii suauissimi *G* (*m. 2* eloquio suauissimo) *D* commendatur *GD* 16 clarissimus *VUlsr* 17 uralensem *VUlsr* 18 inter ipsas monasterio *signis m. 1 corr. D* monasterii *VU edd.* ipsas *om. VU edd.* suae ciuitatis] uacuitatis *GD* 19 no*bis *V* nostris *U* 21 dictantē, *m. 2* dictante *G*

ginem de Uzalensi ciuitate profecto. mihi non monstrato libro inperitis fratribus recitare coeperunt. qui quorundam non intellegentium corda commouit, quia et, cum diceret dominus: 'Qui non manducauerit carnem filii hominis neque biberit sanguinem eius, non habebit uitam in semet ipso', discesserunt, qui impie intellexerunt non culpa domini dicentis sed duritia impiissimi cordis.

3 Coeperunt memorati fratres, qui omnia subuerterunt, innocentum animas commouere mea paruitate penitus ignorante in tantum conuentus illorum murmurantis nescii, ut, nisi frater Florus de Carthagine repedans eorum perturbationes agnoscens mihi sollicite nuntiasset . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . furtiua et tamquam seruilis erat inter eos de non intellegenda ueritate contentio. proposui ad auferendas impias quaestiones, ut ad dominum sanctum patrem Euodium mitteremus, ut ipse nobis de hoc sacrosancto libro propter ignaros aliquid certius rescripsisset. nec hoc accipere patientius uoluerunt, sed arripuerunt profectionem nobis taliter non optatam fratre Floro furore illorum propemodum conturbato, in quem saeuiebant, quia ipse illis, ut putabant, uulnera libri huius adtulisset, in quo medicinam non poterant infirmi cognoscere. unde et sanctum presbyterum Sabinum ad maiorem auctoritatem rogauimus et ipsius sanctitas librum cum liquidis interpreta-

3 Ioh. 6, 54; 67

1 uralensi *VUlsr* monstratũ librũ *G* (*pr.* ũ *in ras. m. 1*) *D* 2 qui *om. GD* 3 et *om. VU edd.* 5 qui] quoniam *VUlsr* 9 animos *G* 10 murmurantes nesciui nisi *GD* 11 repedans] repetitas *VUlsr* eorum perturbationes] ex eorum perturbatione *GD* 12 renuntiasset· *GD* *lacunam significaui* 13 furtiue *G* (*m. 2* furtiua) *D* seruilis *om. GD* eos de] eosdẽ *D* intellecta *GD* 15 ut *om. G* (*in fine u., m. 2 add.*) *D* domnum *G* patrem meum euuodium *GD* et, *m. 2* ut *G* 16 propater (a *del.*) *G* 17 hoc *om. GD* patientius accipere *VU edd.* 18 optata, *m. 2* optatã *G* 19 propemodum *om. VUlsr* 20 illic *GD* 21 non poterant medicinam *VU edd.* infirmi] ut infirmi *G* cognoscereut (nt *del.*) *G* 22 sauinum *GD* 23 librum] eis librum *GD*

tionibus legit. nec sic anima sauciata curata est. quibus propter ipsam pietatem sumptus dedimus, ne uulnera ipsorum cumularemus, quae posset sanare libri ipsius gratia, in qua refulget tua sancta praesentia. quibus profectis quies et pax per omnes fratres exultauit in domino. quinque enim uel eo amplius fratrum animositate ista est innata contentio.

4 Sed quia interdum, domine papa, prouenit gaudium ex tristitia, non adeo maestificamur, quia per ignaros et curiosos suauissimis monitionibus tuae sanctitatis inluminari meruimus. nam et dubitatio beati Thomae apostoli foramina clauorum quaerentis confirmatio fuit ecclesiae uniuersalis. accepimus ergo, domine papa, medicamentum pie curantium tuarum cum gratia litterarum et contudimus pectora nostra, ut saltem sic sanetur conscientia nostra, quam per liberum arbitrium nostrum, quod donat misericordia, curat et uiuificat gratia sed in hoc tempore, quando adhuc misericordiam cum dilatione cantamus. nam cum coeperimus iudicium cantare domino, reportaturi sumus mercedem pro opere nostro, quia misericors et iustus dominus, miserator et rectus; quia, sicut docet nos sanctitas tua, repraesentari nos oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque nostrum propria corporis, prout gessit siue bonum siue malum; quia ueniet dominus et merces eius cum ipso, quia stabit homo et opus eius ante ipsum; quia

10 Ioh. 20, 25 16; 17 Ps. 100, 1 18 Ps. 111, 4 20 II Cor. 5, 10 23 Es. 40, 10

2 illorum *GD* 3 *ante* sanare *s. u. m. 2 add.* et *G* ipsius] huius *edd.* in quo refulgent (n *del.*) *G* 5 exaltauit, *corr.* exultauit *U* eo *om. VU edd.* 6 animositatis (*del. postr. l.*) est innata *G* animositas ẽ· innata *D* 7 papa *om. VUlsr* prouenit (ro *in ras.*) *V* peruenit *U* preuenit *P* 8 laetificamur *GD* 9 tuis *D* 12 igitur *VU edd.* medicamentum pie curationum *G* (*m. 2* pie medicamentum curationum) *D* 13 contu*dimus *V* contundimus *GDUlsr* sic saltem (*m. 2* saltim) *G* sic saltim *D* 15 sonat *D* sed *om. GD* 17 cepimus *U* iudicium *om. GD* reportaturi, *corr.* reparaturi *V* repaturi *U* 19 qua *D* 22 proprii *D* 24 stabat *P* statuitur *D* opus] merces *GD* corpus *VUlsr*

ueniet dominus sicut clibanus ardens, ut incendat impios tamquam stipulam, et timentibus nomen domini orietur sol iustitiae, quando impii punientur iudicio iustitiae. hoc iustus, cuius tu amicus es, domine papa, exclamat, contremiscit et suppliciter dicit: Domine, ne intres in iudicium cum seruo tuo. si gratia esset remunerantis, non timeret iustus secretarium iudicii maiestatis. serui tui Flori haec fides est, pater, non sicut fratres isti sunt locuti. in praesentiarum audierunt ab illo dictum non iuxta merita nostra dari donum pietatis sed per gratiam redemptoris; nam de illo die quis dubitet longe esse gratiam, cum coeperit irasci iustitia? hoc clamamus, pater, hoc te docente cantamus non securi sed trepidi: Domine, ne in furore tuo arguas me neque in ira tua corripias me; hoc dicimus: 'Emenda nos, domine, et de lege tua erudi nos, ut mitiges nos a diebus malis'; hoc credimus docente te, uenerabilis pater, quia dominus interrogat iustum et impium, quia a dextris et sinistris positis bonis et malis inputat remuneranda opera pietatis, enumerat puniendam tenacitatem impietatis. ubi erit gratia, quando pro sui qualitate dispungentur opera siue bona siue mala?

5 Sed cur non directum non timet proferri mendacium? libe-

1 Mal. 4, 1—3 5 Ps. 142, 2 6 Prou. 11, 31; I Petr. 4, 18 12 Ps. 6, 2 14 Ps. 93, 12—13 16 Matth. 25, 31—46

1 dominus sicut] dies domini *G* (*s. u. m. 2 add.* ut) *D*; *cf. Mal. 4, 1* 2 stipula, *m. 2* stipulā *G* 3 punientur in iudicio *GD* hoc] o *G* (*m. 2* et) *D* 4 domine] tu domine *G* 6 esset] n̄ esset *D* remuneratis *G* iustus *om. VUlsr* 7 iudicium *GDVU edd.* est fides *G* 8 sicuti fratres de isto sunt *GD* locuti ut in *D* 10 sed gratia redemtoris *GD* 11 gratia, *m. 2* gratiā *G* *post* cum *ras. 1—2 l. G* cepit *U* 12 docente te *D* docent, *m. 2* docente *G* canimus *VU edd.* domine *om. G* (*m. 2 add.*) *D* 15 hoc enim credimus *D* 16 uenerabilis *bis, alterum m. ut uid. 2 del. G* deus *VU edd.* interrogabit *G* 17 quia a] quia, *m. 2* qui a *G* a dexteris *l* et a sinistris *VU edd.* 18 tenacitamen, *m. 2* tenacitatem *G* 20 dispugnentur, *m. 2 supra l.* distinguentur *G* 21 cur non] cor non *G* non cor *D* rectum, *m. 1 corr.* directum *D* proferre *GD*

rum arbitrium dei gratia curatum non negamus; sed per Christi cotidianam gratiam proficere credimus et adiuuari confidimus. et homines dicunt: 'In mea est potestate, ut faciam bonum.' si tamen facerent homines bonum! o inanis gloriatio miserorum! cotidie peccata arguunt et ipsi sibi adsumunt nudum liberum iactantes arbitrium non discutientes conscientiam suam, quae non potest curari nisi per gratiam, ut dicerent: Miserere mei; sana animam meam, quia peccaui tibi. quid facerent, qui de libero sibi gloriantur arbitrio, quod non negatur cum dei dum taxat adiutorio, si iam absorpta fuisset mors in uictoria, si iam mortale nostrum indueret inmortalitatem et corruptibile nostrum indueret incorruptionem? ecce fetent uulnera et superbe petitur medicina. non dicunt sicut iustus: Nisi dominus adiuuisset me, paulo minus habitasset in inferno anima mea; non dicunt sicut sanctus: Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra uigilauit, qui custodit eam.

6 Sed ora, piissime pater, ut iam non curam geramus nisi pro peccato nostro lacrimis expiando et dei gratia commendanda; ora, domine pater, ut non urgeat super nos puteus os suum, ut saluemur a descendentibus in lacum, ut non pereat

7 Ps. 40, 5 10 I Cor. 15, 54; 53 14 Ps. 93, 17 16 Ps. 126, 1 20 Ps. 68, 16 21 Ps. 29, 4 Ps. 25, 9

1 curatum *om. VU l s r* sed pro christi cotidianam gratiam (*sic!*) *P* 2 proficere] perfici *GD* profiteri *U* 3 et] quod, *corr.* quid *V* quid *U edd.* 4 homines facerent *VU edd.* 5 peccata cotidie *GD* 7 diceret, *m. 2* dicerent *G* 8 mei] mea *V* quia] quoniam *G* 10 negatur *om. VU l s r* si] cum *G sec. Vulg.* absorta *GVU* esset *VU edd.* 11 mors *om., m. 2 super* iam *add. G* in uictoriam *m; Gr.* εἰς νῖκος induerit *PVU l s r sec. sacr. litt.* 12 induerit *P* induet *VU l s r* 13 non *om., s. u. m. 1 add. D* dicunt *om. G* (*s. u. post* iustus *m. 2 add.* aiunt) *D* 14 me *om. U* 15 sič iust' sc̃s (iust' *exp.*) *D* 16 custodi*erit *V* custodiueit *U* custodierit · c · f · u · | q · c · eã · *D* (i *over* q) 17 uigilabit *P* uigilat *VU edd. sec. Vulg.; Septuag.* ἠγρύπνησεν 18 pater piissime *G* 19 gratiae commendando *GD* 20 domine] piissime *GD* puteus super nos *sed signis m. 1 corr. D*

cum impiis anima nostra per superbiam nostram, sed sanetur per domini gratiam. sicut ergo praecepisti, domine papa, frater noster Florus, seruus sanctitatis tuae, omni alacritate perrexit, cui non impedit, sed proficit fatigatio, ut accedat ei dilucidata cordis instructio. quem tuae sanctimoniae suppliciter commendamus pariterque deposcimus, ut et ignaros tuis orationibus domino commendes mansuetissime componendos. ora, domine et dulcissime pater, ut fugiat diabolus de congregatione nostra et amota omni alienarum quaestionum procella nauis propositi nostri epibatis quietis onusta intra stationem tutissimi portus secura consistat, dum nauigat per hoc mare magnum et inmensum, et in illo portu, intra quem iam non erit metuendum uitae nauigium, mercium indiscrepans accipiat pretium placitarum. hoc tuae sanctitatis impetraturos nos confidimus adiutorio per gratiam, quae est in Christo Iesu domino nostro. omnes filios apostolatus tui dominos nostros clericos ac sanctos in congregatione propositi seruientes deprecamur ut digneris nostro officio salutare, ut cum tua beatitudine omnes pro nobis orare dignentur. indiscrepans trinitas domini dei nostri sanctum apostolatum tuum, quem elegit per gratiam, conseruet nobis in ecclesia sua et nostri memorem coronet in ecclesia magna, quod optamus, domine. si quid autem famulus tuae sanctitatis frater suggesserit Florus, pro regula monasterii digneris, pater, petimus, libenter accipere et per omnia nos infirmos instruere.

2 dei *GD* ergo *om. GD* 8 domine] bone *GD* diabolus *om. VUlsr* 9 ammota *VU* questione *D* 10 naui, *m. 2* nauis *U* pibatis, *m. 2 supra* ł pyratis *G* 11 secure *VU edd.* 13 metuendū manendū uitę *D* indiscretis *GD* accipiat—sanctitatis *om. GD* 14 inpatraturos, *m. 2* inpetraturos *G* impaturos *D* 15 adiutorio, *m. 2* adiutoria *G* 16 domos, *m. 1 corr.* domnos (*sic!*) *P* domnos *GD* 17 ac *om. GD* propositi, *m. 2* sancti propositi *G* 18 officio nostro *D* ut] una, *m. 2* ut una *G* 20 nostri dei *D* dei *om. VUlsr* sanctum *om. m* iesu christi *VUlsr* 21 memorem nostri *G* 22 domine ut supra si quid *GD* 23 suggexerit *V* pro regula nostri monasterii *G* 24 et *om. VUlsr*

## CCXVII.

### AUGUSTINUS EPISCOPUS SERVUS CHRISTI ET PER IPSUM SERVUS SERVORUM IPSIUS VITALI FRATRI IN IPSO SALUTEM.

I 1 Cum de te mihi essent nuntiata non bona, et rogaui deum et, donec bona mihi nuntientur, adhuc rogo, ut litteras meas nec aspernanter sumas et salubriter legas. si hanc exaudit pro te orationem meam, etiam de te gratiarum actionem donat ut offeram. quod si impetro, procul dubio non contra dicis huic ipsi principio epistulae meae. hoc enim pro te oro, ut sis rectae fidei. si hoc ergo pro caris nostris non tibi displicet ut oremus, si hanc orationem recognoscis esse Christianam, si et tu pro caris tuis talia uel orare te recolis uel orare te debere cognoscis, quo modo dicis, quod te audio dicere, ut recte credamus in deum et euangelio consentiamus, non esse donum dei, sed hoc nobis esse a nobis, id est ex propria uoluntate, quam nobis in nostro corde non operatus est ipse? et ad hoc cum audieris: 'Quid est ergo, quod ait apostolus: Deus in uobis operatur et uelle?' respondes per legem suam, per scripturas suas deum operari, ut uelimus, quas uel legimus uel audimus; sed eis consentire uel non consentire ita nostrum est, ut, si uelimus, fiat, si autem nolimus, nihil in nobis operationem dei ualere faciamus. operatur quippe ille, dicis, quantum in ipso est, ut uelimus, dum

18 Phil. 2, 13

*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
$P^1$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*T* = *cod. Trecensis 40 s. XIII.*
*H* = *cod. Mus. Brit. Harl. 3107 s. XIII.*
*V* = *cod. Vaticanus 496 s. XIII.*

4 dominum *TH edd.* 5 donet *V* mihi bona *TH edd.* aduc, *m. 2* adhuc *P* 6 sumas] accipias *TH* legas] sumas *V* 8 contradices *edd.* 9 *oro (h *eras.*) *P* 10 hoc *om. V* non *om., m. 1 add.* $P^1$ 11 esse *om.* $P^1$ 18 operatur in nobis *TH* in nobis operatur *edd. praeter m* et uelle] et uelle et perficere *edd. praeter a sec. sacr. litt* 23 dum] cum *edd.*

nobis nota fiunt eius eloquia; sed si eis adquiescere nolumus, nos, ut operatio eius nihil in nobis prosit, efficimus. quae si dicis, profecto nostris orationibus contra dicis.

2 Dic ergo apertissime nos pro his, quibus euangelium praedicamus, non debere orare, ut credant, sed eis tantum modo praedicare. exerce contra orationes ecclesiae disputationes tuas et, quando audis sacerdotem dei ad altare dei exhortantem populum dei orare pro incredulis, ut eos deus conuertat ad fidem, et pro catechumenis, ut eis desiderium regenerationis inspiret, et pro fidelibus, ut in eo, quod esse coeperunt, eius munere perseuerent, subsanna pias uoces et dic te non facere, quod hortatur, id est deum pro infidelibus, ut eos fideles faciat, non rogare eo, quod non sint ista diuinae miserationis beneficia sed humanae officia uoluntatis, et homo in Carthaginensi eruditus ecclesia etiam beatissimi Cypriani librum de dominica oratione condemna, quam doctor ille cum exponeret, ea petenda esse ostendit a deo patre, quae tu dicis esse homini ab homine, hoc est a se ipso.

3 Quod si de precibus ecclesiae et de martyre Cypriano parum putas esse quod dixi, aude maiora, reprehende apostolum Paulum, quoniam dixit: Oramus ad deum, ne quid faciatis mali. neque enim dicturus es nihil mali eum facere, qui non credit in Christum aut qui fidem deserit Christi. ac per hoc, qui dicit: Ne quid faciatis mali, nec ista uult fieri satisque illi non est praecipere, sed confitetur se deum rogare, ne fiant, sciens hominis uoluntatem ab ipso corrigi ac dirigi, ut

21; 24 II Cor. 13, 7

1 nota nobis *T* 2 eius *om., m. 1 add. T* 4 iis *f l r m* 6 excerce *V* exere *TH* exsere *m* 7 dei *post* altare *om. T edd.* 9 eis] eis deus *H* 11 susanna *V* 12 faciat fideles *V* 13 miserationes, *m. 1 (?) corr.* miserationis *P* 14 karthaginiensi *P*$P^1$ 15 ecclesia eruditus *V* 17 esse ostendit] dixit esse *V* esse *post* dicis *om.* $P^1$ *(m. 1 add.) T* 20 esse quod dixi putas *TH* au.de *P* audi *V f l r* adde $P^1$*TH a c* 21 Paulum *om. edd.* quoniam] qui *H edd.* mali faciatis *V sec. Vulg.* 23 deserit fidem *H* 24 satisq; *ras. ex* satisquae *P* 25 pcipere *V*

ista non faciat. a domino enim gressus hominis diriguntur et uiam eius uolet. non dixit: 'Et uiam eius discet' aut 'tenebit' aut 'ambulabit' aut aliquid huius modi, quod posses dicere a domino quidem dari sed homini iam uolenti, ut scilicet beneficium dei, quo gressus hominis dirigit, ut eius uiam discat, teneat, gradiatur, sua homo uoluntate praecedat et hoc dei donum praecedente sua uoluntate mereatur. sed ideo dixit: A domino gressus hominis diriguntur et uiam eius uolet, ut intellegeremus ipsam uoluntatem bonam, qua incipimus uelle credere — quoniam dei uia quid est nisi fides recta? —, illius esse donum, qui gressus nostros propterea dirigit primitus, ut uelimus. non enim ait scriptura: 'A domino gressus hominis diriguntur, quia uiam eius uoluit', sed: Diriguntur, inquit, et uolet. non igitur, quia uoluit, diriguntur, sed, quia diriguntur, uolet.

II 4 Hic tu rursus fortasse dicturus es hoc fieri a domino, dum doctrina eius legitur uel auditur, si homo ueritati, quam legit uel audit, sua consentiat uoluntate. 'si enim lateret eum', inquis, 'doctrina dei, non dirigerentur gressus eius, quibus directis uellet uiam dei'. ac per hoc sic tantum putas a domino gressus hominis dirigi ad eligendam uiam dei, quia sine doctrina dei non ei potest innotescere ueritas, cui propria uoluntate consentiat. 'cui si consentit', inquis, 'quod in eius libero arbitrio constitutum est, recte utique dicuntur ab illo dirigi gressus eius, ut uiam eius uelit, cuius doctrinam suasione praecedente subsequente consensione sectatur, quod libertate naturali, si uult, facit, si non uult, non facit pro eo,

1; 8; 14 Ps. 36, 23

1 faciat] fiant *V* egressus (*pr.* e *m. 1 exp.*) *T* 4 a domino *in fine u. om. V* 5 quod *T* 6 uiam eius *edd.* 10 quā *T* 11 uia dei *TH* 12 propterea gressus nostros *T* *ante* propterea *ras. 2—3 l. P* 16 fortasse rursus *TH* fieri hoc *T* cum *V* 19 inquid, *m. 2* inquis *P* inquit *V* dirigentur *P* 20 si *V* 22 potest ei *TH* 23 consentit *ras. et corr.* (*ex* consensit?) *P* consentis *H* 27 si non uult] si uult *P*¹*V*

quod fecerit, praemium uel supplicium recepturus'. haec est illa Pelagianorum male diffamata meritoque reprobata et ab ipso etiam Pelagio timente damnari in orientalium episcoporum iudicio damnata sententia, qua dicunt gratiam dei non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse uel in lege atque doctrina. et usque adeo, frater, erimus graues corde, ut de gratia dei, immo aduersus gratiam dei eam Pelagianam sententiam teneamus, quam pectore quidem ficto sed tamen catholicos iudices timens Pelagius ipse damnauit!

5 Et quo modo, inquies, respondebitur? quo modo censes facilius et apertius, quam ut illud, quod de orando deo superius egimus, sic amplectamur, ut hoc menti nostrae nulla subtrahat obliuionis inreptio, nulla calliditas argumentationis extorqueat? si enim, quod scriptum est: A domino gressus hominis diriguntur et uiam eius uolet et: Praeparatur uoluntas a domino et: Deus est enim, qui operatur in uobis et uelle, et multa huius modi, quibus commendatur uera dei gratia, hoc est quae non secundum merita nostra datur, sed dat merita ipsa, cum datur, quia praeuenit hominis uoluntatem bonam nec eam cuiusquam inuenit in corde, sed facit, — si ergo ita praepararet atque ita operaretur deus hominis uoluntatem, ut tantum modo legem suam atque doctrinam libero eius adhiberet arbitrio nec uocatione illa alta atque secreta sic eius ageret sensum, ut eidem legi atque doctrinae accommodaret adsensum, procul dubio eam legere uel intellegere legendo uel etiam exponere ac praedicare sufficeret nec opus esset orare, ut deus ad fidem suam infidelium corda

4—6 = Aug. de gest. Pel. 14, 30 (Migne patrol. lat. XLIV p. 337, 53—55) 6 Ps. 4, 3 14 Ps. 36, 23 15 Prou. 8, 35 sec. Septuag. 16 Phil. 2, 13

2 male] mala male *edd.* 3 etiam *om.* *V* 4 dicuntur (ur *exp.*) *V* 6 doctrina* (*fuit* m) *P* 9 damnabit, *m. 2* damnauit *P* 11 quam ut] quām (m *eraso supra m. fortasse 1 add.* ut) *P* 13 obreptio $P^1$ 14 sic *V* 15 dirigetur *V* 19 praeuenis, *corr.* praeuenit *H* 21 ita] uti $P^1$ praepa||ret *P* praepararet tum (tum *exp.*) *V* 26 legendam *PV* hac (h *eras.*) *P*

conuerteret et conuersis proficientem perseuerantiam eiusdem suae gratiae largitate donaret. si ergo haec a domino poscenda esse non rennuis, quid restat, frater Vitalis, nisi ut ab illo ea donari fatearis, a quo poscenda esse consentis? si autem negas ab illo nos poscere ista debere, eidem doctrinae ipsius contra dicis, quia et hoc in ea didicimus, ut ab illo ista poscamus.

6 Orationem dominicam nosti nec te dubito deo dicere: Pater noster, qui es in caelis, et cetera. lege expositorem eius beatissimum Cyprianum et, quem ad modum exposuerit, quod ibi dicitur: Fiat uoluntas tua sicut in caelo et in terra, diligenter adtende et oboedienter intellege; profecto docebit te orare pro infidelibus inimicis ecclesiae secundum praeceptum domini dicentis: Orate pro inimicis uestris et hoc orare, ut fiat uoluntas dei sicut in eis, qui iam fideles sunt et portant imaginem caelestis hominis et propterea caeli nomine digni sunt, ita et in eis, qui per infidelitatem non nisi imaginem terreni hominis portant et ob hoc terra merito nuncupantur. nempe isti, pro quibus inimicis dominus nos iussit orare et gloriosissimus martyr sic exposuit, quod in oratione dicimus: Fiat uoluntas tua sicut in caelo et in terra, ut ipsis etiam poscamus fidem, quam fideles habent, — nempe ergo isti Christianae pietatis inimici legem dei atque doctrinam, qua Christi praedicatur fides, uel omnino audire nolunt uel ad hoc audiunt siue etiam legunt, ut inrideant et detestentur et, quanta possunt contradictione, blasphement. inaniter igitur et perfunctorie potius quam ueraciter

7; 10 Matth. 6, 9—10 9 Cypr. de dominica orat. c. 14—17 13 Matth. 5, 44; Luc. 6, 28 15 I Cor. 15, 47—49 20 Matth. 6, 10

2 gratiae suae $P^1$ *edd.* poscendam *V* 4 neas, *m. 2* negas *P* 5 non *codd.* eidem] et idem *V* 6 hoc *om.* $P^1$ 7 dubito te *edd. praeter a* deo *om. T* 9 modum ibi exposuerit quod ibi dicitur *TH* 14 orate *V* 17 merito terra *T* 18 nuncupatur, *m. 1 corr.* nuncupantur *P* nos dominus *TH* 19 in orationē *P* 20 cęlum, *ras. et corr. m. 2* cęlo *P* 21 terram (m *eras.*) *P* 24 irrideant et] irrideant ut $P^1$ irrideant (*om.* et) *V* 26 perfunctorie (*postr. l. m. 2 in ras. 2 l., quarum posterior* e *fuit*) *P*

pro eis, ut doctrinae, cui aduersantur, credendo consentiant, deo fundimus preces, si ad eius non pertinet gratiam conuertere ad fidem suam ipsi fidei contrarias hominum uoluntates; inaniter etiam et perfunctorie potius quam ueraciter magnas cum exultatione agimus deo gratias, quando aliqui eorum credunt, si hoc in eis ipse non facit.

7 Non fallamus homines; nam deum fallere non ualemus. prorsus non oramus deum, sed orare nos fingimus, si nos ipsos non illum credimus facere, quod oramus; prorsus non deo gratias agimus, sed nos agere fingimus, si, unde illi gratias agimus, ipsum facere non putamus. labia dolosa si in hominum quibuscumque sermonibus sunt, saltem in orationibus non sint. absit, ut, quod facere deum rogamus oribus et uocibus nostris, eum facere negemus cordibus nostris et, quod est grauius, ad alios etiam decipiendos hoc non taceamus disputationibus nostris et, dum uolumus apud homines defendere liberum arbitrium, apud deum perdamus orationis auxilium et gratiarum actionem non habeamus ueram, dum ueram non agnoscimus gratiam.

III 8 Si uere uolumus defendere liberum arbitrium, non oppugnemus, unde fit liberum. nam qui oppugnat gratiam, qua nostrum ad declinandum a malo et faciendum bonum liberatur arbitrium, ipse arbitrium suum adhuc uult esse captiuum. responde, obsecro; quo modo dicit apostolus: Gratias agentes patri idoneos facienti nos in parte sortis sanctorum in lumine, qui eruit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnum filii caritatis suae, si non ipse arbitrium nostrum sed ipsum arbitrium se liberat? mendaciter ergo agimus gratias patri, tamquam ipse faciat, quod

11 Ps. 11, 3; 4; 16, 1; 30, 19 22 Ps. 36, 27 24 Col. 1, 12—13

10 gratias deo *edd.* 12 quibusque *V* in orationibus saltem *T* 14 *ante* negemus *ras. 2—3 l. P* 21 sit *V* qua* (m *eras.*) *P* 22 et] ad *V* 25 patri] deo patri *THV* sanctorum sortis *V* 28 arbitrum nostrum *V* 29 patri tamquam patri (*post.* patri *exp.*) *V* facit] faci*t *P* faciat (*post.* a *exp.*) *V*

ipse non facit, et errauit, qui dixit, quod ipse nos faciat idoneos in parte sortis sanctorum in lumine, quia ipse nos eruit de potestate tenebrarum et transtulit in regnum filii caritatis suae. responde; quo modo ad declinandum a malo et faciendum bonum liberum habebamus arbitrium, quando erat sub potestate tenebrarum? unde nos si, quem ad modum dicit apostolus, deus eruit, ipse illud utique liberum fecit. quod tam magnum nostrum bonum si per suae doctrinae praedicationem tantum modo facit, quid de his dicemus, quos de ipsa tenebrarum potestate nondum eruit? praedicanda tantum illis est doctrina diuina, an etiam orandum pro eis, ut de tenebrarum potestate diuinitus eruantur? si tantum modo praedicandum esse dicis, iussioni domini et orationibus ecclesiae contra dicis; si autem pro eis fateris orandum, id utique orandum fateris, ut eidem doctrinae arbitrio liberato a tenebrarum potestate consentiant. ita fit, ut neque fideles fiant nisi libero arbitrio et tamen illius gratia fideles fiant, qui eorum a potestate tenebrarum liberauit arbitrium. sic et dei gratia non negatur, sed sine ullis humanis praecedentibus meritis uera monstratur, et liberum ita defenditur, ut humilitate solidetur, non elatione praecipitetur, arbitrium et, qui gloriatur, non in homine uel quolibet alio uel se ipso sed in domino glorietur.

9 Potestas enim tenebrarum quid est nisi potestas diaboli et angelorum eius, qui cum fuissent angeli lucis, in ueritate per liberum arbitrium non stantes sed inde cadentes facti sunt

5 Ps. 36, 27 22 Hier. 9, 23—24; I Cor. 1, 31; II Cor. 10, 17 24 Matth. 25, 41 25 II Cor. 11, 14 Ioh. 8, 44

1 errabit, *m. 2* errauit *P* nos ipse *V* 3 eruit nos *V; cf. p. 408, 26* 5 habemus, *m. 2* habebamus *P* habeamus *T* 7 deus nos eruit *H* utique illud *$P^1$TH edd.* 8 bonum nostrum *V* 10 de his *bis V* de iis *f l r m* potestate tenebrarum *V; cf. p. 408, 26* 12 de potestate tenebrarum *THV; cf. p. 408, 26* 13 iussioni *postr. l. in ras.* (*m. 1 ?*); *fuit* em *P* iussionib; *TH* 14 fateris pro eis *$P^1$TH edd.* 16 a potestate tenebrarum *TH; cf. p. 408, 26* 22 ut *TH* glorietur, *m. 1 corr.* gloriatur *$P^1$* 23 se ipse ipso *H* in domine *V*

tenebrae? non te ista doceo, sed, quae nosti, ut recorderis, admoneo. huic igitur potestati tenebrarum per illius ruinam, cui primo homini ab ea potestate praeuaricatio persuasa est et in quo omnes cecidimus, subiectum est genus humanum. propter quod de hac potestate tenebrarum eruuntur et paruuli, cum regenerantur in Christo. neque hoc apparet in eorum arbitrio liberato, nisi cum ad annos peruenerint ratione utentis aetatis habentes consentientem doctrinae salutari, in qua nutriti sunt, uoluntatem et in ea finientes istam uitam, si electi sunt in Christo ante constitutionem mundi, ut essent sancti et inmaculati in conspectu eius in caritate praedestinati in adoptionem filiorum.

10 Haec autem potestas tenebrarum, id est diabolus, qui dicitur etiam princeps potestatis aeris, operatur in filiis diffidentiae, princeps iste rector tenebrarum, id est diabolus diffidentiae filiorum regens eos ad arbitrium suum, quod nec ipse habet liberum ad benefaciendum sed ad maximam maliuolentiam poena sui sceleris obduratum. unde nemo sanae fidei credit aut dicit hos apostatas angelos ad pristinam pietatem correcta aliquando uoluntate conuerti. quid ergo operatur haec potestas in filiis diffidentiae nisi opera sua mala et in primis maximeque ipsam diffidentiam et infidelitatem, qua sunt inimici fidei, per quam scit eos posse mundari, posse sanari, posse perfectissime liberos, quod eis uehementer inuidet, in aeternitate

2 Gen. 3, 1—6; I Tim. 2, 14; Rom. 5, 12 9 Eph. 1, 4—5 13 Eph. 2, 2 15 Eph. 6, 12 16 II Tim. 2, 26

4 omnes | cedimus *V* 7 arbitrio (o *in ras. m. 2; fuit* um) *P* peruenerint (in *ex corr. m. 1; fuitne* un?) *P* 8 aetates, *m. 1 corr.* aetatis *P* 9 in eam *H* uitam istam *T* 10 in Christo *om. T* mundi constitutionem *T* 11 eius] dñi *V* 13 diabolos, *m. 1 corr.* diabolus *P* 14 etiam *om.* *P*[1] potestatis *om. T* aeris] aeris huius *TH sec. Vulg.* 15 tenebrarum rector *T* diabolus] ipsorum *m* 16 neque *edd.* 17 sed ad] sed in *T* maximam *om. H* 18 obduratum, *ras.* obcuratum *et supra* c *add. uid.* s *P* 21 filios *P* (*m. 2* filiis) *T sec. Vulg.* maximeq; *P* (q; *ras. ex* quae) *P*[1] (q; *in ras.; fuisse uid.* quȩ) 22 sint *P* dei, *m. 1 corr.* fidei *P*[1]

regnare? itaque aliquos eorum, per quos amplius decipere affectat, sinit habere nonnulla uelut opera bona, in quibus laudantur per quasque gentes praecipueque in gente Romana, qui praeclare glorioseque uixerunt. sed quoniam, sicut ueracissima scriptura dicit, omne, quod non est ex fide, peccatum est et sine fide inpossibile est utique placere deo, non hominibus, nihil sic agit hic princeps, quam ut non credatur in deum nec ad mediatorem, a quo soluuntur opera eius, credendo ueniatur.

11 Sed ipse mediator intrat in domum fortis, id est in hoc saeculum mortalium sub potestate diaboli, quantum ad ipsum pertinet, constitutum; de ipso quippe scriptum est, quod potestatem habeat mortis. intrat in domum fortis, id est in suo dominatu habentis genus humanum et prius alligat eum, id est eius cohercet et cohibet potestatem potestatis suae fortioribus uinculis et sic eripit uasa eius, quaecumque praedestinauit eripere, arbitrium eorum ab eius liberans potestate, ut illo non impediente credant in istum libera uoluntate. proinde hoc opus est gratiae non naturae. opus est, inquam, gratiae, quam nobis adtulit secundus Adam, non naturae, quam totam perdidit in semet ipso primus Adam. opus est gratiae tollentis peccatum et uiuificantis mortuum peccatorem, non opus legis ostendentis peccatum nec a peccato uiuificantis; nam ille magnus gratiae praedicator: Peccatum, inquit, non cognoui nisi per legem et: Si data esset, inquit,

5 Rom. 14, 23 6 Hebr. 11, 6 10; 13 Matth. 12, 29 13 Hebr. 2, 14 14; 16 Matth. 12, 29 24 Rom. 7, 7 25 Gal. 3, 21

2 sint, *m. 2* sinit *P* 4 gloriosissimeque *edd.* sicut *om. V* uerissima *V* 6 est *post* peccatum *om., m. 2 add. P* utique *om. V* 7 deo placere *V* hic (c *m. 2 in ras.; fuit* nc) *P* 8 a] in *TH* 9 credendo *om. H* 12 quip////pe (*ras. 1—2 l.*) *P* 14 alligat* (t *ex corr. m. 2*) *P* 17 potestate liberans $P^1$*TH edd.* potestate* (m *eras.*) *P* 18 libera* (m *eras.*) *P* 22 tollentes, *m. 1 (?) corr.* tollentis *P* mortuum *om.* $P^1$ 23 nec] ñ (= non) *TH* 24 magnus *om., in marg. m. 1 add.* magn' *H* 25 non cognoui nisi] cognoui *T* inquit esset *V* lex | inquit $P^1$

lex, quae posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia. opus est hoc gratiae, quam qui accipiunt, doctrinae salutari scripturarum sanctarum, etsi fuerunt inimici, fiunt amici, non opus eiusdem doctrinae, quam qui audiunt et legunt sine gratia dei, peiores eius efficiuntur inimici.

IV 12 Non est igitur gratia dei in natura liberi arbitrii et in lege atque doctrina, sicut Pelagiana peruersitas desipit, sed ad singulos actus datur illius uoluntate, de quo scriptum est: Pluuiam uoluntariam segregans deus hereditati suae, quia et liberum arbitrium ad diligendum deum primi peccati granditate perdidimus et lex dei atque doctrina quamuis sancta et iusta et bona tamen occidit, si non uiuificet spiritus, per quem fit, non ut audiendo sed ut oboediendo neque ut lectione sed ut dilectione teneatur. quapropter, ut in deum credamus et pie uiuamus, non uolentis neque currentis sed miserentis est dei, non quia uelle non debemus et currere, sed quia ipse in nobis et uelle operatur et currere. unde et ipse dominus Iesus credentes a non credentibus, id est ab irae uasis uasa misericordiae discernens: Nemo, inquit, uenit ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo; et utique, ut hoc diceret, in eius doctrina fuerant scandalizati discipuli eius, qui eum postea non sunt secuti. non ergo gratiam dicamus esse doctrinam, sed agnoscamus gratiam, quae

9 Ps. 67, 10 11 Rom. 7, 11—12 12 II Cor. 3, 6; Ioh. 6, 64 15 Rom. 9, 16 17 Phil. 2, 13 18 Rom. 9, 22—23 19 Ioh. 6, 66; 44 21 Ioh. 6, 61—62; 67

1 omnino] uere $P^1$ *sec. Vulg.* 2 gratiae hoc *signis corr.* *T* 3 salutaris $P^1TH$ sanctarum scripturarum *signis corr.* $P^1$ eo si, *m. 1 corr.* et si *V* fuerint *TH l r m* 4 non—inimici *om.* *H* 5 eius] ēē *V* 7 desipit (s *in ras. m. 1*) *P* 9 segregabis, deus, hereditati tuae *l r m sec. sacr. litt.* 12 sancta iusta (et *om.*) *T* 13 per quem non fit | non ut (*pr.* non *eras.*) *P* sed ut oboediendo *om.*, *in marg. m. 2 add.* *P* neque lectione (ut *om.*) *TH* 15 non est uolentis *TH* 17 operatur et uelle *V* 19 uasis uasa *om.*, *s. u. m. 2 add.* *P* misericordie uasa *V* 23 esse doctrinam] esse naturam *H* naturam esse *T*

facit prodesse doctrinam, quae gratia si desit, uidemus etiam obesse doctrinam.

13 Propterea deus, ut omnia futura opera sua in praedestinatione praesciuerit, sic illa disposuit, ut quosdam non credentes ad fidem suam orationes credentium pro eis exaudiendo conuertat, unde refutentur et, si ille est eis propitius, corrigantur, qui putant gratiam dei esse naturam liberi arbitrii, cum qua nascimur, aut gratiam dei esse doctrinam quamuis utilem, quae per linguas et litteras praedicatur. non enim hoc oramus pro infidelibus, ut fiat eorum natura, id est ut homines sint aut ut doctrina eis praedicetur, quam malo suo audiunt, si non credunt — et plerumque pro eis oramus, qui, cum legant uel audiant, nolunt credere —, sed oramus, ut uoluntas corrigatur, doctrinae consentiatur, natura sanetur.

14 Iam uero, ut perseuerent in eo, quod esse coeperunt, etiam pro se ipsis orant fideles. utile est quippe omnibus uel paene omnibus propter humilitatem saluberrimam, ut, quales futuri sint, scire non possint. ad hoc dicitur: Qui uidetur stare, uideat ne cadat. propter huius timoris utilitatem, ne regenerati et pie uiuere incipientes tamquam securi alta sapiamus, quidam non perseueraturi perseueraturis dei permissione uel prouisione ac dispositione miscentur, quibus cadentibus territi cum timore et tremore gradiamur uiam iustam, donec ex hac uita, quae temptatio est super terram, transeamus ad aliam, ubi iam non sit elatio comprimenda nec contra eius suggestiones temptationesque luctandum.

15 Sed de hac re, id est cur quidam non permansuri in fide et sanctitate Christiana tamen accipiant ad tempus hanc

18 I Cor. 10, 12 20 Rom. 11, 20; 12, 16 23 II Cor. 7, 15; Eph. 6, 5; Phil. 2, 12 24 Iob 7, 1

4 praesciuit *T* 6 est ille *T* eis *om. H* 7 liberi naturam *TH* 12 **si *P* 14 doctrina *PV* 18 scire non possint] nesciant *V* uidetur] se existimat *TH sec. Vulg.* 21 perseueraturis dei *in fine u. om.*, dei *m. 1 add. P*[1] perseueratis dei *V* 23 territi *om. T* et] ac *TH*

gratiam et dimittantur hic uiuere, donec cadant, cum possint rapi de hac uita, ne malitia mutet intellectum eorum, quod de sancto inmatura aetate defuncto scriptum est in libro sapientiae, quaerat quisque, ut potuerit, et, si inuenerit praeter hanc, quae a me reddita est, aliam probabilem rationem a rectae fidei regula non recedens, teneat eam et ego cum illo, si me non latuerit. uerum tamen, in quod peruenimus, in eo ambulemus, donec nobis deus reuelet, si quid aliter sapimus, sicut apostolicis litteris admonemur. peruenimus autem in ea, quae ad fidem ueram et catholicam pertinere firmissime scimus, in quibus ita nobis ambulandum est adiuuante illo atque miserante, cui dicimus: Deduc me, domine, in uia tua et ambulabo in ueritate tua, ut ab eis nullo modo deuiemus.

V 16 Quoniam ergo propitio Christo Christiani catholici sumus: Scimus nondum natos nihil egisse in uita propria boni seu mali nec secundum merita prioris alicuius uitae, quam nullam propriam singuli habere potuerunt, in huius uitae uenire miserias, sed tamen secundum Adam carnaliter natos contagium mortis antiquae prima natiuitate contrahere nec liberari a supplicio mortis aeternae, quod trahit ex uno in omnes transiens iusta damnatio, nisi per gratiam renascantur in Christo.

Scimus gratiam dei nec paruulis nec maioribus secundum merita nostra dari.

Scimus maioribus ad singulos actus dari.

2 Sap. 4, 11  7 Phil. 3, 16; 15; II Ioh. 6  12 Ps. 85, 11  16 Rom. 9, 11  21 Rom. 5, 12

1 gratiam] fidem *H*  demitta|tur, *corr.* dimitta tur *et post* a *m. 1 add.* n *P*  cadant et cum *T*  possent $P^1$  2 mutet *m. 2 in ras.* *5—6 l. P* mutaret $P^1$ *sec. Vulg.*  3 defuncto *om. V*  in libro sapientiae scriptum est *signis corr.* $P^1$  4 putuerit, *m. 1 corr.* potuerit *P*  inuenit $P^1$  7 latuert *V*  11 nobis ita *H* ita a nobis $P^1$  13 tua· (*fuit* m) *P*  17 prioris *om.* $P^1$  20 liberaria supplicia, *m. 1 corr.* liberari a supplicio *P* liberati supplitio *V*  22 damnationis si, *pr.* s *eraso corr.* damnatio nisi *P*  renascatur, *m. 2 (?)* renascantur *P*  24 nostra *om.* $P^1$

Scimus non omnibus hominibus dari et, quibus datur, non solum secundum merita operum non dari sed nec secundum merita uoluntatis eorum, quibus datur, quod maxime apparet in paruulis.

Scimus eis, quibus datur, misericordia dei gratuita dari. Scimus eis, quibus non datur, iusto iudicio dei non dari. Scimus, quod omnes adstabimus ante tribunal Christi, ut ferat unusquisque secundum ea, quae per corpus gessit, non secundum ea, quae, si diutius uiueret, gesturus fuit, siue bonum siue malum.

Scimus etiam paruulos secundum ea, quae per corpus gesserunt, recepturos uel bonum uel malum. gesserunt autem non per se ipsos sed per eos, quibus pro illis respondentibus et renuntiare diabolo dicuntur et credere in deum. unde et in numero fidelium computantur pertinentes ad sententiam domini dicentis: Qui crediderit et baptizatus fuerit, saluus erit. propter quod et illis, qui hoc sacramentum non accipiunt, contingit, quod sequitur: Qui autem non crediderit, condemnabitur. unde et ipsi, sicut dixi, si in illa parua aetate moriuntur, utique secundum ea, quae per corpus gesserunt, id est tempore, quo in corpore fuerunt, quando per corda et ora gestantium crediderunt uel non crediderunt, quando baptizati uel non baptizati sunt, quando carnem Christi manducarunt uel non manducarunt, quando sanguinem biberunt uel non biberunt, secundum haec ergo, quae per corpus gesserunt, non secundum ea, quae, si diu hic uiuerent, gesturi fuerant, iudicantur.

7 Rom. 14, 10; II Cor. 5, 10 16; 18 Marc. 16, 16 23 Ioh. 6, 54—55

1 hominibus *om.* *V* 7 astauimus, *m. 2* astabimus *P* 17 accepunt *TH* accipit, *m. 2* accipiunt *P* 18 contigit, *m. 2* contingit *P* 19 ipsi *postr. l. in ras. 1—2 l. m. ut uid. 1 P* 21 et ꝑ ora *V* 23 manducauerunt uel non manducauerunt *THV edd.* 24 quando sanguinem, *ante* sanguinem *s. u. m. 1 add.* ej; (= eius) *P* quando et sanguinem *P*[1] *edd.* quando sanguinem xpi *TH* quandoq; sanguinem *V* 26 erant, *m. 1 corr.* fuerant *P*[1]

Scimus felices esse mortuos, qui in domino moriuntur, nec ad eos pertinere, quicquid acturi fuerant, si tempore diuturniore uixissent.

Scimus eos, qui corde proprio credunt in dominum, sua id facere uoluntate ac libero arbitrio.

Scimus pro eis, qui uolunt credere, nos, qui iam credimus, recta fide agere, cum deum oramus, ut uelint.

Scimus pro eis, qui ex illis crediderunt, tamquam de beneficiis recte atque ueraciter et debere nos agere deo gratias et solere.

17 Recognoscis me, ut puto, in his, quae scire nos dixi, non omnia, quae ad fidem catholicam pertinent, commemorare uoluisse sed ea tantum, quae ad istam, quae inter nos agitur, de dei gratia quaestionem, utrum praecedat haec gratia, an subsequatur hominis uoluntatem, hoc est, ut planius id eloquar, utrum ideo nobis detur, quia uolumus, an per ipsam deus etiam hoc efficiat, ut uelimus. si ergo istas duodecim sententias, quas nos dixi scire ad fidem rectam et catholicam pertinere, etiam tu, frater, nobiscum tenes, ago deo gratias, quas profecto non ueraciter agerem, nisi dei gratia fieret, ut teneres. quae tibi tenenti nullum omnino remanet nobiscum de hac quaestione certamen.

VI 18 Ut enim eadem duodecim breui expositione percurram, quo modo uoluntatis humanae meritum sequitur gratia, cum detur et paruulis, qui hoc nondum possunt uelle seu nolle? quo modo gratiam uel in maioribus dicuntur praecedere merita

1 Apoc. 14, 13

2 acturi *ras. ex* actururi *P* diuturniore i (i *exp.*) uixissent *V* 4 credidert in deum *V* 5 ac *ras. et corr. m. 1 ex* al *P* 9 atque] et *V* deo agere gratias $P^1$ *edd.* deo gratias agere *TH* 10 soluere *T* 11 me *om. V* iis *f l r m* nos scire *edd.* 12 perti |, *in marg. m. 2 add.* nent *T* 13 quae inter] de qua inter *H* 14 de dei gratia *om., s. u. m. 1 add.* $P^1$ 15 uoluntem, *m. 2* uoluntatem *P* 16 quia (a *s. u.*) *V* an] ac *H* 17 ·XII· *H* 20 gratia dei $P^1$*TH edd.* 21 nullo, *m. 2* nullū *P* remaneret *punctis corr. H* 23 $XII^{ci}$ *H* XII *V* percurra (*sic!*) *V* 25 hoc *om. TH* 26 dicuntur (ur *eras.*) *P*

uoluntatis, si gratia, ut uera sit gratia, non secundum merita nostra datur? quam sententiam catholicam Pelagius ipse sic timuit, ut eos, qui dicunt gratiam dei secundum merita nostra dari, sine dubitatione damnaret, ne a catholicis iudicibus damnaretur. quo modo dicitur gratia dei in natura esse liberi arbitrii uel in lege atque doctrina, cum et istam sententiam Pelagius ipse damnauerit procul dubio confitens gratiam dei ad singulos actus dari eis utique, qui iam libero utuntur arbitrio?

19 Quo modo dicitur omnes homines eam fuisse accepturos, si non illi, quibus non datur, eam sua uoluntate respuerent, quoniam deus uult omnes homines saluos fieri, cum multis non detur paruulis et sine illa plerique moriantur, qui non habent contrariam uoluntatem, et aliquando cupientibus festinantibusque parentibus ministris quoque uolentibus ac paratis deo nolente non detur, cum repente, antequam detur, expirat, pro quo, ut acciperet, currebatur? unde manifestum est eos, qui huic resistunt tam perspicuae ueritati, non intellegere omnino, qua locutione sit dictum, quod omnes homines uult deus saluos fieri, cum tam multi salui non fiant, non quia ipsi sed quia deus non uult, quod sine ulla caligine manifestatur in paruulis. sed sicut illud, quod dictum est: Omnes in Christo uiuificabuntur, cum tam multi aeterna morte puniantur, ideo dictum est, quia omnes, quicumque uitam aeternam percipiunt, non percipiunt nisi in Christo, ita, quod dictum est: Omnes homines uult deus saluos fieri, cum tam multos nolit saluos fieri, ideo dictum est, quia omnes, qui salui fiunt, nisi ipso uolente non fiunt,

12; 19; 26 I Tim. 2, 4    23 I Cor. 15, 22

4 dubitatione* (*fuit* m) *P*   8 arbitrio utuntur *P*¹*TH edd.*   10 quomo, *m. 2* quomodo *P*   dicitur *om.*, *m. 1 add.* *P*¹   11 donatur *V f l r m*   13 ulla *V*   15 uolentibus quoque ministris *H* uolentibusq; ministris *T*   16 datur *T*   18 prespicuę *P*   19 qua] q℞ *V*   deus omnes homines uult fieri saluos *V*   20 multi* (s *eras.*) *P*   27 cum—fieri *om.* *TV*   ide, *m. 2* ideo *P*   28 nisi in ipso (in *eras.*) *P*

et, si quo alio modo illa uerba apostolica intellegi possunt, ut tamen huic apertissimae ueritati, in qua uidemus tam multos uolentibus hominibus sed deo nolente saluos non fieri, contraria esse non possint.

20 Quo modo, ut detur gratia diuina, uoluntas meretur humana, si eis, quibus datur, gratuita misericordia datur, ut uera sit gratia? quo modo in hac re merita pensantur uoluntatis humanae, quando quidem illis, quibus gratia ista non datur, nullo plerumque merito nulla uoluntate distantibus sed unam cum eis, quibus datur, habentibus causam iusto tamen iudicio dei non datur — non enim est iniquitas apud deum —, ut intellegant, quibus datur, quam gratis eis detur, quando iuste utique non daretur, quoniam similem habentibus causam iuste non datur?

21 Quo modo non gratiae dei est non solum credendi uoluntas ab initio uerum etiam perseuerandi usque in finem, cum finis ipse uitae huius non in hominis sed in dei sit potestate et possit utique deus etiam hoc beneficium non perseueraturo conferre, ut rapiatur ex corpore, ne malitia mutet intellectum illius? non enim recipiet homo seu bonum seu malum nisi secundum ea, quae per corpus gessit, non secundum ea, quae, si diutius uiueret, gesturus fuit.

22 Quo modo dicitur propterea quibusdam non dari, quibusdam morituris paruulis dei gratia dari, quia eorum futuras praeuidet uoluntates, quas habituri essent, si uiuerent, cum secundum ea, quae per corpus gessit, non secundum ea, quae gesturus esset, si diutius fuisset in corpore, unusquisque recipiat siue bonum siue malum, sicut apostolus definiuit? quo modo se-

11 Rom. 9, 14 16 Matth. 24, 13 19 Sap. 4, 11 20; 25 II Cor. 5, 10

9 una *V* 10 causam habentibus *signis corr. T* causā (∼ *m. 2 essē uid.*) *P* tamen *om. TH* 12 qua, *m. 2* quia *P* 13 iuste *om. H* 18 hoc etiam *V* 19 rapitur *T* mutet (tet *ex ras. et corr. m. ut uid. 1*) *P* 20 illius] ipius (*sic!*) *V* 21 per—quae *om. V* in corpore *TH* 22 diu *TH* 23 propterea *om. TH* 24 dari quia] dari quibusdam quia *P* 28 diffiniuit *HV* definit *edd.* quo modo] quod *P*

cundum futuras uoluntates suas homines iudicantur, quas habituri fuisse dicuntur, si diutius tenerentur in carne, cum dicat scriptura: Felices mortui, qui in domino moriuntur? quorum sine dubio certa et secura felicitas non est, si et ea, quae non egerunt, sed acturi fuerant, si esset eis haec uita prolixior, iudicabit deus, nullumque accipit beneficium, qui rapitur, ne malitia mutet intellectum eius, quia et pro ipsa malitia, cui forsitan imminenti subtractus est, poenas luit, nec gaudendum est de his, quos in fide recta et uita bona nouimus esse defunctos, ne secundum aliqua scelera iudicentur, quae fuerant, si uiuerent, fortasse facturi, nec dolendi uel detestandi sunt hi, qui uitam istam in infidelitate ac perditis moribus finierunt, quia forte, si uiuerent, acturi fuerant paenitentiam pieque uicturi et secundum ista sunt iudicandi, totusque ille de mortalitate liber gloriosissimi martyris Cypriani reprobandus et abiciendus est, in quo tota eius intentio est, ut sciamus bonis fidelibus gratulandum esse morientibus, quoniam uitae huius temptationibus auferuntur deinceps in beatissima securitate mansuri. sed quoniam hoc falsum non est et sine dubitatione felices sunt mortui, qui in domino moriuntur, ridendus et execrandus est error, quo putatur, quod homines secundum suas futuras, quae morientium non sunt futurae. iudicandi sunt uoluntates.

23 Quo modo dicuntur negare liberum uoluntatis arbitrium,

3 Apoc. 14, 13 7 Sap. 4, 11 15 Cypr. de mortal. c. 7; 20—21 20 Apoc. 14, 13

1 uoluntates suas futuras $P^1TH$ *edd.* 2 fuisse** (nt *eras.*) *P* 3 scriptum *H* 7 malitia/////utet (*ras. 2 l., in qua* m *scriptum est m. ut uid. 1*) *P* 8 ipsa malitia] malicia illa *V* illa malitia *f l r m* 9 luet *TH* gaudium *V* de his] deis, *m. 2* de his *P* de iis *f l r m* 12 hii $P^1H$ ii *f l r m* 14 erant *V* 15 immortalitate *T* (im *eras.*) *H* liber *om., m. 1 add.* $P^1$ 16 martyris *om.* $P^1TH$ 17 est intention (*postr. l. exp.*) eius *V* 18 quando huius uitae $P^1TH$ *edd.* 21 ridendus est et execrandus *edd.* 23 qꝛ morientum *V* 24 sint $P^1T$ 25 uoluntates, *m. 2* uoluntatis *P*

qui confitentur omnem hominem, quisquis suo corde credit in deum, non nisi sua libera credere uoluntate, cum potius illi oppugnent arbitrium liberum, qui oppugnant dei gratiam, qua uere ad bona eligenda et agenda fit liberum? quo modo dicitur, quod per legem dei atque doctrinam scripturarum fiat, quod eadem scriptura dixit: Praeparatur uoluntas a domino, ac non potius per occultam inspirationem gratiae dei, quando quidem pro eis, qui eidem doctrinae contradicentes nolunt ei credere, ipsum deum fide recta rogamus, ut uelint?

24 Quo modo deus expectat uoluntates hominum, ut praeueniant eum, quibus det gratiam, cum gratias ei non inmerito agamus de his, quibus non ei credentibus et eius doctrinam uoluntate impia persequentibus misericordiam praerogauit eosque ad se ipsum omnipotentissima facilitate conuertit et uolentes ex nolentibus fecit? ut quid ei inde gratias agimus, si hoc ipse non fecit? ut quid tanto magis eum magnificamus, quanto magis nolebant credere, quos credidisse gaudemus, si gratia diuina uoluntas in melius non mutatur humana? apostolus Paulus: Eram, inquit, ignotus facie ecclesiis Iudaeae, quae sunt in Christo; tantum autem audiebant, quia, qui aliquando nos persequebatur, nunc euangelizat fidem, quam aliquando uastabat, et in me magnificabant deum. ut quid magnificabant deum, si non deus ad se ipsum cor illius uiri suae gratiae bonitate

6 Prou. 8, 35 sec. Septuag. 20 Gal. 1, 22—24

3 qua, *supra m. 2 add.* gra *P* 4 eligenda bona *T* eligendę, *m. 1 corr.* eligenda *P* 5 per *om. T* 6 praeparatur *V* 7 gratiae *om. T* 9 rogamus fide recta *V* 11 uoluntatē *TH* 13 hiis *V* iis *f l r m* ei non *H* eis (ei *ex ras. et corr. ac deinceps s. u. m. 1 add.* u) *P* 15 omne////potentissima, *m. 2* omni////potentissima (*in ras. fuisse uid.* m) *P* facilitate (facil *ex ras. et corr.*) *P* felicitate *V* et] ac *edd.* 16 hoc *om. TH* 21 quęrunt, *m. 2 corr. uid.* quae erunt *P* quae erant *THV sec. Vulg.* audibant, *m. 2* audiebant *P* 22 persequatur, *m. ut uid. 1 corr.* persequebatur *P*

conuerterat, quando, ut ipse confitetur, misericordiam consecutus est, ut fidelis esset ea fide, quam aliquando uastabat? ipsum etiam uerbum, quod posuit, quem nisi deum hoc tam magnum bonum fecisse declarat? quid est enim 'in me magnificabant deum', nisi 'in me deum magnificum praedicabant'? quo modo autem eum magnificum praedicabant, si magnum illud factum de Pauli conuersione ipse non fecerat, et quo pacto ipse fecerat, si uolentem credere ex nolente ipse non fecerat?

25 Nempe manifestum est ex illis duodecim sententiis, quas pertinere ad catholicam fidem negare non sineris, non solum omnibus uerum etiam singulis id confici, ut confiteamur gratia dei praeueniri hominum uoluntates et per hanc eas potius praeparari, quam propter earum meritum dari. aut si aliquid earum duodecim esse uerum negas, quarum propterea commendo etiam numerum, ut facilius memoriae mandentur distinctiusque teneantur, non te pigeat rescribere, ut sciam et ea, quam mihi dominus dederit, facultate respondeam. ego enim haereticum quidem Pelagianum te esse non credo, sed ita te esse nolo, ut nihil illius ad te transeat uel in te relinquatur erroris.

VII 26 Sed inter haec duodecim reperies forte aliquid, quod negandum uel dubitandum putes et unde nos operosius disputare compellas. numquid et orare prohibebis ecclesiam pro infidelibus, ut sint fideles, pro his, qui nolunt credere, ut uelint credere,

1 I Cor. 7, 25

1 ut *in ras. m. 2 P* 3 tam ***magnum *P* 4 quid enim est et in me *T* 5 ostendebant *TH* 7 magnum] magnificum *TH* 8 et quo pacto ipse fecerat *om. V* 10 XII$^{\overline{ci}}$ *H* XII *V* 11 fidem catholicam *P*[1] negare* (t *eras.*) *P* 13 et] eo, *m. 2 supra* ⁊ idō *P* eas, *m. 2 supra* uoluntates *P* 14 earum, *m. 2 supra* uoluntatum *P* eorum *P*[1]*V* merita *T* 15 XII$^{\overline{ci}}$ *H* XII *V* uerum esse *H* quorum *P* (*corr.* quarum) *V* 16 ut] aut *V* 17 eam *P*[1] 19 te pelagianum *TH* 20 uolo *P*[1]*TH edd. praeter e* ad] at, *m. 2* ad *P* in *TH* in te *om. TH* 22 XII$^{\overline{ci}}$ *V* fortasse *V f l r m* 23 dubitand' *V* 24 prohibebis (*post.* b *in ras. m. 2; fuisse uid.* t) *P* 25 iis *f l r m*

pro his, qui ab eius lege doctrinaque dissentiunt, ut legi eius doctrinaeque consentiant, ut det illis deus, quod per prophetam promisit, cor cognoscendi eum et aures audientes, quas utique acceperant, de quibus saluator ipse dicebat: Qui habet aures audiendi, audiat? numquid, ubi audieris sacerdotem dei ad eius altare populum hortantem ad deum orandum uel ipsum clara uoce orantem, ut incredulas gentes ad fidem suam uenire compellat, non respondebis: 'Amen'? aut etiam huius fidei sanitati contraria disputabis? numquid beatissimum Cyprianum in hoc errasse clamabis uel susurrabis, ubi pro inimicis fidei Christianae, ut etiam ipsi ad eam conuertantur, orare nos docet?

27 Numquid postremo apostolum Paulum pro Iudaeis infidelibus habentem talia uota culpabis? de quibus ait: Bona uoluntas quidem cordis mei et deprecatio ad deum pro illis in salutem. qui etiam Thessalonicensibus dicit: De cetero, fratres, orate pro nobis, ut uerbum domini currat et glorificetur sicut etiam apud uos, ut eruamur ab iniquis et malis hominibus; non enim omnium est fides. quo modo curreret et glorificaretur uerbum dei nisi ad fidem conuersis eis, quibus praedicaretur, quando quidem iam credentibus dicit: Quem ad modum et apud uos? scit certe hoc ab illo fieri, quem uult rogari, ut hoc faciat, etiam ut eruatur ab iniquis et malis hominibus, qui profecto et illis orantibus non erant credituri. propter quod addidit: Non enim omnium est fides, tamquam diceret:

3 Bar. 2, 31 4 Matth. 13, 9; Marc. 4, 9; Luc. 8, 8 10 Cypr. de dominica orat. c. 17 14 Rom. 10, 1 16; 22; 26 II Thess. 3, 1—2

1 iis *flrm* 2 consentient, *m. 1 corr.* consentiant *P* 3 audiendi *Vflrm; Septuag.* ὦτα ἀκούοντα 4 ipse *in fine u. om. T* 9 aut] an *Vflrm* numquid] numquid et *H* 10 surrabis, *m. 1 corr.* susurrabis *P*[1] 13 incredulis *V* 15 quidam, *m. 2* quidem *P* ad deum] ad deum fit *TH lrm sec. Vulg.* 16 dicit] ait *V* 17 dei *TH sec. Vulg.* 18 ut] et ut *Vflrm sec. sacr. litt.* 22 et *om. H* 23 rogari (i *in ras. 1 l. m. 1*) *P* 24 ut etiam *edd.* 25 profecto (c *in ras. m. 1*) *P* 26 est omnium *edd.*

'Non enim apud omnes etiam uobis orantibus glorificabitur uerbum dei', quia ipsi utique fuerant credituri, qui ordinati erant in uitam aeternam, praedestinati in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum et electi in ipso ante mundi constitutionem. sed ideo deus per orationes credentium nondum credentes credere facit, ut ostendat, quia ipse facit; nemo est enim tam inperitus, tam carnalis, tam tardus ingenio, qui non uideat deum facere, quod rogari se praecipit ut faciat.

28 Haec et alia testimonia diuina, quae commemorare longum est, ostendunt deum gratia sua auferre infidelibus cor lapideum et praeuenire in hominibus bonarum merita uoluntatum, ita ut uoluntas per antecedentem gratiam praeparetur, non ut gratia merito uoluntatis antecedente donetur. hoc et gratiarum actio indicat, quod oratio, oratio pro infidelibus, gratiarum actio pro fidelibus. qui enim est orandus, ut faciat, illi est actio gratiarum reddenda, cum fecerit. unde idem dicit apostolus ad Ephesios: Propter hoc et ego audita fide uestra in domino Iesu et in omnes sanctos non cesso gratias agere pro uobis.

29 Loquimur autem nunc de ipsis initiis, cum homines, qui erant auersi et aduersi, conuertuntur ad deum et uelle incipiunt, quod nolebant, et habere fidem, quam non habebant. quod ut fiat in eis, oratur pro eis, quamuis non oretur ab eis; ipsi enim quo modo inuocabunt, in quem non crediderunt?

2 Act. 13, 48 3 Eph. 1, 5; 4 11 Ezech. 11, 19; 36, 26 18 Eph. 1, 15—16 25 Rom. 10, 14

2 illi utique *H* utique illi *T* 3 predestina*ti (*fuit* s) *P*[1] in *om.*, *m. 2 add. P* aptionem *V* 4 et electi in ipso *om. TH* 6 nundum *H* credentes *om. T* 7 nemo] non *V* 9 praecepit *PP*[1] 10 diuina testimonia *P* 12 in opib; bonorum (*sic!*) *V* 13 antecendentem *P* 14 merito (o *ex corr. m. 2*) *P* merita *V* et *om. V* 16 infidelibus *H* (in *exp.*) *V* 17 *dicit *P* 19 et in] et dilectione in *r m sec. Vulg.; Gr.* καὶ τὴν εἰς *cum uaria l.* καὶ τὴν ἀγάπην τὴν εἰς, *quae multo minore est auctoritate* 21 inimicis, *m. 1 corr.* initiis *V* 22 a*uersi (d *eras.?*) et aduersi *P* aduersi et auersi *V*

cum uero factum fuerit, quod oratur, ei, qui fecit, aguntur gratiae et pro eis et ab eis. de orationibus autem iam fidelium, quas et pro se et pro aliis fidelibus faciunt, ut proficiant in eo, quod esse coeperunt, et de gratiarum actionibus, quia proficiunt, confligendum tecum esse non puto; contra Pelagianos est iste conflictus tibi nobisque communis. illi quippe omnia ad fidelem piamque uitam hominum pertinentia ita tribuunt libero uoluntatis arbitrio, ut habenda ex nobis, non a domino putent esse poscenda; tu autem, si ea, quae de te audio, uera sunt, initium fidei, ubi est etiam initium bonae, hoc est piae uoluntatis, non uis esse donum dei, sed ex nobis nos habere contendis, ut credere incipiamus; cetera autem religiosae uitae bona deum per gratiam suam iam ex fide petentibus, quaerentibus, pulsantibus donare consentis. nec adtendis ideo pro infidelibus deum rogari, ut credant, quoniam deus donat et fidem; ideo pro eis, qui crediderint, deo gratias agi, quoniam donat et fidem.

30 Quam ob rem, ut hunc ad te sermonem aliquando concludam, si negas orandum esse, ut, qui nolunt credere, uelint credere, si negas agendas esse deo gratias, quoniam credere uoluerunt, qui nolebant credere, aliter tecum agendum est, ut non sic erres aut, si errare persistis, ne mittas alios in errorem. si autem, quod de te magis credo, sentis atque consentis orare nos deum debere ac solere pro nolentibus credere, ut uelint credere, et pro eis, qui aduersantur et contradicunt legi eius atque doctrinae, ut ei cedant eamque sectentur, si

14 Matth. 7, 7—8; Luc. 11, 9—10

1 erit *V* 5 esse tecum *edd.* 7 hominum omnia pertinentia *V* 8 tribuit, *m. 1 corr.* tribuunt *P*¹ arbitrio uoluntatis *signis corr.* *P*¹ 9 potent, *m. 1 corr.* putent *P* 10 etiam bonae (*om.* initium) *TH* 11 donum esse *edd.* 12 nos (s *ex corr. m. 2*) *P* 16 ideo] et ideo *V* ideo—fidem *om., in inf. marg. m. aliquanto recentiore add. P* qui] quā *P* (*rec. m.*) et qui *edd.* 17 quia *TH* donauit *m* 19 uelin, *m. 2* uelint *P* 20 esse agendas *TH* 22 si] si* *P* 24 debere nos deum orare *V* 26 credant *edd.*

sentis atque consentis debere nos etiam deo agere gratias ac solere pro talibus, quod ad eius fidem doctrinamque conuersi uolentes ex nolentibus fiunt, oportet sine dubitatione fatearis uoluntates hominum dei gratia praeueniri et, ut bonum uelint homines, quod nolebant, deum facere, qui rogatur, ut faciat, et cui nos nouimus agere gratias dignum et iustum esse, cum fecerit. dominus tibi det intellectum in omnibus, domine frater.

## CCXVIII.

DOMINO DILECTISSIMO ET DESIDERANTISSIMO FILIO PALATINO AUGUSTINUS.

1 Conuersatio tua fortior atque fructuosior ad dominum deum nostrum magnum nobis adtulit gaudium. elegisti enim a iuuentute doctrinam, ut inuenias usque ad canos sapientiam. cani sunt ergo sensus hominis et senectutis aetas uita inmaculata. quam donet tibi dominus petenti, quaerenti atque pulsanti, qui nouit bona data dare filiis suis. quamuis enim tibi abundent exhortatores et exhortationes ad uiam salutis et gloriae sempiternae, maxime ipsa gratia Christi, quae tibi tam salubriter in tuo corde locuta est, tamen etiam

13 Eccli. 6, 18 15 Sap. 4, 8—9 16 Matth. 7, 7—8; 11; Luc. 11, 9—10; 13

1 nos] non *V* 2 quod] cum *m* fidem eius $P^{1}$*TH edd.* 3 uolentes *om. H* 4 perueniri, *m. 2* preueniri *P* uolint, *corr.* uelint *P* ueliint (*sic!*), *corr.* uelint *V* 7 domi, *corr.* dome, *m. 2* dome *P*

*T* = *cod. Trecensis 40 s. XIII.*
*H* = *cod. Mus. Brit. Harl. 3107 s. XIII.*
*R* = *cod. Vaticanus 494 s. XIII ex.*
*V* = *cod. Vaticanus 495 s. XV.*
*U* = *cod. Vaticanus 499 s. XV.*

10 desideratissimo *edd.* 15 cani enim sunt (enim *exp.*) *R* 18 abundent tibi *m* abundant tibi *cett. edd.* exhortationes et exhortationes (*sic!*) *T* exhortationes et exhortatores *H* 20 tam *om. T* in corde tuo *T edd.* corde locu.. *in ras. m. 1, fuit* salubriter *R*

nos pro dilectionis officio, quam tibi debemus, adferimus aliquid exhortationis in hac resalutatione nostra, qua te non pigrum uel dormientem excitemus, sed prouocemus incitemusque currentem.

2 Sapere te oportet, fili, ut perseueres, quia sapuisti, ut eligeres. sit hoc ipsum sapientiae tuae scire, cuius donum hoc est. reuela ad dominum uiam tuam et spera in eum et ipse faciet et deducet uelut lumen iustitiam tuam et iudicium tuum uelut meridiem. ipse faciet rectos cursus tuos et itinera tua in pace producet. sicut spreuisti, quod sperabas in saeculo, ne in abundantia diuitiarum gloriareris, quas more filiorum saeculi huius concupiscere coeperas, ita nunc ad tollendum iugum domini et eius sarcinam in uirtute tua non confidas et illud lene erit et haec leuis. pariter quippe inprobantur in psalmo, et qui confidunt in uirtute sua et qui in abundantia diuitiarum suarum gloriantur. ergo diuitiarum gloriam non iam habebas, sed, quam habere cupiebas, prudentissime contempsisti. caue, ne tibi subrepat in tua uirtute confidere; homo es enim et maledictus omnis, qui spem suam ponit in homine. sed plane in deo tuo toto corde confide et ipse erit uirtus tua, in qua pius gratusque confidas, cui dicas humiliter et fideliter: Diligam te, domine, uirtus mea, quia et ipsa caritas dei, quae perfecta foras mittit timorem, non per uires nostras, id est humanas diffunditur in cordibus nostris sed, sicut dicit apostolus, per spiritum sanctum, qui datus est nobis.

6 Sap. 8, 21 7 Ps. 36, 5—6 9 Prou. 4, 27 11 Ps. 48, 7 13 Matth. 11, 29—30 15; 19 Ps. 48, 7 20 Hier. 17, 5 22; 23 Ps. 17, 2 24 I Ioh. 4, 18 26 Rom. 5, 5

6 hoc donum *H* 7 et spera in eum *om. U* et spera—tuam *om. H* spa, *stilo cerussato corr.* spa *T* 8 lumen uelut *V* (*uirgulis corr.*) *U* 9 sicut *VU* 14 sarcinam eius *T edd.* confidas non *uirgulis corr. R* lene, *corr.* leue *R* leue *VU edd. praeter m* 17 iam non *VU* 18 contempsisse *T* 24 perfecta est foras *R*

3 Vigila ergo et ora, ne intres in temptationem. ipsa quippe oratio admonet te, quod indigeas adiutorio domini tui, ne spem bene uiuendi in te ponas. oras enim non iam, ut accipias diuitias et honores praesentis saeculi aut aliquid uanitatis humanae, sed ne intres in temptationem. quod utique si homo sibi praestare posset uolendo, non posceretur orando. quapropter, ut non intremus in temptationem, si uoluntas sufficeret, non oraremus; quae tamen si deesset, nec orare possemus. adsit ergo, ut uelimus; oremus autem, ut ualeamus, quod uoluerimus, cum ipso donante recte sapuerimus. quod bonum quoniam iam cepisti, est, unde gratias agas. quid enim habes, quod non accepisti? si autem accepisti, caue, ne glorieris, quasi non acceperis, hoc est quasi ex te ipso habere potueris. sciens autem, unde acceperis, ab illo pete, ut perficiatur, a quo datum est, ut inciperetur. cum timore itaque et tremore tuam salutem operare. deus est enim, qui operatur in te et uelle et perficere pro bona uoluntate, quoniam praeparatur uoluntas a domino atque ab ipso gressus hominis diriguntur et uiam eius uolet. haec cogitatio sancta seruabit te, ut sapientia tua pietas sit, id est ut ex deo sis bonus et Christi gratiae non ingratus.

4 Desiderant te parentes tui fideliter congratulantes meliori spei tuae, quam in domino habere coepisti. nos autem te siue absentem corpore siue praesentem in uno spiritu habere cupimus, per quem diffunditur caritas in cordibus

1 Matth. 26, 41; Marc. 14, 38; Luc. 22, 46 11 I Cor. 4, 7 16 Phil. 2, 12—13 18 Prou. 8, 35 sec. Septuag. 19 Ps. 36, 23 21 Iob 28, 28 24 Phil. 1, 27; I Cor. 12, 9; 13; Eph. 2, 18 26 Rom. 5, 5

1 uigilia (*postr.* i *exp.*) *R* *ora (h *eras.*) *T* 2 nec *R* 9 oremus (mus *in ras.*) *V* oret *THR* uoluerimus (mus *in ras.*) *V* uoluerit *U* 11 accepisti *Tflsr* coepisti *m* 15 ut * (*fuit* ñ) inciperetur *T* 19 ipso] eo *H* 20 et uiam] et uolet (uolet *stilo cerussato del. et in marg.* uias *add.*) *T* 24 speciei (cie *exp.*) *R* 25 absentem (bs *corr. m. 1 ex* ut) *R* in corpore *H*

nostris, ut, quolibet loco fuerit caro nostra, nullo modo separata esse possit anima nostra. gratissime accepimus cilicia, quae misisti, ubi nos de frequentanda et seruanda humilitate orationum prior ipse monuisti.

## CCXIX.

DOMINIS DILECTISSIMIS ET HONORABILIBUS FRATRIBUS ET CONSACERDOTIBUS PROCULO ET CILLENIO AURELIUS, AUGUSTINUS, FLORENTIUS ET SECUNDUS EPISCOPI IN DOMINO SALUTEM.

1 Filium nostrum Leporium apud uestram sanctitatem pro sui erroris praesumptione merito idoneeque correptum, cum ad nos, posteaquam exinde exturbatus est, aduenisset, salubriter perturbatum corrigendum sanandumque suscepimus. nam sicut uos oboedistis apostolo, ut corriperetis inquietos, ita et nos, ut consolaremur pusillanimes et susciperemus infirmos. cum enim praeoccupatus esset homo in aliquo delicto eodemque non paruo et de unigenito filio dei, quod erat in principio uerbum et uerbum erat apud deum et

14 I Thess. 5, 14   16 Gal. 6, 1   17 Ioh. 3, 18; 1, 1

2 possit esse *T edd.*   3 et seruanda *om. T*

*Z = cod. Vallicellianus Tom. XVIII s. XI.*

*s = ed. princeps (Iac. Sirmondi concilia antiqua Galliae Lut. Par. 1629. tom. I p. 51—52)*

*Haec epistula Lepori presbyteri libello emendationis siue satisfactionis adiuncta (Migne patrol. lat. XXXI p. 1231) huc translata est a Maurinis.*

Epła sci augustini pro reconciliatione lepori qui fuerat nestorianus *Z* 6 dominis *om. s m*   7 Cylinnio *s m*   8 Secundinus *s m*   episcopi *om. s m*   11 p̄sūptionem (m *del. uid.;* ti *ex* ..') *Z*   idoneeque correptum] denique correctum *Z*   12 inde *s m*   uenisset *s m*   14 nos *ex* nus *Z*   15 ac *s m*   susciperemur, *m. 1 supra* susciperemus *Z*   16 homo] sicut homo *s m*   17 et] ut *s m*

deus erat uerbum, cum autem uenit plenitudo temporis, uerbum caro factum est et habitauit in nobis, non recta quaedam saperet nec uera sentiret negans deum hominem factum, ne uidelicet substantiae diuinae, qua aequalis est patri, indigna mutatio uel corruptio sequeretur, nec uidens quartam se subintroducere in trinitate personam, quod a sanitate fidei symbolique catholici ueritate prorsus alienum est, eum, sicut potuimus, adiuuante domino instruximus in spiritu lenitatis, praesertim quia, cum hoc uideret, uas electionis adiecit: Intendens te ipsum, ne et tu tempteris, ne ita se quidam ad prouectum spiritalem peruenisse gauderent, ut iam non posse temptari tamquam homines putarent, addiditque salubrem pacificamque sententiam, ut alter alterius onera portemus, quoniam sic implebimus legem Christi; qui enim putat se aliquid esse, cum nihil sit, se ipsum seducit, dilectissimi et honorabiles fratres.

2 Quam tamen eius emendationem nequaquam fortassis implere possemus, nisi uos ante, quae in eo mendosa fuerant, damnaretis. idem igitur dominus et medicus noster utens uasis ac ministris suis, qui dixit: Ego percutiam et ego sanabo, per uos percussit tumentem, per nos sanauit dolentem; idem suae domus administrator atque prouisor per uos destruxit male constructa, per nos aedificauit, quae fuerant construenda; idem diligens agricola possessionis suae sterilia per uos eradicauit et noxia, utilia per nos et fecunda plantauit. non itaque nobis sed eius misericordiae demus gloriam, in cuius manu sumus et nos et sermones nostri. et sicut in

1 Gal. 4, 4 2 Ioh. 1, 14 •5 Ioh. 5, 18; Phil. 2, 6 8; 10 Gal. 6, 1 9 Act. 9, 15 13 Gal. 6, 2 15 Gal. 6, 3 20 Deut. 32, 39 26 Deut. 33, 3

4 que equalis *Z* quae aequalis *s* 5 correptio, *m. 1 supra* corruptio *Z* 7 fidei *om. s m* symboli catholicaeque ueritatis *s m* 8 sicuti *s m* 9 admoneret *s m* 11 profectum *Z* 12 ut se iam *s m* 13 putarent] non putarent *Z* 14 adimplebimus *s m sec. Vulg.* 15 esse aliquid cum sit nihil *s m* 17 fortasis, *m. 1 corr.* fortassis *Z* forte *s m* 19 igitur et dominus *s m* 23 aedificauit quae fuerant construenda] bene composita restaurauit *s m* 25 et *om. Z* nos a || et *Z* 27 sunt *Z*

supra dicto filio nostro ministerium uestrum humilitas nostra laudauit, sic etiam sanctitas uestra de nostro ministerio gratuletur. paterno igitur et fraterno corde suscipite a nobis misericordi lenitate correctum, sicut nos suscepimus a uobis misericordi seueritate correptum. etsi enim aliud per uos aliud per nos, utrumque tamen fraternae saluti necessarium una caritas fecit. unus ergo deus fecit, quoniam deus caritas est.

3 Proinde sicut per suam praesentiam est susceptus a nobis, sic per suam epistulam suscipiatur a uobis. cui quidem epistulae nostra etiam manu subscribendum putauimus ipsius esse testantes. admonitus quippe facile uidit deum hominem factum, quia uerbum caro factum est et deus erat uerbum eumque apostolus docuit hoc esse factum non perdendo, quod erat, sed adsumendo, quod non erat; semet ipsum enim exinaniuit non formam dei amittens sed formam serui accipiens. hoc namque iste metuebat, quando nolebat fateri deum natum ex femina, deum crucifixum et alia humana perpessum, ne diuinitas in homine commutata uel hominis permixtione corrupta crederetur; pius timor sed incautus error: pie uidit diuinitatem non posse mutari, sed incaute praesumpsit filium hominis a filio dei posse separari, ut alius iste alius ille sit et ut alter eorum Christus non sit aut Christi duo sint. sed posteaquam cognouit dei uerbum, hoc est unigenitum dei filium sic esse factum hominis filium, ut neutrum in alterum uersum sit, sed utroque in sua substantia permanente sic deus in homine pateretur humana, ut in se ipso integra diuina seruaret, Christum deum hominem

7 I Ioh. 4, 8; 16 12 Ioh. 1, 14; 1 15 Phil. 2, 6—7

2 de *om. s m* 4 lenitate—misericordi *om. s m* nobis, *m. 1 supra* uobis *Z* 5 correptum *emendaui;* correctum *Z s m; cf. p. 428, 11* aliud per nos, aliud per uos *s m* 9 poenitentiam *m* susceptus est *s m* 11 nostra *om. Z* 12 admonitus—*p. 431, 3* detrimentum *om. s m* 20 correpta *Z; scripsi* corrupta 26 sit (*exp.*) uersum sit *Z* 28 ipsum *Z; scripsi* ipso

sine ullo timore confessus est magisque timuit in trinitate quartae personae additamentum quam in diuinitate illud substantiae detrimentum. hanc eius correctionem dilectionem uestram minime dubitamus et gratanter accipere et eis notam facere, quibus eius error scandalum fuit, quia et illi, qui cum eo uenerunt ad nos, cum illo correcti atque sanati sunt, sicut eorum subscriptionibus, quae coram nobis factae sunt, tenetur expressum. superest, ut de fraterna salute laeti rescriptis beatitudinis uestrae nos uicissim laetificare dignemini. optamus uos, dilectissimi et honorabiles fratres, in domino bene ualere nostri memores.

## CCXX.

DOMINO FILIO IN PRAESENTEM ET IN AETERNAM SALUTEM DEI MISERICORDIA PROTEGENDO ET REGENDO BONIFATIO AUGUSTINUS.

1 Fideliorem hominem et qui faciliores haberet accessus ad aures tuas ferens litteras meas, numquam potui reperire, quam nunc dominus obtulit seruum et ministrum Christi diaconum Paulum ambobus nobis carissimum, ut aliquid tibi loquerer non pro potentia tua et honore, quem geris in isto saeculo maligno, nec pro incolumitate carnis tuae corruptibilis

21 I Cor. 15, 53

2 illum *Z; scripsi* illud   8 laetati *s m*   11 memores nostri *s m*

*P* = *cod. Parisinus 12193 s. IX.*
*P*¹ = *cod. Parisinus 12226 s. IX.*
*S* = *cod. Sangallensis 174 s. IX.*
*H* = *cod. Palatinus 209 s. X.*
*P*² = *cod. Parisinus 1958 s. XI.*
*P*³ = *cod. Parisinus 14480 s. XII.*
*T* = *cod. Trecensis 40 s. XIII.*

*Inscriptionem om. PP*²   14 et regendo *om. P*¹*SP*³   15 augustinus in domino salutem (in domino salutem *m. ut uid. 1 exp.*) *S*   16 qui *om., m. 2 add. P*²   excessus *P*¹   18 obtulit dominus *PP*² *edd.* xp̄m, *ras.* xp̄i *P*   19 diaconem *H*   20 in saeculo isto *T*   21 magno *P*³

atque mortalis, quia et ipsa transitoria est et, quam diu sit, semper incertum est, sed pro illa salute, quam nobis promisit Christus, qui propterea hic exhonoratus atque crucifixus est, ut doceret nos bona saeculi huius magis contemnere quam diligere et hoc amare et sperare ab illo, quod in sua resurrectione monstrauit; resurrexit enim a mortuis nec iam moritur et mors ei ultra non dominabitur.

2 Scio non deesse homines, qui te secundum uitam mundi huius diligunt et secundum ipsam tibi dant consilia aliquando utilia aliquando inutilia, quia homines sunt et, sicut possunt, ad praesens sapiunt nescientes, quid contingat sequenti diei. secundum autem deum, ne pereat anima tua, non facile tibi quisquam consulit, non quia desunt, qui hoc faciant, sed quia difficile est inuenire, quando tecum ista possint loqui. nam et ego semper desideraui et numquam inueni locum uel tempus, ut agerem tecum, quod me agere oportebat cum homine, quem multum diligo in Christo. scis autem, qualem me apud Hipponem uideris, quando ad me uenire dignatus es, quia uix loquebar inbecillitate corporis fatigatus. nunc ergo, fili, audi me saltem per litteras tibi sermocinantem, quas in periculis tuis numquam tibi mittere potui periculum cogitans perlatoris et cauens, ne ad eos, ad quos nollem, mea epistula perueniret. unde peto, ut ignoscas, si putas me plus timuisse quam debui; tamen dixi, quod timui.

3 Audi ergo me, immo dominum deum nostrum per ministerium infirmitatis meae; recole, qualis fueris adhuc in corpore constituta religiosae memoriae priore coniuge tua et

6 Rom. 6, 9

1 atque] at, *m. 1 corr.* atque *S* 2 christus promisit *T* 3 atque] et *T* 4 huius saeculi *edd.* 5 quo, *m. 2* quod *S* 10 qui, *m. 1 corr.* quia *S* 11 die *PT edd.* 13 desint $P^3$ faciunt *P* 14 possunt *flm* 16 cum in homine (in *m. 2 del.*) $P^1S$ 17 autem, *m. 2* enim *S* 18 dignatus es uenire *T* 20 saltem *om. H* (*in marg. m. 1 add.*) $P^3$ 21 cogitant, *m. 2* cogitans $P^1$ 22 ad *ante* quos *om.* $PP^2$ 23 me putas *edd.* 25 me *om.* $PP^1$ (*m. 2 add.*) *S* (*m. 2? add.*) $HP^2$

recenti eius obitu quo modo tibi uanitas saeculi huius horruerit et quo modo concupieris seruitutem dei. nos nouimus, nos testes sumus, quid nobiscum apud Tubunas de animo et uoluntate tua fueris conlocutus. soli tecum eramus ego et frater Alypius. non enim existimo tantum ualuisse terrenas curas, quibus impletus es, ut hoc de memoria tua penitus delere potuerint. nempe omnes actus publicos, quibus occupatus eras, relinquere cupiebas et te in otium sanctum conferre atque in ea uita uiuere, in qua serui dei monachi uiuunt. ut autem non faceres, quid te reuocauit, nisi quia considerasti ostendentibus nobis, quantum prodesset Christi ecclesiis, quod agebas, si ea sola intentione ageres, ut defensae ab infestationibus barbarorum q u i e t a m  e t  t r a n q u i l l a m  u i t a m agerent, sicut dicit apostolus, i n  o m n i  p i e t a t e  e t  c a s t i t a t e, tu autem nihil ex hoc mundo quaereres nisi ea, quae necessaria essent huic uitae sustentandae tuae ac tuorum, accinctus balteo castissimae continentiae et inter arma corporalia spiritalibus armis tutius fortiusque munitus?

4 Cum ergo te esse in hoc proposito gauderemus, nauigasti uxoremque duxisti. sed nauigasse oboedientiae fuit, quam secundum apostolum debebas sublimioribus potestatibus; uxorem autem non duxisses, nisi susceptam deserens continentiam concupiscentia uictus esses. quod ego cum comperissem, fateor, miratus obstipui; dolorem autem meum ex aliqua parte consolabatur, quod audiui te illam ducere noluisse, nisi prius

12 I Tim. 2, 2   20 Rom. 13, 1

1 eis, *m. ut uid. 1 corr.* eius $P^2$   3 tūbunas $P^2$ tubanas $PT$ tubanas $P^3$ te bona* $P^1$   4 fueris, *m. 2* fuerimus $P^1$ fuerimus $P^3$   conlocutus solis. tecum $S$   conlocuti $P^1P^3$   *post* soli *posterior u. pars uacua* $P^1$   5 uoluisse $P$   7 potuerint *ras. ex* potuerunt $P$   9 ut] tu, *m. 2* ut $SP^2$ tu $P^1P^3T$   10 non, *in marg. m. 2* ne $P^1$ ne $P^3T$   13 barrarorum, *m. 2* barbarorum $P$   quiet*am (*fuit* i) $P^1$   14 castitate tua tu autem $P^1$ (tua *m. 2 exp.*) $SHP^2$   15 ex hoc mundo nihil *edd.* 18 totius, *m. 1 corr.* tutius $S$   21 debeas $P^1$ (a *exp.*) $S$ (*m. 2* debebas) debes $P^3$   23 ergo $P$   perissem, *m. 1 corr.* comperissem $S$ 24 obstipui, *m. 1 corr.* obstupui $P$ obstupui $P^3T$ *edd.*

catholica fuisset facta. et tamen haeresis eorum, qui uerum filium dei negant, tantum praeualuit in domo tua, ut ab ipsis filia tua baptizaretur. iam uero, si ad nos non falsa perlata sunt, quae utinam falsa sint, quod ab ipsis haereticis etiam ancillae deo dicatae rebaptizatae sint, quantis tantum malum plangendum est fontibus lacrimarum! ipsam quoque uxorem non tibi suffecisse, sed concubinarum nescio quarum commixtione pollutum loquuntur homines et forsitan mentiuntur.

5 Ista, quae omnibus patent, tot et tanta mala, quae a te, posteaquam coniugatus es, consecuta sunt, quid ego dicam? Christianus es, cor habes, deum times. tu ipse considera, quae nolo dicere, et inuenies, de quantis malis debeas agere paenitentiam, propter quam tibi credo dominum parcere et a periculis omnibus liberare, ut agas eam, sicut agenda est, sed si illud audias, quod scriptum est: Ne tardes conuerti ad dominum neque differas de die in diem. iustam quidem dicis habere te causam, cuius ego iudex non sum, quoniam partes ambas audire non possum; sed qualiscumque sit tua causa, de qua modo quaerere uel disputare non opus est, numquid coram deo potes negare, quod in istam necessitatem non peruenisses, nisi bona huius saeculi dilexisses, quae tamquam seruus dei, quem te ante noueramus, contemnere

15 Eccli. 5, 8

2 dei filium *P* (dī *ras. ex* dm̃) $P^{2}$ 3 praelata, *m. 2* perlata $P^{1}SP^{2}$ praelata *H* 4 false, *m. 2* falsa $P^{1}$ sint *ras. ex* sunt $P^{2}$ 5 deo dicatae] a deo datae $PP^{1}$ (*in marg. m. 2* dō dicatae) $SHP^{2}$ *a e f* 6 ipsam—concubinarum *om., in marg. m. 2 add.* $P^{1}$ 7 sed, *m. 2* sed et *S* 9 ista quae] itaque *T* ista (*om.* quae) *edd. praeter m* a *om. edd. praeter m* 10 es *om., m. 1 add. P* ergo *PS* (*m. 2* ego) *T edd. praeter m* 12 uolo *edd praeter m* 13 credo tibi *T* tibi credere *P* deum *H* parce, *m. 2* parcere $P^{2}$ 16 neque] et ne *T* 17 ego non sum iudex $P^{3}T$ ego iudex (*om.* non sum) $P^{1}$ (*m. 2* ego non sum iudex) *S* (*m. 2* ego iudex non sum) iudex ego non sum *edd.* 18 audere, *m. 2* audire $P^{1}$ 21 saeculi huius $PP^{2}$ *edd.* 22 tamquam] tam̃ *T* quęm te *H* quam te *PS* (*m. 2* quia te) $P^{2}$ quante, *m. 2* quem te $P^{1}$ quem (*om.* te) $P^{3}$

omnino et pro nihilo habere debuisti et oblata quidem sumere, ut eis utereris ad pietatem, non autem negata uel delegata sic quaerere, ut propter illa in istam necessitatem perducereris, ubi, cum amantur uana, perpetrantur mala pauca quidem a te sed multa propter te et, cum timentur, quae ad exiguum tempus nocent, si tamen nocent, committuntur ea, quae uere noceant in aeternum?

6 De quibus ut unum aliquid dicam, quis non uideat, quod multi homines tibi cohaereant ad tuendam tuam potentiam uel salutem, qui. etiam si tibi omnes fideles sint nec ab aliquo eorum ullae timeantur insidiae, nempe tamen ad ea bona, quae ipsi quoque non secundum deum sed secundum saeculum diligunt, per te cupiunt peruenire, ac per hoc, qui refrenare et compescere debuisti cupiditates tuas, explere cogeris alienas? quod ut fiat, necesse est multa, quae deo displicent, fiant. nec sic tamen explentur tales cupiditates; nam facilius resecantur in eis, qui deum diligunt, quam in eis, qui mundum diligunt, aliquando satiantur. propter quod dicit scriptura diuina: Nolite diligere mundum nec ea, quae in mundo sunt. si quis dilexerit mundum, dilectio patris non est in eo. quia omne, quod in mundo est, concupiscentia carnis est et concupiscentia oculorum et ambitio saeculi, quae non est a patre, sed ex mundo est. et mundus transit et concupiscentia eius; qui autem

18 I Ioh. 2, 15—17

2 uteris *PP²* deligata *P¹* (*m. 2* denegata) *S* (*m. 2* delegata) denata, *m. 1 corr.* denegata *P³* 3 illā (~ *eras.*) *T* perduceretis *P* 4 amant urbana *PP²* (*ex* bana *ras.* bona) amantur **bona *S* amantur bona *P¹P³Tm* a*te *P* 5 iguum, *m. 2* exiguum *P¹* 7 in aeternum noceant *PP² edd.* 8 aliqui, *m. 1 corr.* aliquid *S* 10 sint omnes fideles *P³* sint omnino fideles *T* omnes fide *P¹* (*m. 2* sint omnes fideles) *S* ab *om., m. 2 add. P¹S* ab *om. PHP²* 11 uelle, *m. 2* ullae *P¹S* uelle *PHP²* (*pr.* e *eras.*) 12 ips, *m. 2* ipsi *P²* 13 compescere et refrenare *P³* 15 displicet *P¹* fiant *om. P³* 17 quam] quoniam, *m. 2* quam *P¹S* 18 satiantur, *m. 2* satientur *S* sanantur *T* diuina scriptura *edd.* noli *P³* 21 quod omne *signis corr. T* 23 a] ex *T*

facit uoluntatem dei, manet in aeternum, sicut et deus manet in aeternum. quando ergo poteris tot hominum armatorum, quorum fouenda est cupiditas, timetur atrocitas, quando, inquam, poteris eorum concupiscentiam, qui diligunt mundum, non dico satiare, quod fieri nullo modo potest, sed aliqua ex parte pascere, ne uniuersa plus pereant, nisi tu facias, quae deus prohibet et facientibus comminatur? propter quod uides tam multa contrita, ut iam uile aliquid, quod rapiatur, uix inueniatur.

7 Quid autem dicam de uastatione Africae, quam faciunt Afri barbari resistente nullo, dum tu talis tuis necessitatibus occuparis nec aliquid ordinas, unde ista calamitas auertatur? quis autem crederet, quis autem timeret Bonifatio domesticorum et Africae comite in Africa constituto cum tam magno exercitu et potestate, qui tribunus cum paucis foederatis omnes ipsas gentes expugnando et terrendo pacauerat, nunc tantum fuisse barbaros ausuros, tantum progressuros, tanta uastaturos, tanta rapturos, tanta loca, quae plena populis fuerant, deserta facturos? qui non dicebant, quandocumque tu comitiuam sumeres potestatem, Afros barbaros non solum domitos sed etiam tributarios futuros Romanae rei publicae? et nunc quam in contrarium uersa sit spes hominum, uides. nec diutius hinc tecum loquendum est, quia plus ea tu potes cogitare quam nos dicere.

8 Sed forte ad ista respondes illis hoc esse potius inputandum, qui te laeserunt, qui tuis officiosis uirtutibus non paria

2 quanto *P* 3 ouenda, *m. 2* cauenda $P^2$ cauenda *P* 6 plus pereant] plebs pereat *edd. praeter m* 8 contrita] contraria $P^1SP^3$ 9 quad, *m. 1 corr.* quod $P^1$ rapitur *P* 11 tu *om., m. 2 add.* $P^1$ tali *S* talibus $P^3Tm$ tuis *om. T* 13 autem *ante* timeret *om. edd.* 16 pa*cauerat $P^1$ 17 ausuros barbaros *T* 18 rupturos, *m. 1 (?) corr.* rapturos $P^2$ 19 tu *om.* $P^1SP^3$ comitiam *P* comitatiuam (tatiu *in ras. m. 2*) $P^2$ comitebam, *m. 2* comitalem *S* commitebant, *m. 2* commitebant ut $P^1$ comittebant ut $P^3$ 21 numquam, *m. 2* nunc quam $P^1SP^2$ numquam *PH* 22 uera, *m. 1 corr.* uersa $P^1$ uides $P^2$ ne, *m. 2* nec *S* 25 ad] aut, *m. 2* ad $P^1S$ ea *edd.* potius esse *T* 26 leserint, *m. 1 corr.* leserunt $P^1$

sed contraria reddiderunt. quas causas ego audire et iudicare non possum; tuam causam potius aspice et inspice, quam non cum hominibus quibuslibet sed cum deo habere te cognoscis; quia in Christo fideliter uiuis, ipsum debes timere ne offendas. nam causas ego superiores potius adtendo, quia, ut Africa tanta mala patiatur, suis debent inputare homines peccatis. uerum tamen nolo te ad eorum numerum pertinere, per quos malos et iniquos deus flagellat poenis temporalibus, quos uoluerit. ipsis namque iniquis, si correcti non fuerint, seruat aeterna supplicia, quorum malitia iuste utitur, ut aliis mala ingerat temporalia. tu deum adtende, tu Christum considera, qui tanta bona praestitit et tanta mala pertulit. quicumque ad eius regnum cupiunt pertinere et cum illo ac sub illo semper beate uiuere, diligunt etiam inimicos suos, bene faciunt illis, qui eos oderunt, et orant pro eis, a quibus persecutionem patiuntur, et, si quando adhibent pro disciplina molestam seueritatem, non tamen amittunt sincerissimam caritatem. si ergo bona tibi sunt praestita quamuis terrena transitoria ab imperio Romano, quia et ipsum terrenum est non caeleste nec potest praestare, nisi quod habet in potestate, si ergo bona in te conlata sunt, noli reddere mala pro bonis; si autem mala tibi inrogata sunt, noli reddere mala pro malis. quid istorum duorum sit, nec discutere uolo nec ualeo iudi-

14 Matth. 5, 44; Luc. 6, 27—28 22 Rom. 12, 17; I Thess. 5, 15; I Petr. 3, 9

2 tuam] tam $P^1$ (*m. 2* tuam) *S* (*m. 2* talem) aspice] aspiceret, *m. 2* aspice tu *S* et inspice *om. P* 4 *post* Christo *s. u. m. 2 add.* ł, *sed uid. exp.* $P^1$ 6 homines inputare *PS*$P^2$ *edd.* 7 noli *a* nolim *cett. edd.* 9 si correcti non] si correcti, *m. 2* nisi correcti $P^1$ nisi correcti $P^3$*T* fue|erint *T* 10 seruata aeterna supplicia *P*$P^1$ (*m. 2* seruat aeterna supplicia) *S* (*m. 2* seruato aeterno supplicio) *H*$P^2$ qui eorum *edd.* . alius *P* 15 illos, *m. 1 (?) corr.* illis *P* a *om., m. 2 add.* $P^1$*S* 16 p disciplina (*m. 2* disciplinā) *P* 17 molestem, *m. 1 corr.* molestam *P* modestam $P^3$ 18 tibi bona *edd.* quanuis** $P^3$ 19 non caeleste *om. P* 22 si autem—malis *om. P* 23 qui, *m. 2* quid $P^1$*S*

care; ego Christiano loquor: noli reddere uel mala pro bonis uel mala pro malis.

9 Dicis mihi fortasse: 'In tanta necessitate quid uis ut faciam?' si consilium a me secundum hoc saeculum quaeris, quo modo ista salus tua transitoria tuta sit et potentia atque opulentia uel ista seruetur, quam nunc habes, uel etiam maior addatur, quid tibi respondeam, nescio; incerta quippe ista certum consilium habere non possunt. si autem secundum deum me consulis, ne anima tua pereat, et times uerba ueritatis dicentis: Quid prodest homini, si totum mundum lucretur, animae autem suae damnum patiatur, habeo plane, quod dicam; est apud me consilium, quod a me audias. quid autem opus est, ut aliud dicam quam illud, quod supra dixi: Noli diligere mundum nec ea, quae in mundo sunt. si quis enim dilexerit mundum, non est caritas patris in illo, quoniam omnia, quae in mundo sunt, concupiscentia carnis est et concupiscentia oculorum et ambitio saeculi, quae non est a patre, sed ex mundo est. et mundus transit et concupiscentia eius; qui autem fecerit uoluntatem dei, manet in aeternum, sicut et deus manet in aeternum? ecce consilium; arripe et age. hic appareat, si uir fortis es; uince cupiditates, quibus iste diligitur mundus, age paenitentiam de praeteritis malis, quando ab eis cupiditatibus uictus per desideria uana trahebaris. hoc consilium si acceperis, si tenueris atque seruaueris, et ad bona illa certa peruenies et cum salute animae tuae inter ista incerta uersaberis.

1 Rom. 12, 17; I Thess. 5, 15; I Petr. 3, 9 7 Ter. Eun. u. 57—63 10 Matth. 16, 26; Marc. 8, 36; Luc. 9, 25 14 I Ioh. 2, 15—17

1 loquar $P^1$ 5 tota, *m. 2* tuta *S* totus, *m. 2* tuta $P^1$ 9 anima] ab anima $P^1$ (ab *exp.*) *S* (ab *m. 2 del.*) $P^2$ (ab *eras.*) dicentis *in fine u. om.* *P* 11 detrimentum *edd. sec. Vulg.* 12 a] ad *P* 14 quae immundo *H* 16 eo *T* 17 est carnis $P^3$ et concupiscentia oculorum *om*, *in marg. m. 2 add.* $P^3$ 18 pre, *m. 1 corr.* patre $P^3$ 22 et *om.* $P^3$ 25 uana *emendabam;* bona $PP^1SP^2$ *a e f* mala *H* non bona $P^3$*T l r m; cf. p. 435, 4* 26 seruaberis, *m. 2* seruaueris $P^1$ 27 uersaueris, *m. 2* uersaberis $P^1P^2$

10 Sed forte iterum quaeris a me, quo modo ista facias tantis mundi huius necessitatibus implicatus. ora fortiter et dic deo, quod habes in psalmo: De necessitatibus meis erue me. tunc enim finiuntur istae necessitates, quando uincuntur illae cupiditates. qui exaudiuit te et nos pro te, ut libereris de tot tantisque periculis uisibilium corporaliumque bellorum, ubi sola ista uita quandoque finienda periclitatur, anima uero non perit, si non malignis cupiditatibus captiua teneatur, ipse te exaudiet, ut interiores et inuisibiles hostes, id est ipsas cupiditates inuisibiliter et spiritaliter uincas et sic utaris hoc mundo tamquam non utens, ut ex bonis eius bona facias, non malus fias, quia et ipsa bona sunt nec dantur hominibus nisi ab illo, qui habet omnium caelestium et terrestrium potestatem. sed ne putentur mala, dantur et bonis; ne putentur magna uel summa bona, dantur et malis itemque auferuntur ista et bonis, ut probentur, et malis, ut crucientur.

11 Quis enim nesciat, quis ita sit stultus, ut non uideat, quod salus huius mortalis corporis et membrorum corruptibilium uirtus et uictoria de hominibus inimicis et honor atque potentia temporalis et cetera ista bona terrena et bonis dentur et malis et bonis auferantur et malis? salus uero animae cum inmortalitate corporis uirtusque iustitiae et uictoria de cupiditatibus inimicis et gloria et honor et pax in aeternum non dantur nisi bonis. ista ergo dilige, ista concupisce, ista modis omnibus quaere. propter haec adquirenda et obtinenda fac elemosynas, funde orationes, exerce ieiunia, quantum sine laesione tui

3 Ps. 24, 17 10 I Cor. 7, 31

5 exaudiuit, *m. 2* exaudibit $P^2$ exaudibit *P* exaudiet *H* ut] ū $P^3$ libereris, *m. 2* liberareris $P^1S$ liberareris $P^3T$ *edd.* 7 uita ista periclitatur quandoque finienda *T* finiendo $PP^2$ 8 perit] poterit $PP^2$ si non] nisi *T* ipse] et ipse *T* 9 exaudiat $P^3$ 10 deuincas *T* hunc mundum, *m. ut uid. 1 corr.* hoc mundo $P^2$ 11 bona *om. T* 15 uel] et *T* 16 prodentur, *m. 2* probentur $P^1$ ut] et, *m. 2* ut $P^1$ 20 bona ista *T* 21 auferantur, *m. 1 corr.* auferentur $P^1$ 23 in aeterna $P^1$ (in *m. 2 exp.*) *S* (*m. 2 add.* uita) $HP^2$ aeterna $P^3T$ dentur *T* 24 omnibus modis *edd.* 26 ianua *P* corporis tui *edd.*

corporis potes. bona uero illa terrena noli diligere, quanta libet tibi abundent. sic eis utere, ut bona multa ex illis nullum autem malum facias propter illa. omnia quippe talia peribunt, sed bona opera non pereunt, etiam quae de bonis pereuntibus fiunt.

12 Si enim coniugem non haberes, dicerem tibi, quod et Tubunis diximus, ut in castitate continentiae uiueres; adderem, quod tunc fieri prohibuimus, ut iam te, quantum rerum humanarum salua pace potuisses, ab istis bellicis rebus abstraheres et ei uitae uacares in societate sanctorum, cui tunc uacare cupiebas ubi in silentio pugnant milites Christi, non ut occidant homines, sed ut expugnent principes et potestates et spiritalia nequitiae, id est diabolum et angelos eius. hos enim hostes sancti uincunt, quos uidere non possunt; et tamen, quos non uident, uincunt ista uincendo, quae sentiunt. sed ut te ad istam uitam non exhorter, coniunx impedimento est, sine cuius consensione continenter tibi non liceat uiuere, quia, etsi tu eam post illa tua uerba Tubunensia ducere non debebas, illa tibi tamen nihil eorum sciens innocenter et simpliciter nupsit. atque utinam posses ei persuadere continentiam, ut sine impedimento redderes deo, quod te debere cognoscis! sed si cum illa agere non potes, serua saltem pudicitiam coniugalem et

12 Eph. 6, 12   13 Matth. 25, 41

2 illis] eis *T*  6 sic $P^1$ (c *eras.*) *S* (c *m. 2 del.*)  tubonis *S* tu bonis $PP^1$ (*m. 2* a *pro* o *et supra* tubanis) tubanis $P^3T$  7 in quantitate *a* in sanctitate *cett. edd.*  adrem $P^1S$ (*m. 2* atque) $P^3$  8 humanarum rerum $P^3$ humanarum | (*om.* rerum) *T*  9 rebus bellicis *edd.*  rerum, *m. 1 corr.* rebus $P^1$  ei uitae] haec uitae $P^1$ (*m. 2* huic uitae) *S* (*m. 2* hac uita · ł · huic uitae) huic uitae $P^3$  10 in] et $P^1P^3$  societate *P* (*m. 2* societatē) $P^1$ (*m. 1 ? corr.* societati) societati $P^3$  11 occidant (a *ex corr. m. 2*) *P*  13 nequitiae *m. 2 factum uid. ex* nequitia $P^1$ nequitia $PHP^2$  angelis $PP^2$  14 uincunt quod uidere *P*  15 uidendo *H*  17 consensu $P^3$  uiuere non liceat *T*  licet *edd.*  18 eam] ea *P*  tubunensia, *m. 2* tubanensia $P^1$ tubanensia $P^3T$  debeas *PT*  19 horum *T*  20 utque, *m. 2* atque $P^1S$  ut] et, *m. 1 corr.* ut $P^1$  22 pudicitiam *om. P* (*in fine u.*) $P^2$ (*in fine pag.*)

roga deum, qui te de necessitatibus eruat, ut, quod non potes modo, possis aliquando. uerum tamen, ut deum diligas, non diligas mundum; ut in ipsis bellis, si adhuc in eis te uersari opus est, fidem teneas, pacem quaeras; ut ex mundi bonis facias opera bona et propter mundi bona non facias opera mala, aut non impedit coniunx aut impedire non debet. haec ad te, fili dilectissime, ut scriberem, caritas iussit, qua te secundum deum, non secundum hoc saeculum diligo, quia et cogitans, quod scriptum est: Corripe sapientem et amabit te, corripe stultum et adiciet odisse te, non te utique stultum sed sapientem debui cogitare.

9 Prou. 9, 8 (cf. 9 sec. Septuag. προσθήσει)

1 te *om.* *P* (*m. 2 add.*) $P^1SP^2P^3$ eruat, *m. 2* eruit *S* eruet, *m. 2* eruit $P^1$ eruit $P^3$*flr* eruet *m* potest *postr. l. m. 1 del.* *S* 2 diliges, *m. 1 (?) corr.* diligas *P* non diligas *om., m. 2 add.* $P^1$ 5 bona opera *edd.* 6 aut impedit (non *om.*) $PP^2$ 7 km̄e $PP^2$ $\overset{a}{q}$/// $P^3$

## CCXXI.

DOMINO MERITO VENERABILI ET VERE BEATISSIMO PATRI AUGUSTINO EPISCOPO QUODVULTDEUS DIACONUS.

1 Diu trepidus fui et ausus hos meos aliquotiens distuli, sed me principaliter, ut dici adsolet, animauit beatitudinis tuae beniuolentia omnibus comprobata, quam dum considero, magis timui, ne non petendo superbus, non quaerendo desidiosus, non pulsando piger a domino iudicarer. sufficere autem mihi crederem huius modi tantum modo uoluntatem, si fructum adipisci non possem; cum autem pro certo nouerim ostium diuini sermonis, quod uenerationi tuae caelestis gratia pate-

10 Col. 4, 3

*B* = *cod. Bambergensis B IV 21 s. VI.*
*V* = *cod. Vindobonensis 322 s. VIII—IX.*
*R* = *cod. Augiensis LV s. IX.*
*C* = *cod. Carnutensis 73 s. IX.*
*P* = *cod. Parisinus 2341 s. IX.*
$B^1$ = *cod. Bambergensis A 68 s. IX.*
*M* = *cod. Marcianus 604 s. IX—X.*
$B^2$ = *cod. Bambergensis A 151 s. X in.*
$P^1$ = *cod. Parisinus 1905 s. X.*
*G* = *cod. Bononiensis 45 s. X.*
$M^1$ = *cod. Marcianus 651 s. XI—XII.*

*Epistulae CCXXI—CCXXIV ex initio libri de haeresibus ad Quoduultdeum in epistularum corpus translatae sunt a Reinharto.*

*Inscriptionem om. R* 2 merito *om.* $PB^2P^1$ meo, *m. 1 corr.* merito *C* uenerabile *P* honorabili $M^1$ fratri $PP^1$ 3 quoduultieus, *m. 2* quoduultdeus *C* diacs, *m. 1 corr.* diaconus *C* diaconus in domino salutem $M^1$ 4 strepidus *M* fui* *R* hos ausus $M^1$ ausus (*om.* hos) *M* hos meos aliquotiens *om. V* meos] mm̄ *P* aliquoties $PP^1$ 5 absolet (*m. 2* assolet) animaui *R* tuae beatitudinis *R* beatitudinis suae *P* 6 boniuolenitam, *m. 1 corr.* boniuolentia in *R* beneuolentia in $B^2$ dum] cum $M^1$ considero, *m. 2* considerem $B^2$ 7 ne *om.* $PP^1$ 8 suffecere *R* sufficete *C* sufficerer $M^1$ autem *s. u. m. 1 C* mei *P* 9 credere $MM^1$ 10 possum, *ras.* possim *R* possim *M* nouerum (*sic!*), *m. 2* nouero *R* hostium *G* 11 ueneratione, *corr.* uenerationi $B^2$ caelesti *R* grāe *P* patefecit, *m. 2* praefecit $B^2$ praefecit *R*

fecit, paratam esse mentem tuam sanctam, quam possidet Christus, non solum cunctis uolentibus pandere, uerum etiam nolentibus, ut introire non pigeat, persuadere, occupationi reuerentiae tuae multiloquio superfluo moram non faciam, sed desiderium obsecrationis meae breuiter indicabo.

2 Nonnullos in clero huiusce etiam amplissimae ciuitatis esse inperitos ex me ipso conicio et, quantum uniuerso illi ordini profuturum sit, quod expeto, considerationi sanctitatis tuae discutiendum offero. priuilegium namque cunctorum, qui hoc de spiritalibus tuis laboribus promerentur, etiam me indignum consecuturum esse praesumo, domine merito uenerabilis et uere beatissime pater. precor igitur pietatem tuam, ut, ex quo Christiana religio hereditatis promissae nomen accepit, quae haereses fuerint, sint, quos errores intulerint, inferant, quid aduersus catholicam ecclesiam senserint, sentiant de fide, de trinitate, de baptismo, de paenitentia, de homine Christo, de deo Christo, de resurrectione, de nouo et ueteri testamento et omnia omnino, quibus a ueritate dissentiunt, quae etiam baptismum habeant quaeue non habeant et post quam baptizet nec tamen rebaptizet ecclesia, qualiter suscipiat uenientes et

1 paratamque $M^1$ para $M$ sanctam] semper $M$ 2 panderē $P$ 3 persuadere *bis* $B$ occupationis (s *exp. uid.*) $V$ 5 desideriom secrationis, *m. 2* desiderium obsecrationis $R$ *meae (m *in ras. m. ut uid. 1*) $P^1$ 6 nonnullos | sinclero (*post.* s *m. 1 exp.*) $C$ huius $P$ huiuscemodi $M^1$ cuiusque $RG$ ciuitates, *corr.* ciuitatis $B^2$ 7 imperito $M^1$ ex ipso, *m. 1 corr.* ex me ipso $V$ 8 expecto $PMB^2M^1$ expec**to $R$ exspecto $BVB^1P^1$ considerationis tuae (*om.* sanctitatis) $M^1$ 9 priuilegio $BRCPB^1P^1GM^1$ *l r m* 10 tuis *om.* $P$ merentur $M$ me ** (*fuit* et) $R$ 11 consecutorum $R$ domino $M$ merito *om.* $M^1$ merito—beatissime *om.* $BB^1$ (*spatio post* pater *relicto*) 12 uere *om.* $M^1$ beatitudinem $RMG$ *l r m; cf. p. 451, 3* 13 accipit $VC$ 14 heresis $M$ fuerint (int *ex corr. m. ut uid. 1*) $M^1$ erroresint (t *eras.*) tulerint $C$ 15 aduersum $R$ ecclesiam catholicam $BB^1MM^1$ santiant $B$ de fide de trinitate *om.* $G$ 17 uetere $R$ *l r m* 18 omnino] omnium $M^1$ 19 post quam] postquam $R$ post quos $BB^1$ post quas $CPP^1$ *l r m* post $M$ baptizent $G$ 20 rebaptizat $P$ suscipiet $P$

quid singulis lege, auctoritate atque ratione respondeat, digneris exponere.

3 Nec me tantae tua beatitudo credat ineptiae, ut non inspiciam, quantis et quam ingentibus uoluminibus opus sit, ut possint ista dissolui. uerum hoc ego fieri non expeto; id enim multipliciter factum esse non dubito; sed breuiter, perstricte atque summatim et opiniones rogo cuiuslibet haeresis poni et, quid contra teneat ecclesia catholica, quantum instructioni satis est, subdi, ut uelut quodam ex omnibus concepto commonitorio, si quis aliquam obiectionem aut conuictionem uberius, plenius ac planius nosse uoluerit, ad opulenta et magnifica uolumina transmittatur, quibus a diuersis et praecipue a ueneratione tua in hoc ipso constat elaboratum. sufficiet autem admonitio talis, ut puto, doctis et inperitis, otiosis et occupatis et ad cuiuslibet gradus ministerium ecclesiae undecumque promotis, dum et ille, qui multa legit, eadem breuiter recordatur et compendio ignarus instruitur, ut nouerit, quid

1 qui *P* ||**singulis *R* 3 nec] ne $M^1$ beatitudo tua $BRCPB^1MP^1G$ *l r m* inspiciem, *m. 1 corr.* inspiciam *R* 4 opus sit ut *om.* $BB^1$ opus sit] oppossit *P* ut possint *om.*, *m. 2 add.* ut possit *R* 5 ista] ita *R* fieri ego *RP* fieri (*om.* ego) $MB^2$ expeto, *m. 2* expecto *G* expecto $RMB^2P^1M^1$ exspecto $BVCB^1$ 6 perstricte] et stricte *R* prestrictae $P^1$ et praestrictim *M* 7 summatum, *ras.* summatim *R* opinionis *M* exponi *C m; cf. u. 9 ad* concepto 8 quod, *m. 1 corr.* quid $P^1$ teneat* (*fuisse uid.* e) *R* teneant (n *post* a *del.*) $B^2$ instructionis $B^2$ 9 ut *om.* *R* ut, *m. 3* et *V* et *M* utq (q *del.*) $M^1$ uelut (e *s. u. m. 1*) *C* ueluti $B^2M^1$ quoddam *RM* ex *om.* $P^1$ concepto *super* con *m. 1 add.* ex, *quod utrum huc pertineat an ad* poni, *quod est in superiore uersiculo, discerni nequit V* 10 conuinctionem *PM* coniunctionem $M^1$ uberibus (b *post* i *exp.*) *M* 11 ac] hac *P* 12 quibus diuersis $RB^2$ quibus aduersis *P* 13 a *om.* *R* (*m. 1 ? add.*) *M* ac $M^1$ uenerationi tue, *m. 1 corr.* ueneratione tua $M^1$ in hoc ipso *om.* $M^1$ in hoc ipsum $CPB^2$ (*om. et supra add.*) $P^1G\,m$ in hoc ipsud $BB^1$ constat laboratum *R* constat te laboratum *P* constante laboratum $P^1$ sufficiet (e *del.*) $B^2$ sufficit *RMG* sufficiat $PP^1$ 14 autem] enim *G* ut puto ammonitio talis *G* 15 cuilibet $M^1$ gradum $RM^1$ ministeriorum *V* ministerii $BB^1$ ministrorum *M* 16 et *om.* $BB^1B^2$ (*supra add.*)

teneat, quid euitet, quid auersetur, ne faciat, quid, ut faciat, adsequatur. fortassis autem, si tamen, quod arbitror, uerum est, etiam aduersus calumniantium malignas mentes et dolosa labia opus hoc paruum inter cetera magnifica testimonio coronae tuae non deerit, ut, quibus patet campus calumniandi profusior, ualidis et ex omni parte conclusis fidei limitibus coartati omnibusque ueritatis telorum generibus circumacti etiam uno multiformi iaculo repente prostrati morticinos spiritus non audeant anhelare.

4 Video, quam onerosus existam meliora cogitanti et disponenti maiora sancto seni et querelas corporis sustinenti. sed per Christum dominum rogo, qui te participem sapientiae suae sine inuidia esse concessit, ut hanc gratiam dones indoctis ecclesiae, qui te agnoscis sapientibus atque insipientibus debitorem merito ac iure dicturus: Videte, quoniam non mihi soli laboraui sed omnibus exquirentibus ueritatem. potui adhuc offerre supplices ac multiplices preces et

3 Ps. 11, 3—4; 16, 1; 30, 19 14 Rom. 1, 14 15 Eccli. 24, 47; 33, 18

1 teneat] petat *M* quid ebitet *R* (*m. 2* quid deuitet) *M* quid deuitet $CPP^1$ auersetur, *corr.* aduersetur $B^2$ ne faciat] ne fiat *M* qui ut, *corr.* quid ut $B^2$ 2 exsequatur *G* 3 etiam *om.* $BB^1$ aduersum $B^2$ dolosa labia] dolorabilia *P* 4 parum $P^1$ parbum *M* magnifica, *m. 2 supra* mirifica $B^2$ mirifica $BRCPB^1MP^1G$ *l r m; cf. p. 444, 11* testimonia *M* 5 profusius *M* 6 ualidis *bis M* et *om.* $M^1$ sed *G* coartari *B* coartatio $CPP^1$ 7 circumacti *om.* $BCPB^1B^2$ (*supra add.*) $P^1$ circumacti, *m. 1 corr.* circumamicti *V* etiam] et $BCPB^1B^2P^1$ uni $CPP^1$ 8 multifarie (multi *s. u.*) *M* prostati $BP^1$ morticinus *M* morticini $M^1$ 9 audiant *P* audeat *C* (*m. ut uid. 1 corr.* audeant) *M* hanelare *B* 10 honerosus *V* (h *del.*) *R* (h *eras.*) $MP^1$ honorosus *P* maiora disponenti $M^1$ disponendi *P* 11 sancto seni] scs enim *P* scos enim $P^1$ et querelas corporis sustinenti sed per Christum dominum] ideoque per illum $CPP^1$ sustinente, *m. 1 (?) corr.* sustinenti *R* 12 dominum christum $M^1$ particem, *m. 2* participem *R* sapientiae suae participem $CPP^1$ 13 sine *bis M* dones indoctis dones ecclesiae *R* 14 cognoscit *P* atque] et *M* 15 hac *V* (h *del.*) *PM* quia $BCPB^1B^2P^1M^1$ michi non $M^1$ 17 adferre, *m. 1 supra add.* offerre *V* afferre $BM^1$ (a *in ras. m. fortasse 1*) affere $CP^1$ auferre *P* ac] et $BRCPB^1B^2P^1GM^1$ *l r m*

mecum inperitorum classes adsciscere, sed malui iam gaudere dictantem quam adhuc occupare legentem.

## CCXXII.

### DILECTISSIMO FILIO ET CONDIACONO QUODVULTDEO AUGUSTINUS.

1 Acceptis litteris caritatis tuae, ubi a me ardentissimo studio postulasti, ut de omnibus haeresibus, quae post domini saluatoris aduentum aduersus eius doctrinam pullulauerunt, aliquid breuiter scriberem, quam sit hoc difficile, continuo reperta occasione rescripsi per filium meum Hipponiensium primarium Philocalum. mox autem etiam ista oblata est, qua nunc rescribo et breuiter difficultatem operis eius ostendo.
2 Philastrius quidam, Brixensis episcopus, quem cum sancto Ambrosio Mediolani etiam ipse uidi, scripsit hinc librum nec illas haereses praetermittens, quae in populo Iudaeo fuerunt

1 imperatorum *R* inpeditorum *M* classis *M* classe sascis cere *P* iam gaudere] congaudere *G* iam audire *m; cf. ep. CLXXVII p. 673, 13* 2 dictantem, *m. 1 corr.* dictitantem *V*

*Idem codices, qui in ep. CCXXI.*

*Inscriptionem om. R* 4 domino dilectissimo filio $MB^2$ domino dilectissimo (*om.* filio) *G* quod uult dš *V* 5 augustinus episcopus $BCPB^1P^1\,l\,r\,m$ augustinus episcopus in domino salutem $M^1$ 6 a *om.* $VB^2$ a me *om. R* 7 postulasti *om. V* 8 eius] &us, *in marg. m. 2* ei *C* doctrinam] doceri nam *P* aliquod *P* ut aliquid (ut *del.*) $B^2$ 10 ipponensium *V* hipponensium $B^2\,l\,r\,m$ ippongensium *M* 11 philolalum, *m. 1 corr.* philocalum *C* autem *om. R* (*m. 1 add.*) $M^1$ ista oblata est etiam *G* etiam ista ablata (*sic!*) est *M* etiam ista occasio oblata est $M^1$ quam *V* (*m. 3* ad quam) $GM^1$ 12 nunc] non *R* rescripto *R* rescribso $P^1$ scribo $BB^1$ 13 filiastrius $M^1$ quidem *R* brixsensis *M* brixensis, *m. 2* brixiensis *C* brixiensis $B^2M^1\,l\,r\,m$ episcopus//// (*fuitne* us?) *R* quae *P* 14 mediolanii $BB^1$ uidi (*postr. l. in ras. m. ut uid. 1*) $P^1$ hinc, *m. 2* hunc *R* hunc $M^1$ ne, *m. 1 corr.* nec $P^1$ 15 iudaeorum $PM^1$ iudaico *G* fuerant $B^2M^1$

ante domini aduentum, easque XX et VIII commemorauit et post domini aduentum CXX et VIII. scripsit hinc etiam Graece episcopus Cyprius Epiphanius in doctrina catholicae fidei laudabiliter diffamatus. sed et ipse utriusque temporis haereses colligens LXXX complexus est. cum ergo ambo id uellent facere, quod a me petis, quantum tamen inter se differant, de numero interim sectarum uides. quod utique non euenisset, nisi aliud uni eorum uideretur esse haeresis et aliud alteri. neque enim putandum est aliquas ignorasse Epiphanium, quas nouerat Philastrius, cum Epiphanius longe Philastrio doctior eminuerit, ita ut Philastrium potius dicere debeamus latuisse plurimas, si tam plures esset ille complexus et iste pauciores. sed procul dubio in ea quaestione, ubi disceptatur, quid sit haeresis, non idem uidebatur ambobus. et re uera hoc omnino

1 aduentum domini *l r m* aduentu *B* XX et octo *B* uiginti et octo *RG* uiginti octo $CPB^1B^2P^1M^1$ *m* XXVIII *l* XXIIX *r* commemorauit—VIII *om.* $M^1$ commemorabit *M* et post—VIII *om., m. 2 add.* et post domini aduentum centum uiginti octo $B^2$ 2 centum uiginti et octo *G* CXXVIII $CPMP^1$ *l* centum uiginti octo $BRB^1B^2$ (*m. 2*) *m* CXXIIX *r* etiam hinc $BCPB^1P^1G$ hunc etiam *M* grecę, *m. 2* ł grecie *C* graeciae *M* graetiae $M^1$ 3 cyprios $B^2$ cyprus $BCPP^1$ in doctrinam $BB^1$ in doctrine *M* 4 laudabiter, *m. ut uid. 2 corr.* laudabiliter *C* et *om.* $BCPB^1B^2P^1GM^1$ *l r m* 5 octoginta $BRB^1B^2GM^1$ *m* XXC *r* id* (*fuit* ẽ) *R* uellent *ex* uellint *C* 6 ad me (d *exp.*) *M* petes, *m. 1 corr.* petis *R* inter se *om.* $M^1$ different $P^1$ 7 interim] inter se $M^1$ uenisset *M* 8 uidetur, *m. 2* uideretur $B^2$ 9 neque] denique *RM* imputandum $BB^1M^1$ quas nouerat Philastrius *om.* $CPP^1$ 10 filiastrius $M^1$ cum epiphanium $B^1MB^2$ (*om., m. 2 add.*) $GM^1$ *l r m* ·cum ephifanium *B* cum eum $CPP^1$ philastrio longe $BCPB^1P^1$ filiastrio longe $M^1$ Philastrio *om., m. 2 add.* filastrio $B^2$ doctiorem inuenerit *R* doctiorem inuenerim $MB^2$ (doctiorem *ex* doctorem) $M^1$ doctiorem inuenerimus $CP^1G$ *l r m* doctiorem inueniremus $BPB^1$ 11 filiastrium $M^1$ potius *om.* $BPP^1$ debemus *R* deberemus $BCPB^1P^1GM^1$ *l r m* 12 si tam] saltim *P* si tamen *G* esset et ille *V* (et *del.*) $B^2$ et iste—quaestione *om. P* ipse *M* pauciores** (*fuitne* es?) *R* 13 disceptator, *m. 1 corr.* disceptatur *R* disceptatus *M* discepturus *P* 14 et* $P^1$ oma *P* omni $P^1$ omni modo *G*

definire difficile est et ideo cauendum, cum omnes in numerum redigere conamur, ne praetermittamus aliquas, quamuis haereses sint, aut adnumeremus aliquas, cum haereses non sint. uide ergo, ne forte librum sancti Epiphanii tibi mittere debeam; ipsum enim arbitror Philastrio doctius hinc locutum. qui possit apud Carthaginem in Latinam linguam uerti facilius atque commodius, ut tu potius praestes nobis, quod quaeris a nobis.

3 Perlatorem multum commendo. subdiaconus est de nostra dioecesi, de fundo autem uiri spectabilis nobisque carissimi Oronti. pro illo autem et pro eius patre, a quo adoptatus est, etiam ad ipsum scripsi. quas litteras cum legerit Christiana benignitas tua, peto, ut eas apud memoratum uirum tua intercessione adiuuare digneris. misi autem cum illo etiam hominem ecclesiae, ne ad tuam sanctitatem difficilis ei esset accessus; non enim parum de illo sollicitus sum, a qua me sollicitudine dominus, ut spero, per tuae caritatis instantiam liberabit. peto etiam mihi rescribere non graueris, quem ad modum sit in fide catholica ille Theodosius. per quem Manichaei nonnulli sunt proditi, et ipsi, quos ab eo proditos putamus

1 diffinire *R* (*m. 1 corr.* definire) $M^1$ est—in numerum *om., m. 2 add. R* in numero $CPP^1$ in numerum in (*post.* in *m. 1 del.*) *G* 2 *pro* quamuis *ras. 2 l.; in marg. m. ut uid. 1* quamuis $P^1$ quantouis *G* heres**sent (*m. 1 corr.* sint; *in ras. fuit* es) *R* hereses//////sint (*ras. 2—3 l.*) $P^1$ 3 aut—sint *om. R* innumeremus $P^1$ non *om. P* 4 epiphani *R* (*m. 1 corr.* epiphanii) *C* (*m. ut uid. 2* epiphanii) $B^1P^1$ ephifani *B* debeamus $B^2$ 5 filastrio, *m. 2* filasterio *V* filiastrio $M^1$ 6 possit, *m. 2* possint $M^1$ in *om.* $PP^1$ 7 atque commodius] accommodius (*super* ac *add.* atque) $B^2$ tu *om. R* quaeres, *corr.* quaeris $B^2$ 9 perlatarem, *m. 1 corr.* perlatorem $M^1$ multa, *m. 1 (?) corr.* multum *R* est] est enim $CPP^1$ 10 uiri—autem *om. M* uir* (*fuitne* o*? m. 2* uiri) *C* uir $M^1$ carissime $M^1$ 11 oroonti, *m. 2* orontii *V* orontii *G l r m* horati *C* (*m. ut uid. 1 corr.* honorati) $P^1$ honorati *P* ipso *R* patri, *corr.* patre $B^2$ 15 ne a tuam *P* esset ei *R* 17 dominus sollicitudine *M* per tuae] perpetuae $P^1$ perpetue $M^1$ 18 liberauit *RM* mihi nescribere *R* grauaris, *m. 2* graueris *C* negaueris *P* 19 sint *R* 20 ipsos $BB^1$

esse correctos. si quid etiam de profectione sanctorum episcoporum fortassis audisti, fac, ut nouerim. deo uiuas.

## CCXXIII.

DOMINO MERITO VENERABILI AC VERE BEATISSIMO SANCTO PATRI AUGUSTINO QUODVULTDEUS DIACONUS.

1 Unum quidem reuerentiae tuae commonitorium, quod per ecclesiasticum dignatus es destinare, suscepi; nam quod prius directum esse beatitudo tua significauit per uirum honorabilem Philocalum, necdum ad me peruenit. uerum quamuis conscius propriorum semper fuerim peccatorum, nunc tamen euidenter agnoui adipiscendo illi, quod exoraui, muneri meam toti ecclesiae impedimento esse personam. sed omnino confido, quoniam, qui per unici sui gratiam humani generis dignatus est delere facinora, nec mea in perniciem cunctorum praeualere permittet potiusque, ubi abundauit peccatum, gratiam faciet

15 Rom. 5, 20

1 correptos $VPB^2$ si quid—uiuas *om.* *RG* 2 fortasse, *corr.* fortassis *M* forte *l r m* audistis $BCB^1P^1$ audiuisti *l r m* deo uiuas *om.* $BVB^1B^2$

*Idem codices, qui in ep. CCXXI et CCXXII, praeter R.*

4 hac *P* uere *om.* $BCPB^1MP^1GM^1$ *l r m* sacro *CM m* 5 Augustino] augustino episcopo $BB^1G$ *l r m* augustino diacono $M^1$ diaconus *om.* $M^1$ 6 communitorium *V* (*m. 1 corr.* communiturium) $M^1$ commonitorum *C* (*m. 2* commonitorium) *P* 7 destinare dignatus es $PP^1M^1$ destinare dignatos (*m. fortasse 1 corr.* dignatus) *C* destinare dignatus es portitorem $BB^1$ dare dignatus es *G* suscipi *P* 8 signauit, *m. 1 corr.* significauit *G* per honorabilem uirum *G* per uirum uenerabilem $BB^1$ 10 priorum *G l r* hunc *P* uidenter $M^1$ 11 adipiscendo illi] aspiciendo ad id *G* quod *om.* $M^1$ exoraui *in ras. m. 1* $M^1$ muneris *G* merui $M^1$ meam *om.* $VB^2$ totae $BB^1$ tote $M^1$ totius *G* 12 eccła *P* impedimentum $M^1$ et $BCPB^1MP^1M^1$ omnmo (*sic!*), *m. 2* omnino *C* 13 dignatos, *m. fortasse 1 corr.* dignatus *C* 14 meā *VP* perniciȩ $M^1$ 15 permittet peccata potiusque *M* habundabit *P*

redundare, domine merito uenerabilis ac uere beatissime sancte pater. difficultatem operis, quod instruendis inperitissimis nobis praestari per tuam beneficientiam suppliciter exoraui, nec ipse ignorans ante praedixi; sed de diuini fontis ubertate, quam tibi dominus tribuit, ueraci corde praesumpsi.

2 Nam etsi Philastrius et Epiphanius, uenerandi episcopi, tale aliquid scripsisse monstrantur, quod procul dubio me inter cetera, immo sicut omnia latet, non tamen arbitror eos hanc curam diligentiamque seruasse, ut singulis quibusque opinionibus contrarias etiam responsiones adiungerent ritusque subicerent; tunc deinde opus illud utriusque, qualecumque sit, non habet fortassis eam, quam desidero, breuitatem. frustra etiam homini, qui Latine non didici, Graeca facundia delegatur, quia non ego tantum modo consilium sed et auxilium postulaui. quid autem uenerationem tuam de interpretum non solum difficultate sed etiam obscuritate commoneam, cum ipse hoc magis ac plene diiudices? accedit ad causam, quod nonnullae etiam ab illorum

1 hac *P* uere *om.* *G l r m* sancte *om.* *l r m* et sancte *G* 2 quod instruendis *om.* $M^1$ 3 praestari *om.* $B^1B^2G$ praestare $MM^1$ per tuam beneficentiam praestari *l r m* per tuam] perpetuam $CPMP^1$ perpetuo $M^1$ beneficentiam *M l r m* benefidentia $M^1$ sublimiter *G* 4 praedixi sed] praedixisse $M^1$ de *om.* *P* ubertatem $PB^2$ (m *del.*) 6 etsi] et *G* uenerabiles *G* tale] si tale *G* 7 aliquid] inquid *P* descripsisse *V* monstratur $MM^1$ memorantur, *in marg. m. 1* monstrantur *G* memorantur *l r m* quod *om.* *VG* 8 latent *G* non] nam *P* 9 diligentiamque ** (de *eras.*) *C* diligentia *G* seruasse—quibusque *om.* $CPP^1$ seruare $BB^1M^1$ adhibuisse *l r m* 10 responsionis *M* opiniones *G l r m* adiungant irritasque *G* subiecerunt $M^1$ 11 tum deinde $BCB^1P^1$ tum denique *G l r m* illuc *P* 12 fortasses $B^2$ ueritatem *G* 13 latina *G l r m* didicit $CPMP^1G$ *l r m* deligatur $BB^1$ diligatur $VB^2$ quod *V* 14 et *om.* $VB^2$ 15 non solum de interpretum $BCPB^1MP^1$ non solum interpretum (*om.* de) $M^1$ difficultatē sed etiam obscuritatē *P* 16 ammoneo *G* admoneam *l r m* ipsa $BCPP^1M^1$ hoc magis ac plane $BB^1P^1$ hoc magis hac plane *P* hoc plene | hoc ac magis, *m. 1 corr.* hoc magis ac plene *G* hoc plene ac magis $M^1$ 17 diiudicet $CPB^1P^1$ diudicet *B* disiudicet $M^1$ accedat, *corr.* accedit $B^2$ nulle $M^1$ etiam *om.* $CPP^1$ post illorum obitum $BCPB^1MP^1M^1$ *l r m* post illorum mortem *G*

obitu haereses emersisse doceantur, quarum nullam illi fecerint mentionem.

3 Quas ob res ad peculiare patrocinium pietatis tuae confugio et uoce mea sed uniuersali desiderio paratum ad misericordiam sacrosanctum pietatis pectus appello. sequestratis saporibus peregrinis considerato textu prioris epistulae panem Afrum, quem nostra prouincia solet habere praecipuum caelesti etiam manna conditum, sero pulsanti sed famem patienti non deneges; profecto enim nec ego pulsare cessabo, donec ipse concedas, ut, quod non impetrat priuilegium, quod nullum est, meritorum, saltem indefessa importunitas mereatur.

## CCXXIV.

DOMINO SINCERITER DILECTISSIMO FRATRI ET CONDIACONO QUODVULTDEO AUGUSTINUS.

1 Cum mihi haec scribendi offerretur occasio per Fussalensem presbyterum, quem commendo caritati tuae, recensui epistulam

1 haeresem, *corr.* hacreses $B^2$ nc hereses $M^1$ mersisse $M^1$ quorum *G* illi *om.* $M^1$ /////illi (*pr.* i *m. 2; fuitne* nulli ?) *C* 3 quas ob res. *corr.* quam ob rem $B^2$ quam ob rem *CPG l r m* ad] ac *V* peculiarem $BB^1M^1$ patrocinium pietatis confugio (*om.* tuae) *V* pietatis tuae confugio patrocinium $BB^1$ 4 uocem ea $M^1$ sed *om.* *MG* uniuersalis desiderio *P* uniuersale desiderium *G* ad miscricordia $PP^1$ ad misericordiam tuum *B* ad misericordiam tuam $B^1$ 5 pietatis *om.* $M^1$ sequestratibus $M^1$ soporibus $PP^1$ 6 texto $PB^2M^1$ 7 quem] quod *G* 8 sed] et $BB^1G\,l\,r\,m$ fame *M* non] ne $PP^1$ denegis $BB^1$ 9 profecto—cessabo *om.* $VB^2$ enim *om.* *M* concidas *V* 10 ut] et $BB^1$ impetrat, *m. 1 corr.* impetras, *postea restitutum* impetrat *C* inperas *P* quod] quia $BCPB^1B^2P^1M^1$ ubi *l r m* meritum $MB^2\,l\,r\,m$ 11 salutem $B^2M^1$ indefessam $PB^2$ indefensa *B*

*Idem codices, qui in ep. CCXXI—CCXXIII, praeter R; in G deest extrema pars a p. 453, 6* et plurimas.

13 diacono *G* 14 Quoduultdeo *om.* $M^1$ quoduultdeus $BVB^1$ augustinus in domino salute $BB^1$ augustinus in domino salutem $CPP^1$ augustinus episcopus *MG l r m* augustinns episcopus in domino salutem $M^1$ 15 scribendi haec $BB^1$ hac scribendi *P* haec scribendo (*antiqua m. corr.* scribendi) *C* offeretur $VPB^2$ (*corr.* offerretur) 16 relegi *G l r*

tuam, in qua petis, ut de haeresibus, quae oriri potuerunt, ex quo domini in carne adnuntiari coepit aduentus, aliquid scriberem. hoc autem feci, ut uiderem, utrum iam deberem opus ipsum adgredi et inde tibi aliquid mittere, ubi considerares tanto esse difficilius, quanto uis effici breuius. sed ne hoc quidem potui talibus curis superuenientibus impeditus, a quibus omnino dissimulare non possem; nam me et ab eo, quod habebam in manibus, auerterunt.

2 Hoc autem est, ubi respondeo libris Iuliani, quos octo edidit post illos quattuor, quibus ante respondi. hoc enim cum Romae accepisset frater Alypius, nondum omnes descripserat, cum oblatam occasionem noluit praeterire, per quam mihi quinque transmisit promittens alios tres cito esse missurum et multum instans, ne respondere differrem. cuius instantia coactus sum remissius agere, quod agebam, ut operi utrique non deessem uni diebus alteri noctibus, quantum mihi ab aliis occupationibus hinc atque inde uenire non desistentibus parceretur. agebam uero rem plurimum necessariam; nam retractabam opuscula mea et, si quid in eis me offenderet

1 in quâ *P* de *om.* *V* orire *P* potuerint *M* 2 domini] dñ $M^1$ annuntiare $M^1$ aduentari $VB^2$ nuntiari *G l r m* 3 ut *om.* *M* iam opus ipsum aggredi et inde aliquid mittere deberem (*om.* tibi) *G* 4 mitterem $VB^2$ dicere mittere (dicere *del.*) $M^1$ considerans *G* 5 effici] esse *G* ne] nec *P* 6 talibus] alibi *M* curis *bis* *P* 7 hab eo (h *del.*) *V* 8 habeam $PP^1M^1$ (*m. 1 corr.* habebam) euerterunt $M^1$ 9 ualentiniani $M^1$ VIII *V* 10 IIII *V* hoc, *super* c *m. 1 add.* s *V* hos $BCB^1MGM^1$ *l r m* 11 accipisset *V* hylippius *P* descripserant (n *m. 2 exp.*) *C* 12 oblata occasione $BCPB^1P^1GM^1$ praetermittere *V* 13 quinque *om.* *G* V. *V* transmisit uni promittens *G* alias *C* alio *M* esse] se esse $B^1MM^1$ *l r m* 14 monens *G* ne *om.* *M* differem, *recentiore m.* differrem *C* instantiam $PB^2$ (m *del.*) $P^1M^1$ 15 agerem *P* semper agere *G l r* quod] quam $CPP^1$ utroque *G* 16 non *om.*, *m. 2 add.* *C* deesse *P* cessem *G* alteri] alter in (n *m. 2 exp.*) *C* quantum—occupationibus *om.* $M^1$ quando $CB^2$ *l r m* ab *om.* $CPMP^1$ 17 alienis *M* inde] hinc $BCPB^1MP^1GM^1$ *l r m* 18 habebam *G* 19 tractabam *B* in eis offenderem $B^2$

uel alios posset offendere, partim reprehendendo partim defendendo, quod legi posset et deberet, operabar. et duo iam uolumina absolueram retractatis omnibus libris meis, quorum numerum nesciebam eosque CCXXX et duos esse cognoui; restabant epistulae, deinde tractatus populares, quas Graeci homilias uocant. et plurimas iam epistularum legeram, sed adhuc nihil inde dictaueram, cum me etiam isti Iuliani libri occupare coeperunt, quorum nunc quarto respondere iam coepi. quando ergo id explicauero quintoque respondero, si tres non superuenerint, dispono, si dominus uoluerit, et, quod poscis, incipere simul agens utrumque et hoc scilicet et illud de retractatione opusculorum meorum nocturnis et diurnis temporibus in singula distributis.

3 Hoc ideo insinuo sanctitati tuae, ut, quantum tibi desiderium est sumendi, quod poscis, tanto flagrantius a domino mihi poscas adiutorium, quo seruiam laudabili studio tuo atque utilitati eorum, quibus id existimas profuturum, domine sin-

1 uel—offendere *om.* *G* alios posset (*corr.* possit) offendere $B^2$ alios possit (*m. 1 corr.* posset) offendere $M^1$ alios posse et offendere *P* alius offendi (*om.* posset) $BB^1$ alios offendere posset *M l r m* partim reprehendo partim defendo *PG* 2 deberet et posset *l r m* II. *V* iam *om.* $B^1$ uolumina iam *l r m* 3 retractis $B^2M^1$ quorum non est (est *eras.*) numerum nesciebam $M^1$ 4 CCXXX et II *B* CXXX et duos $PP^1$ (*m. 1 corr.* CCXXX et duos) ducentos triginta et duos $B^1B^2G$ ducentos XXXII *M* ducentos et triginta duos $M^1$ CCXXXII *C l r* ducentos triginta duos *m* 5 quos $BCPB^1MP^1$ *l r m* 6 homelias $VPGM^1$ omelias $BCB^1MB^2P^1$ et plurimas—*454, 6* deo uiuas *om.* *G* iam *om.* $VB^2$ legebam $BCPB^1P^1$ 7 adhac *P* 8 coeperant *V l r m* ceperint *M* IIII *V* responderē *P* respondercs pondei (s pondei *m. 2 exp.*) *C* iam *om.* *V l r m* 9 id ergo $M^1$ quantoque *B* quartoque $PP^1$ quandoque $B^1$ 10 deus *l r m* et *om.* $BB^1$ possis *C* (*med.* s *in ras., fortasse ex* c) $PB^2$ (*corr.* poscis) 11 de tractatione $B^2$ 12 meorum] et eorum $M^1$ et diurnis *om., m. 2 add.* *C* et diuturnis $M^1$ 14 insinuaui $BCPB^1P^1M^1$ *l r m* uestrae, *antiqua m. supra add.* tuac *C* 15 quo, *m. 2* quod *C* possis (*med.* s *in ras., fortasse ex* c) *C* tanta *P* fraglantius $VM^1$ flaglantius, *corr.* fraglantius *M* 16 quos *P* tuo *om.* $B^2$ 17 id aestimas $BB^1$ existimas id *M*

ceriter dilectissime frater. commendo iterum perlatorem et negotium, propter quod eo perrexit. cum cognoueris, apud quem agendum sit, peto, ne pigeat adiuuare; non enim possumus necessitates hominum eius modi deserere, qui nostri non coloni sed, quod maius est, fratres sunt et in caritate Christi ad curam pertinent nostram. deo uiuas.

## CCXXV.

### DOMINO BEATISSIMO PAPAE INEFFABILITER MIRABILI INCOMPARABILITER HONORANDO PRAESTANTISSIMO PATRONO AUGUSTINO PROSPER.

1 Ignotus quidem tibi facie sed iam aliquatenus, si reminiscaris, animo ac sermone compertus — nam per sanctum

1 commendo] comen $M^1$ perlatorum $PP^1$ perlaturum, *antiqua m. corr.* perlaturem (*sic!*) *C* 2 cum] si $B^2$ *l r m* 4 eius modi *om.* $M^1$ eius (*om.* modi) *V* eorum $BB^1MB^2$ 5 non coloni] concoloni $BB^1$ non colonis $M^1$ sunt *om.* $M^1$ in caritatem $BPB^1B^2$ (m *del.*) $M^1$ 6 nostra *M* deo uiuas *om.* $B^2$ deo uiuas amen $M^1$

*L* = *cod. Lugdunensis 608 (524) s. VIII; haud pauca foliis humore corruptis euanuerunt.*
*P* = *cod. Parisinus 9544 s. IX.*
$P^1$ = *cod. Parisinus 2095 s. IX.*
$P^2$ = *cod. Parisinus 12210 s. X.*
$P^3$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1449 s. X—XI.*
*B* = *cod. Bernensis 176 s. XI—XII.*
$P^4$ = *cod. Parisinus 2103 s. XII.*
*T* = *cod. Trecensis 69 s. XII.*
$T^1$ = *cod. Trecensis 5 s. XII—XIII.*

*Epistulae CCXXV et CCXXVI ex initio libri de praedestinatione sanctorum in epistularum corpus translatae sunt a Reinharto.*

8—p. 455, 3 *folio putrefacto et perforato multa euanuerunt; restant* Domino beati—papa—rando pre—mo patr—quidem tibi f—aliqua—ac sermone compertus—leonti—diaconum mihi (*sic!*) epistulas et—tuę scribere audeo. non solum salu—ut tunc *etc. L* 8 beatissimo papae (o *et* ae *ex corr. m. 2*) $P^1$ ineffabiliter mirabili *m. 2 ex* ineffabili $P^1$ 9 patrono] patri nro $P^3$ 11 ignotos, *m. 2* ignotus *P* ignotus (s *m. 2; fuitne* m *?*) $P^1$ 12 animo (o *m. 2; ex* e *?*) $P^1$ compaer|ratus, *m. ut uid. 1 corr.* comper|tus $P^2$ sanctum *om.* $P^3$

fratrem meum Leontium diaconum misi epistulas et recepi — nunc quoque beatitudini tuae scribere audeo non solum salutationis ut tunc studio sed etiam fidei, qua ecclesia uiuit, affectu. excubante enim pro uniuersis membris corporis Christi uigilantissima industria tua et aduersus haereticarum doctrinarum insidias ueritatis uirtute pugnante nullo modo mihi uerendum putaui, ne onerosus tibi aut importunus essem in eo, quod ad multorum salutem ac perinde ad pietatem tuam pertinet, cum potius reum futurum esse me crederem, si ea, quae ualde perniciosa intellego, ad specialem patronum fidei non referrem.

2 Multi ergo seruorum Christi, qui in Massiliensi urbe consistunt, in sanctitatis tuae scriptis, quae aduersus Pelagianos haereticos condidisti, contrarium putant patrum opinioni et ecclesiastico sensui, quicquid in eis de uocatione electorum secundum dei propositum disputasti. et cum aliquamdiu tarditatem suam culpare maluerint quam non intellecta reprehendere quidamque eorum lucidiorem super hoc atque apertiorem beatitudinis tuae expositionem uoluerint postulare, euenit ex dispositione misericordiae dei, ut, cum quosdam intra Africam similia mouissent, librum de correptione et gratia plenum diuinae auctoritatis emitteres.

4 I Cor. 6, 15; Eph. 5, 30

1 diaconem *B* epistolas, *corr.* epistolam $T^1$ recipi, *m. 2* recepi $P^1$ 2 beatitudini (*postr. l. ex corr. m. 2*) $P^1$ beatitudine, *m. ut uid. 1 corr.* beatitudini $P^2$ scribe, *m. 2* scribere $P^1$ 3 quae, *m. 1 corr.* qua $LP^3$ qua* (e *eras.*) $P^2$ 4 effectu, *m. 1 corr.* affectu $P^3$ 5 heredicarum, *m. 2* hereticarum $P^3$ 6 indias, *m. 2* insidias $P^1$ pugnante/// (*ras. 1—2 l.*) $P^1$ 7 uerendum//// (es *fuisse uid.*) *P* onorosus, *m. 2* onerosus *L* honerosus (h *m. ut uid. 1 exp.*) $P^3$ 8 tuam *om.* $P^3$ 9 me esse $P^3$ crederem (erem *in ras. m. fortasse 2*) $P^3$ 10 perniciosa, *m. 2* perniciosa esse $P^1$ perñiciosa esse $PP^2P^4T^1$ *lm* 11 referem, *m. ut uid. 1 corr.* referrem *L* 13 aduersus *postr. l. m. 2 in ras.* (*fuitne* aduersum ?) $P^2$ 15 dei *om., antiqua m. add. L* pro**positum $P^1$ p̃positum *B* 17 maluerent, *m. ut uid. 1 corr.* maluerint $P^3$ quibusdamque *T* 18 lucidioram, *m. 2* lucidiorem $P^2$ positionem ualuerint, *m. 2* expositionem uoluerint $P^1$ 20 ut cũ contra quosdam qui intra (cũ *m. 2 exp.*) $P^3$ 21 correctione *T* correctionem (m *m. 1 expuncto corr.* correptione) $P^2$ gratiam (m *m. 1 exp.*) $P^2$ emitteris, *m. 2* emitteres $P^2$

quo in notitiam nostram insperata opportunitate delato putauimus omnes querelas resistentium sopiendas, quia uniuersis quaestionibus, de quibus consulenda erat sanctitas tua, tam plene illic absoluteque responsum est, quasi hoc specialiter studueris, ut, quae apud nos erant turbata, componeres. recensito autem hoc beatitudinis tuae libro, sicut, qui sanctam atque apostolicam doctrinae tuae auctoritatem antea sequebantur, intellegentiores multo instructioresque sunt facti, ita, qui persuasionis suae impediebantur obscuro, auersiores, quam fuerant, recesserunt. quorum tam abrupta dissensio primum propter ipsos metuenda est, ne tam claris tamque egregiis in omnium uirtutum studio uiris spiritus Pelagianae impietatis inludat, deinde ne simpliciores quique, apud quos horum magna est de probitatis contemplatione reuerentia, hoc tutissimum sibi aestiment, quod audiant eos, quorum auctoritatem sine iudicio sequuntur, adserere.

1 in notitiam (*pr.* t *in ras.* *2—3 l. m. 2*) $P^1$ innocentiam $T^1$ insperatā (*~ detritum*) $P^3$ delato/// *ex* delatu/// $P^2$ delata *B* 2 resistentum *LPP¹B; cf. p. 458, 15; 459, 14* 2—10 *folio putrefacto et perforato multa euanuerunt; restant* querellas resistentum so—quibus cos—enda erat—respon—st quasi ho—pu—at (*sic!*) turbata com—sicut qui sanctam—q—nt—sequaban (*sic!*)—intelleg—ioresque sunt facti ita qui persuasionis—o auersiores quam fuerant recesserunt. quor—a—a dissensio *etc.* *L* 2 sopiendas (o *ex corr. m. ut uid. 1*) $P^3$ 3 tam] quā (q *eraso m. 1 corr.* tuā) $P^3$ 4 illis, *m. 2* illic $P^1$ absolute qu*eres ponsum $P^1$ hoc *om.* $P^3$ 5 studueris *postr. l. in ras.* $P^2$ componeris, *m. 2* componeres $P^2P^3$ recenseto *P* (*m. 2* recensito) $P^1P^2$ (*m. 1 corr.* recensito) $BT^1$ (*m. 2* ł recensito) recenseo, *m. 2* recenseto $P^3$ 6 tuae *om.* $PP^1$ (*m. 2 add.*) *B* 7 suae $T^1$ antea *postr. l. in ras. m. 2* $P^1$ ante *B* manente, *m. 1 corr.* manante $P^3$ 8 ita ut qui *T* 9 persuasiones *B* aduersiores $BTT^1$ aptiores $P^3$ quam] inquam $P^3$ 10 ferant, *m. ut uid. 1 corr.* fuerant $P^2$ abruta $P^1$ (*m. ut uid. 1 corr.* abrupta) *B* 11 ne] ı (*sic!*) *L* 12 ueris, *m. ut uid. 1 corr.* uiris $P^3$ spiritus] studio (*m. 1 exp.*) spiritus $P^2$ 13 deinde *om. codd.; in L m. 1, in P¹ m. 2 add.* quique (qui *in ras. m. 2*) $P^1$ quicque *B* apud nos *B* 14 probitates, *m. 1 corr.* probitatis $P^2$ 15 aestimant, *m. 2* aestiment $P^1$ eos///quorum (*ras. 1—2 l.*) *P*

3 Haec enim ipsorum definitio ac professio est: omnem quidem hominem Adam peccante peccasse et neminem per opera sua sed per dei gratiam regeneratione saluari. uniuersis tamen hominibus propitiationem, quae est in sacramento sanguinis Christi, sinę exceptione esse propositam, ut, quicumque ad fidem et ad baptismum accedere uoluerint, salui esse possint. qui autem credituri sunt quiue in ea fide, quae deinceps per gratiam sit iuuanda, mansuri sunt, praescisse ante mundi constitutionem deum et eos praedestinasse in regnum suum, quos gratis uocatos dignos futuros electione et de hac uita bono fine excessuros esse praeuiderit. ideoque omnem hominem ad credendum et ad operandum diuinis institutionibus admoneri, ut de adprehendenda uita aeterna nemo desperet, cum uoluntariae deuotioni remuneratio sit parata. hoc autem propositum uocationis dei, quo uel ante mundi initium uel in ipsa conditione generis humani eligendorum et reiciendorum dicitur facta discretio, ut,

8 Eph. 1, 4; Matth. 25, 34

1 difinitio, *m. 2* definitio $P^1$ diffinitio *BT* est] sic (*del.*) est $T^1$ 2 pecaante peccasse (*postr. l. m. 2 in ras.; fuitne* peccasset?) $P^3$ 3 regeneratione* (s *eras.?*) $P^1$ 6 et *om.*, *m. 2 add.* $P^2$ ad *om.* $P^3$ possent, *m. 1 corr.* possint $P^1P^3$ 7 sunt, *m. 2* sint *L* *post* quiue *in fine u. ras. 2—3 l.* $P^1$ qui bene $P^3$ per gratiam] gratia *B* 8 adiuuanda $T^1$ sunt, *m. 2* sint *L* praescire, *m. 2* praescisse $P^1$ 9 constitutione $P^3$ praedestinasset $P^3$ 10 uocatus, *m. ut uid. 1 corr.* uocatos $P^3$ ac, *m. 1 corr.* hac $P^1$ 11 excessurus, *m. ut uid. 1 corr.* excessuros $P^3$ esse (*postr. l. in ras.; fuitne* esset?) praeuideret $P^3$ 13 et, *m. 1 corr.* ut $P^4$ disperet $P^3$ 14 deuotione, *m. 1 corr.* deuotioni *B* remuneratione (*postr. 2 l. m. 1 exp.*) $P^2$ ho (c *postea supra add.*) *L* hic, *m. 2* hoc $P^1$ uocationes, *m. 1 corr.* uocationis $P^1$ 15 quod et, *ras. et corr. m. 2* quo uel $P^2$ conditioni, *m. ut uid. 2 corr.* conditione $P^1$ 16 reicendorum, *m. 1 corr.* reiciendorum $P^2$ 16—p. 458, 8 *folio putrefacto et perforato multa euanuerunt; restant* dicitur—cta discretio ut se—reatori alii uasa—lii—et lapsis curam resurg—d—occasionem teporis—eo quod in utra—si neque re—ulla industria—neglegentia possit excidere quoq—posse aliud erga eos quam deus definiu—cursum non posse constantem. Cum si aliud—prędestinantis *etc.* *L*

secundum quod placuit creatori, alii uasa honoris alii uasa contumeliae sint creati, et lapsis curam resurgendi adimere et sanctis occasionem teporis adferre eo, quod in utramque partem superfluus labor sit, si neque reiectus ulla industria possit intrare neque electus ulla neglegentia possit excidere. quoquo enim modo se egerint, non posse aliud erga eos, quam deus definiuit, accidere et sub incerta spe cursum non posse esse constantem, cum, si aliud habeat praedestinantis electio, cassa sit adnitentis intentio. remoueri itaque omnem industriam tollique uirtutes, si dei constitutio humanas praeueniat uoluntates, et sub hoc praedestinationis nomine fatalem quandam induci necessitatem aut diuersarum naturarum dici dominum conditorem, si nemo aliud possit esse, quam factus sit. utque breuius ac plenius, quod opinantur, exponam, quicquid in libro hoc ex contradicentium sensu sanctitas tua sibi opposuit, quicquid etiam in libris contra Iulianum ab ipso sub hac

1 Rom. 9, 18; 21

1 placuit *om.* $P^3$ creaturi $P^3$ **honoris (*fuit* ho) $P^4$ alia, *m. 2* alii $P^1$ 2 sint] s̄ $P^3$ 3 teporis *ras. ex* tĕporis $P^3$ te*poris (m *eras.?*) $P^1$ temporis $BP^4$ in utra*que parte* (*fuisse uid.* m) $P^1$ in utraque partē (*sic!*) *B* in utraque parte $P^2P^3P^4T^1$ *r m* utraque parte *l* 4 superfilius, *m. 2* superfluus $P^1$ 5 neglegentia] industria *sed exp. et in marg. m. 2* neglegentia (*in ras.*) $P^2$ excedere $P^4$ 6 egerit, *m. 2* egerint $P^2$ egerent, *m. 1 corr.* egerint $P^3$ posse (e *in ras.*) $P^3$ alias *ex* alios *m. 2 factum uid.* $P^3$ 7 finiuit, *m. 2* definiuit $P^2$ diffiniuit $P^3$ accidere (i *ex corr. m. 2*) $P^1$ accedere, *m. ut uid. 1 corr.* accidere $P^2P^3$ accedere *B* sub incerta s (*m. 2* spe) //////cursum (*ras. 4—5 l.*) $P^1$ sub incertas p̃ cursum *B* esse *om.* $LP^1$ (*m. 2 add.*) *B* 8 se, *m. ut uid. 1 corr.* si $P^2$ praedestinantes, *m. ut uid. 1 corr.* praedestinantis $P^2$ praedestinatis, *m. fortasse 1 corr.* praedestinantis $P^3$ cessa, *m. 2* cassa $P^3$ 9 annitentes, *m. ut uid. 1 corr.* annitentis $P^2$ adnitentis intentio] adnitentio $P^3$ 10 hamanas, *m. 2* humanas $P^2$ 11 praedestinationes, *m. 1 corr.* praedestinationis $P^1$ quendam *L* (*corr.* quandam) $PP^1$ (*m. 2* quandam) 12 induci* (t *eras.*) $P^3$ dt̃ $P^3$ dn̄m̄ (n *del.*) *L* 13 si nemo] sine (*supra* e *m. 2 add.* c) $P^3$ possi, *m. 2* possit $LP^1$ sit, *m. 2* est $P^1$ est $BP^4T^1$ *l m* utque] atque ut *l r m* 14 ac] aut $T^1$ quod opinantur] hoc *B* 15 contradicentium (co *ex corr. m. 2*) $P^1$ contradicentum *B* 16 iuliano, *m. ut uid. 1 corr.* iulianū $P^3$ ab ipso *in fine u. om.*, *m. 2 add.* $P^2$ ac, *m. 1 corr.* hac *B*

1 perlatori//////s (*ras. 2—3 l.*) $P^1$ perlatori *B* perlatores $P^3$ amisit, *m. 2* admisit *L* 2 conmmonendos $PP^2$ (s *m. ut uid. 1 exp.*) commonendũ, *m. 2* commonendo $P^3$ suggessi* (t *eras.*) $P^3$ est *om.* $P^3$ et, *antiqua m. corr.* est *L* despicere $P^3T$ 4 e*go $P^1P^3$ ergo (r *m. 2 del.*) *L* estimo $P^3$ te] *t, *m. 1 corr.* *te $P^1$ 5 auctorita *B* 6 contentiosa (i *s. u. m. ut uid. 1*) $P^2$ 7 quid, *m. 1 corr.* quod $P^3$ 8 infantes, *m. ut uid. 1 corr.* infactis $P^3$ tum, *m. 1 corr.* tuum $P^3$ 9 contradictione (ne *m. ut uid. 1 exp.*) $P^3$ tolerande, *m. 1 corr.* toleranda $P^2$ 10 ac $P^1$ (*m. 1 ? corr.* hac) *B* quantum puto quae] quantum puto, *m. ut uid. 1 corr.* quę ut puto $P^3$ put*o $P^1$ 12 diffinitio *B* illam $LP^1$ (m *eras.*) *B* 13 fortasse//// (*ras. 1—2 l.*) *B* forte $P^2P^4$ praeteri* *B* 14 quos (s *s. u. m. 1*) $P^2$ de] de se (se *m. 1 exp.*) $P^2$ opere, *m. 2* tuo opere *L* hoc opere $P^3$ opere tuo *l m* moliris] melioris *B* moueris $P^3$ 15 moriamur, *m. ut uid. 1 corr.* mereamur $P^2$ 17 sequestrem̃ (= sequestremur) $P^3$ 18 on habemus auperest ut eum quia *euan. L* quaestioni*** $P^1$ 19 merea·ur sccipe·· ···· autem *L* 20 arbitret *et* haec scribere quasi de hi *euan. L* arbitremur *B* iis *l r m*

ego dubitem. sufficiat mihi poena mea, quod a praesentiae tuae deliciis exulatus, ubi salubribus tuis uberibus nutriebar, non solum absentia tua crucior uerum etiam peruicacia quorundam, qui non tantum manifesta respuunt, sed etiam non intellecta reprehendunt. ceterum hac suspicione in tantum careo, ut potius infirmitatem meam, qua tales parum patienter fero, notabilem putem. qualiter autem ad haec consulendum iudices, ut dixi, tuae sapientiae derelinquo. nam ad me hoc pertinere credidi pro ea, quam Christo uel tibi debeo, caritate, ut, quae in quaestionem ueniunt, non tacerem. quicquid pro ea gratia, quam in te pusilli cum magnis miramur, uolueris aut ualueris, gratissime accipiemus, tamquam a nobis carissima et reuerentissima auctoritate decretum. sane, quia urgente perlatore timui, ne uel non omnia uel haec ipsa minus digne conscius mearum uirium possem dirigere, egi cum uiro tum moribus tum eloquio et studio claro, ut, quanta posset, collecta suis litteris intimaret. quas coniunctas his destinare curaui. est enim talis, qui etiam praeter hanc necessitatem dignus tuae sanctitatis notitia iudicetur. sanctus Leontius diaconus, cultor tuus, cum meis parentibus multum te salutat.

11 Ps. 103, 25 al.

1 dubite· *L* a] ad *B* 2 exolatus, *m. 2* exulatus $PP^2$ exolatus $LP^1$ (*m. 1 ? corr.* exulatus) $P^3B$ salutaribus $P^3$ uberi///bis, *m. 2* uberi///bus *P* nutriebas, *m. 1 corr.* nutriebar $P^3$ 3 solum—crucior *euan. L* tua *s. u. m. 2* $P^2$ quor····· qui *L* 4 tantum] tã *B* 5 intell···· *L* ac $P^3$ 6 care· ·t p·tius infirmita··· ···m qua *L* 8 ut dixi *om., s. u. m. 2 add.* $P^2$ nam] non $P^4$ te $P^3$ 9 caritatem $P^2$ caritatē $P^3P^4$ 12 accipiemus (u *m. 2 supra ras.*) *L* a *om.* $P^3$ 13 reuerendissima $P^4$ *lrm* auctoritatē (∼ *eras.*) $P^3$ quia (a *s. u. m. 2*) $P^3$ urguente $P^2$ arguente $P^3$ 14 ne *ex ras., fuisse uid.* me $P^1$ me *LPBT* ne* (c *eras.*) $P^3$ 15 posse $LP^1$ (*m. 2* ˜? possē) *BT* digerre (gerre *in ras. m. 1*) $P^3$ cum moribus tum (u *ras. ex* uu) eloquio (io *ex* iū *m. ut uid. 1*) $P^3$ 16 possit $P^3$ 17 quas—curaui *om., s. u. m. 1 add. P* destinare] intimare, *m. 2* destinare $P^2$ 18 talis *om. P* 19 leotius, *m. ut uid. 1 corr.* leontius $P^1$ leonti (us *in marg. m. aequali add.*) $P^2$ 20 cum meis partibus $P^1T$ cū eis partibus *B* te *om.* $LPP^1$ (*m. 1 ? add.*) $P^2$ (*s. u. m. aequali add.*) $P^3B$

memorem mei paternitatem tuam dominus Christus ecclesiae suae annis pluribus donare dignetur, domine pater.

[Et infra:] Sciat sanctitas tua fratrem meum, cuius maxime causa hinc discessimus, cum matrona sua ex consensu perfectam deo continentiam deuouisse. unde rogamus sanctitatem tuam, ut orare digneris, quo hoc ipsum in eis dominus confirmare et custodire dignetur.

## CCXXVII.

Frater Paulus hic est incolumis; adportat negotiorum suorum secundas curas; praestabit dominus, ut etiam ipsa ultima sint. multum uos salutat et narrat gaudia de Gauiniano, quod ab illa sua causa misericordia dei liberatus non solum Chri-

1 memorem—tuam *om.* $P^3$ 2 suae *om., in marg. m. 2 add.* $P^2$ domine pater *om., s. u. m. 2 add.* $P^2$ domine *ex* domino *L* 3 sciat *om., s. u. m. aequali add.* $P^2$ 4 causā (~ *eras.*) $P^3$ sue, *m. 2* sua *L* sua* (*fuit* e) $P^1$ ex consensu *om., s. u. m. 2 add.* $P^2$ perfectam *om.* (*in marg.* 'q q̃) $P^3$ 5 de uobis sed (d *eraso m. 2* deuouisse) $P^2$ 6 qđ $P^3$ ipsud, *m. 1 corr.* ipsũ $P^2P^3$ in eis—custod *et* dign *euan. L* confirmare///et (et *in ras.*) $P^3$ 7 dignetur dō gratias $P^3$

*P* = *cod. Parisinus 12193 s. IX.*
$P^1$ = *cod. Parisinus 12226 s. IX.*
*S* = *cod. Sangallensis 174 s. IX.*
*H* = *cod. Palatinus 209 s. X.*
$P^2$ = *cod. Parisinus 1958 s. XI.*
$P^3$ = *cod. Parisinus 14480 s. XII.*
*T* = *cod. Trecensis 40 s. XIII.*

Item beati augustini ad senem alypium de conuersione dioscori *P* (conuersatione) $P^1SP^2$ item cuius supra ad sanctum alipium pro dioscori conuersione *H* epistula augustini ad senem alipium de conuersione dioscori *T* *Inscriptio deest;* Augustinus Alypio seni *edd.* 10 praestauit, *m. 2* praestabit $P^1S$ praestauit $PP^2$ ipsa ultima, *m. 2* ipsae ultimae *S* ipsae ultimae *T edd.* 11 Gabiniano *edd.* 12 ab *om., m. 1 add.* $P^1$ christianos, *m. 2* christianus *S*

stianus sed etiam fidelis sit ualde bonus per pascha proxime baptizatus in corde atque in ore habens gratiam, quam percepit. quantum eum desiderem, quando explicabo? sed nosti, ut eum diligam. archiater etiam Dioscorus Christianus fidelis est simul gratiam consecutus. audi etiam quem ad modum; neque enim ceruicula illa uel lingua nisi aliquo prodigio domarentur. filia eius, in qua unica adquiescebat, aegrotabat et usque ad totam desperationem salutis temporalis eodem ipso patre renuntiante peruenit. dicitur ergo — et constat, cum mihi hoc et ante fratris Pauli reditum comes Peregrinus, uir laudabilis et bene Christianus, qui cum eis eodem tempore baptizatus est, indicaret —, dicitur ergo ille senex tandem conuersus ad inplorandam Christi misericordiam uoto se obligasse Christianum fore, si illam saluam uideret. factum est. at ille, quod uouerat, dissimulabat exoluere. sed adhuc manus excelsa. nam repentina caecitate suffunditur statimque uenit in mentem, unde illud esset. exclamauit confitens atque iterum uouit se recepto lumine impleturum esse, quod uouerat. recepit, impleuit. et adhuc manus excelsa. symbolum non tenuerat aut fortasse tenere recusauerat et se non potuisse excusauerat. deus uiderit. iam tamen post festa omnia receptionis suae in paralysin soluitur multis ac paene omnibus membris tunc somnio

2 Rom. 10, 8 15; 19 Ex. 14, 8; Num. 33, 3

1 per *m. 2 del. S* proxima, *m. 2* proximo *S* 3 eum *om.* $P^3$ ut] quantum *m. 2 in ras. 2 fere l.* $P^1$ quantum $P^3T$ 4 architea|ter *T* architheater *edd. praeter m* dioscoris, *m. 2* dioscorus $P^1$ 6 prodigia *H* domaretur *e m* 7 usica (*sic!*) *P* 8 corporalis $P^3$ 11 christianos, *m. 1 corr.* christianus *S* indicarit *T edd.* 12 dicit *P* implorandum $P^3$ 13 uotum, *m. 2* uoto $P^1S$ uotum, *m. 2* uota $P^2$ 14 sal*uam $P^2$ at] ut, *m. 2* et $P^1S$ et $P^3$ nouerat, *m. 2* uouerat $P^1$ 17 ///confitens (*ras. 1—2 l.*) *T* 20 recusarat *T* et—excusauerat *om.* $PP^2$ uiderat *edd.* 21 tamen] tum *edd. praeter a* fessa $P^1T$ (*supra m. ut uid. 1* ł festa) c̄fessa $P^3$ receptionis, *m. 2* deceptionis $P^1$ deceptionis $P^3$ decessionis, *supra m. ut uid. 1* ł recessionis *T* soluitur in paralysim *T* in paralysim soluitur $P^3$ *edd.* 22 membris, *m. 2* membris et etiam lingua $P^1$ membris et etiam lingua $P^3T$ *l r m* somni, *m. 2* somno $P^1$ somno $P^3T$ somnii (ii *in ras. m. 1*) *S*

admonitus confitens per scripturam ob hoc sibi dictum esse accidisse, quod symbolum non reddiderit. post illam confessionem redduntur officia membrorum omnium nisi linguae solius. se tamen didicisse symbolum ideoque memoria iam tenere nihilo minus in eadem temptatione litteris fassus est et omnis est ab eo deleta nugacitas, quae, ut scis, multum dedecorabat naturalem quandam eius benignitatem eumque insultantem Christianis faciebat ualde sacrilegum. quid dicam domino, nisi hymnum canamus et superexaltemus eum in saecula? amen.

9 Iudith 16, 15    Dan. 3, 57—88

1 ammonitus (s *exp.*) *S*    confitetur *T edd.*    3 omnium membrorum *edd.*    4 tamen] tam $PP^1$ (*m. 2* tam̄) $P^2$    ideoque, *m. 2* idque *S*    memoria* *P* memoriam $P^1S$ (*m. 2* memoria) $HP^2$ memoriter $P^3T$    5 in eadem temptationem $P^1$ (*postr. l. exp.*) *S* (*postr. l. m. 1 del.*) $P^2$ (*postr. l. erasa*)    factus $PP^1$ (c *eras.*) *S* (*m. 2* fassus) $P^2$ factum *H*    6 et *om.* $PP^1$ (*m. 2* sicque) $HP^2$ *a e* sicque $P^3T$ *cett. edd.*    dele*ta *P* deleta* (s *eras.*) *T*    quia $P^3$    7 decorabat, *m. 2* dedecorabat $P^1SP^2$ decorabat *H* decolorabat *T edd.*    quendam *P*    8 sacrilegum (*m. 1 corr.* sacrilegium) ualde *H* ualde sacrileg*um (*fuit* i) $P^1P^2$ ualde sacrilegium (*m. 2* sacrilegum) *S*    9 nisi domino *edd. praeter a; cf. p. 484, 18*    superaltemus *S*    in *om., m. 2 add. P*    10 amen *om. T edd. praeter m*    explicit ad senem alypium $PP^1SP^2$

## CCXXVIII.

SANCTO FRATRI ET COEPISCOPO HONORATO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Caritati tuae misso exemplo epistulae, quam fratri Quoduultdeo nostro coepiscopo scripsi, putabam me hoc onere caruisse, quod mihi inposuisti quaerendo consilium, quid in his periculis, quae tempora nostra inuenerunt, facere debeatis. quamuis enim epistulam illam breuiter scripserim, nihil me tamen praetermisisse arbitror, quod et respondenti dicere et quaerenti audire sufficeret, quando quidem dixi nec eos esse prohibendos, qui ad loca, si possunt, munita migrare desiderant, et ministerii nostri uincula, quibus nos Christi caritas alligauit, ne deseramus ecclesias, quibus seruire debemus, non esse rumpenda. ista quippe uerba sunt, quae in illa epistula posui: 'Restat ergo', inquam, 'ut nos, quorum ministerium quantulaecumque plebi dei, ubi sumus, manenti ita necessarium est, ut sine hoc eam non oporteat remanere, dicamus domino: E s t o  n o b i s  i n  d e u m  p r o t e c t o r e m  e t  i n  l o c u m  m u n i t u m'.

2—p. 492, 6 Possid. Augustini uita c. 30 (Migne patrol. lat. XXXII p. 60, 10—63, 31)   18 Ps. 30, 3

*M = cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F = cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A = cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P = cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*Z = cod. Vallicellianus Tom. XVIII s. XI.*
*K = cod. Casinensis 11' s. XI.*
*R = cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

2 Sči *Z*   in domino *om. K*   4 caritate, *m. 1 corr.* caritati *F*   quoduult|deeo *Z* quoduultdeus *K*   5 epo *Z*   subscripsi *R*   hoc *om. Z*   honere *F* honore *M* (*m. 1 ? corr.* onere) *Z*   8 quisuis *M*   nihil *om. R*   11 qui ad] quia *FA*   12 nostri] nriq (q *exp.*) *Z*   13 desideramus *A*   14 rumpendas *A*   que in illa| *bis, alterum del. M*   17 est *om. M*   eam *in fine u. om. M*   18 nobis] m *P sec. sacr. litt.* dō, *m. 2* dū *M*

2 Sed hoc consilium tibi propterea non sufficit, ut scribis, ne contra domini praeceptum uel exemplum facere nitamur, ubi fugiendum esse de ciuitate in ciuitatem monet; recolimus enim uerba dicentis: Cum autem persequentur uos in ciuitate ista, fugite in aliam. quis autem credat ita hoc dominum fieri uoluisse, ut necessario ministerio, sine quo uiuere nequeunt, desererentur greges, quos suo sanguine comparauit? numquid hoc fecit ipse, quando portantibus parentibus in Aegyptum paruulus fugit, qui nondum ecclesias congregauerat, quas ab eo desertas fuisse dicamus? numquid, quando apostolus Paulus, ne illum comprehenderet inimicus, per fenestram in sporta submissus est et effugit manus eius, deserta est, quae ibi erat, ecclesia necessario ministerio et non ab aliis fratribus ibidem constitutis, quod oportebat, impletum est? eis quippe uolentibus hoc apostolus fecerat, ut se ipsum seruaret ecclesiae, quem proprie persecutor ille quaerebat. faciant ergo serui Christi, ministri uerbi et sacramenti eius, quod praecepit siue permisit. fugiant omnino de ciuitate in ciuitatem, quando eorum quisquam specialiter a persecutoribus quaeritur, ut ab aliis, qui non ita requiruntur, non deseratur ecclesia, sed praebeant cibaria conseruis suis, quos aliter uiuere non posse nouerunt. cum autem omnium, id est episcoporum et clericorum et laicorum est commune

4 Matth. 10, 23  8 Matth. 2, 14  11 II Cor. 11, 33; Act. 9, 25

1 propterea tibi *P*  sufficis *K*  nec *M*  4 dicentes, *m. 1 corr.* dicentis *F*  6 hoc *om. Z*  necessariorum (rum *eras.*) *A*  7 neque hunc, *m. 1 corr.* nequeunt *M*  deserantur *edd. praeter a*  8 in egyptum parentibus *K* se in egypto (*corr.* egyptū) parentibus *Z*  9 paruulis *M*  fugiit *MFA*  nondum] non *K*  10 *ab eo (*fuit* h) *K*  11 apostolus quando *signis corr. M*  12 in sportam *MFAKR* (*Vulgatae quoque cod. Amiatinus et Fuldensis*); *cf. p. 488, 23*  demissus *K sec. Vulg.* dimissus *Z*  13 aecclesia quae ibi erat *R*  ecclesia *om., m. 1 add. P*  14 constitutus *F*  15 ut si se ipsum *Z* ut ipse se ipsum *R*  16 aecclesiae seruaret *R*  19 quisq; *R*  20 ab *om. FA*  21 relinquatur *Z*  23 episcoporum (orum *in ras. m. ut uid. 1*) *K*  et *om. m*  et laicorum *om. MFAPR edd. praeter m*

periculum, hi, qui aliis indigent, non deserantur ab his, quibus indigent. aut igitur ad loca munita omnes transeant aut, qui habent remanendi necessitatem, non relinquantur ab eis, per quos illorum est ecclesiastica supplenda necessitas, ut aut pariter uiuant aut pariter sufferant, quod eos pater familias uolet perpeti.

3 Quod si contigerit, ut siue alii maius alii minus siue omnes aequaliter patiantur, qui eorum sint, qui pro aliis patiuntur, apparet, illi scilicet, qui cum se possent talibus malis eripere fugiendo, ne aliorum necessitatem desererent, manere maluerunt. hinc maxime probatur illa caritas, quam Iohannes apostolus commendat dicens: Sicut Christus pro nobis animam suam posuit, sic et nos debemus animas pro fratribus ponere. nam qui fugiunt uel suis deuincti necessitatibus fugere non possunt, si comprehensi patiantur, pro se ipsis non pro fratribus utique patiuntur; qui uero propterea patiuntur, quia fratres, qui eis ad Christianam salutem indigebant, deserere noluerunt, sine dubio suas animas pro fratribus ponunt.

4 Unde illud, quod episcopum quendam dixisse audiuimus: 'Si dominus nobis imperauit fugam in eis persecutionibus,

12 I Ioh. 3, 16

1 i (*m. 1 corr.* hi) qui *M* hii qui *P* hi* qui* *F* //// qui (*in ras. fuisse uid.* h *aut* ii) *K* his qui *Z* ab is *K* 2 ad locam (m *exp.*) *F* alloca *K* *ut (*super ras. m. 2* a) *P* 3 necessitate|| *Z* per *om. FA* (*m. 2 add.*) 4 eorum *ZK* necessitas //// aut (*ras. 2 fere l.*) *P* 5 uiuant aut pariter *om. P* pater] pa////ter (*ras. 1—2 l.*) *F* pariter *MA* (*m. 2* pater) 6 uoluerit *P* 7 ut] aut *M* si *MFA* (*m. 2* siue) alii minus alii maius *f l r m* 8 sunt *A* 9 illis *F* possint *MFA* possunt *Z* 12 animam suam pro nobis *edd.* 13 suam *om. K* ꝑ animas ꝑ fratrib; *M* pro fratribus animam *ZK*; *Gr.* ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν τὰς ψυχάς, *Vulg.* pro fratribus animas 14 nam hoc qui *K* uel suis] uel suis uel alienis *K* diuincti *M* deuicti *AZK* 15 fugere] facere *ZK* sic (c *m. 2 exp.*) *M* patiuntur, *m. ut uid. 1 corr.* patiantur *P* patiuntur *edd.* 16 utique non pro fratribus *P* utique] uotiue *K* 17 quia] qui *Z* christianum *Z* christiani *F*

ubi potest fructus esse martyrii, quanto magis debemus fugere steriles passiones, quando est barbaricus et hostilis incursus!' uerum est quidem et acceptabile sed his, quos ecclesiastici officii non tenent uincula. nam qui clades hostiles ideo non fugit, cum posset effugere, ne deserat ministerium Christi, sine quo non possunt homines uel fieri uel uiuere Christiani, maiorem caritatis inuenit fructum, quam qui non propter fratres sed propter se ipsum fugiens atque comprehensus non negat Christum suscipitque martyrium.

5 Quid est ergo, quod in epistula tua priore posuisti? dicis enim: 'Si in ecclesiis persistendum est, quid simus nobis uel populo profuturi, non uideo, nisi ut ante oculos nostros uiri cadant, feminae constuprentur, incendantur ecclesiae, nos ipsi tormentis deficiamus, cum de nobis quaeritur, quod non habemus'. potens est quidem deus audire preces familiae suae et haec, quae formidantur, auertere; nec ideo tamen propter ista, quae incerta sunt, debet esse nostri officii certa desertio, sine quo est plebi certa pernicies non in rebus uitae huius sed alterius incomparabiliter diligentius sollicitiusque curandae. nam si certa essent ista mala, quae timentur ne in locis, in quibus sumus, forte contingant, prius inde fugerent omnes, propter quos ibi manendum est, et nos a manendi necessitate

1 fructus potest *P* esse fructus *ZK* fugire *MF* 2 hostiles, *m. 1 corr.* hostilis *F* hostis *K* 3 is *K* 4 offici *K* tenet *Z* hostilis, *corr.* hostiles *Z* ide *K* 5 posset, *m. 1 (?) corr.* possit *F* possit *Z edd.* effugire *F* 7 inuenit caritatis *R* non *om. Z* 8 cũprehensus *M* 9 suscepitque *M* suscepit quem (m *exp.*) *F* 10 dicis enim *om. R* 11 sumus *PZ* 13 dant, *m. 1 corr.* cadant *M* constupretentur *Z* ipso, *corr.* ipsi *Z* si *M* (*m. ut uid. 1 corr.* ipsi) *FA* ipsi in *m* sub *a e* 15 quidem *om. K* preces *om. M* familie sue, *m. 2* familiã suã *M* tsue (t *exp.*) *Z* 16 qui *MFA* timentur *P* 17 istã (~ *eras.*) *M* illa *ZK* nostri officii esse *edd.* certa *om. K* 18 sine quod *M* (d *m. 2 exp.*) *FA* in *om. M* 19 sed *om.*, *m. 1 add. M* alterius] alterius que *ZK* solicitius quae (a *exp.*) *F* solicidiusq; *A* curanda est *K* curandum est *Z* 20 in] int (t *exp.*) *F* sint *M* 21 contingat *Z* fugirent *F* fugarent *K* 22 propter *om.*, *m. 2 add. R* quos ibi] quod sibi *M* (*m. 1 ? corr.* quos ibi) *FA* nos *om. A*

liberos redderent; non enim quisquam est, qui dicat ministros manere oportere, ubi iam non fuerint, quibus necesse sit ministrare. ita quidam sancti episcopi de Hispania profugerunt prius plebibus partim fuga lapsis partim peremptis partim obsidione consumptis partim captiuitate dispersis; sed multo plures illic manentibus, propter quos manerent, sub eorundem periculorum densitate manserunt. et si aliqui deseruerunt plebes suas, hoc est, quod dicimus fieri non debere; neque enim tales docti auctoritate diuina, sed humano uel errore decepti uel timore sunt uicti.

6 Cur enim sibi putant indifferenter obtemperandum esse praecepto, ubi legunt de ciuitate in ciuitatem esse fugiendum, et mercennarium non exhorrent, qui uidet lupum uenientem et fugit, quoniam non est ei cura de ouibus? cur non istas duas dominicas uerasque sententias unam scilicet, ubi fuga sinitur aut iubetur, alteram, ubi arguitur atque culpatur, sic intellegere student, ut inter se reperiantur non esse contrariae, sicut non sunt? et hoc quo modo reperitur, nisi adtendatur, quod iam superius disputaui, tunc de locis, in quibus sumus, premente persecutione fugiendum esse Christi ministris, quando ibi aut plebs Christi non fuerit, cui ministretur, aut potest impleri per alios necessarium ministerium, quibus eadem non est causa fugiendi, sicut in sporta submissus.

12 Matth. 10, 23 13 Ioh. 10, 12—13 23 cf. p. 485, 11—17

3 ministrae *MF* quidem *A* 4 fuge *K* parti obsidione *Z* 5 partim in captiuitate *K* 6 pluribus *A* illis *P* maneret *A* manere *Z* 7 aliquid *F* 8 deber& (*sed & paulum rasum*) *M* 9 humana *ZK* 10 uicti] deuicti *ZK* 12 in ciuitatem de ciuitate *MFR* in ciuitatē (∼ *m. 2 esse uid.*) de ciuitate *A* de ciuitate in ciuitate *K; cf. p. 485, 3* 13 exhorent, *m. 1 corr.* exhorrent *F* exorent, *m. 2* exorrent *A* uidit *ZK* 15 dominicas *om. ZK* utrasque *R* sentententtias *A* 16 iuuetur *Z* 18 contraria *ZK* 19 disputauit unde locis *MFA* 20 Christi *om., m. 1 add. P* 21 ibi *om. A* aut *om. K* au, *m. 1 corr.* aut *M* ples, *corr.* plebs *Z* 22 aut potest] aut etiam fuerit et potest *f l r m* implere *MFA* (*m. 2* impleri) aliorum *Z* 23 quibus non eadem instet causa *K*

quod supra memoraui, fugit apostolus, cum a persecutore ipse proprie quaereretur, aliis utique necessitatem similem non habentibus, a quibus illic ministerium absit ut desereretur ecclesiae, sicut fugit sanctus Athanasius, Alexandrinus episcopus, cum eum specialiter adprehendere Constantius cuperet imperator, nequaquam a ceteris ministris deserta plebe catholica, quae in Alexandria commanebat? cum autem plebs manet et ministri fugiunt ministeriumque subtrahitur, quid erit, nisi mercennariorum illa fuga damnabilis, quibus non est cura de ouibus? ueniet enim lupus, non homo sed diabolus, qui plerumque fideles apostatas esse persuasit, quibus cotidianum ministerium dominici corporis defuit, et peribit infirmus in tua non scientia sed ignorantia frater, propter quem Christus mortuus est.

7 Quod autem ad eos adtinet, qui in hac re non falluntur errore, sed formidine superantur, quare non potius contra suum timorem domino miserante atque adiuuante fortiter dimicant, ne mala sine comparatione grauiora, quae multo amplius sunt tremenda, contingant? fit hoc, ubi dei caritas flagrat, non mundi cupiditas fumat. caritas enim dicit: Quis infirmatur et non ego infirmor? quis scandalizatur et non ego uror? sed caritas ex deo est. oremus ergo, ut ab illo detur, a quo iubetur, et per hanc magis timeamus, ne oues

9 Ioh. 10, 12—13 12 I Cor. 8, 11 20 II Cor. 11, 29

1 commemoraui *P* fugiit *FA* fugiat (a *m. 2 exp.*) *M* a persecure *A* 2 proprie ipse *Z edd.* 3 ministerium implentibus absit *K* deseretur *AP* (*m. 1 corr.* desereretur) 4 ecclesia *K* sicut] uel sicut *K* ne sicut *Z* fuit *FA* (*m. 2* fugit) fugit *altero* i *super* g *add. Z* anathasius *A* 5 speciliter, *corr.* specialiter *Z* cuperit *MF* (*m. 1 ? corr.* cuperet) 6 quāquam *Z* 7 ples, *m. 1 (?) corr.* plebs *F* pleps dē | (d *exp.*) *M* 8 ministris *M* (*postr. l. erasa*) *F* ministerium qui *F* 10 uenit et enim *M* 11 fidelis *F* cotidiano ministerio dominici corporis pabulum defuit *K* 13 non conscientia *Z* propter quae *K* 16 errores (s *exp.*) *F* 18 quae multo] multoq: *Z* 19 fraglat *Z* non] non ubi *ZK* 21 ego non *APZKR r sec. Vulg.* (*Gr.* καὶ οὐκ ἀσθενῶ) ego non *AZKR f l r sec. Vulg.* (*Gr.* καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι) 23 per hoc *ZK*

Christi spiritalis nequitiae gladio in corde, quam ne ferro in corpore trucidentur, ubi quandocumque quocumque mortis genere morituri sunt; magis timeamus, ne sensu interiore corrupto pereat castitas fidei, quam ne feminae uiolenter constuprentur in carne, qua uiolentia non uiolatur pudicitia, si mente seruatur, quoniam nec in carne uiolatur, quando uoluntas patientis sua turpiter carne non utitur, sed sine consensione tolerat, quod alius operatur; magis timeamus, ne lapides uiui extinguantur deserentibus nobis, quam ne lapides et ligna terrenorum aedificiorum incendantur praesentibus nobis; magis timeamus, ne membra corporis Christi destituta spiritali uictu necentur, quam ne membra corporis nostri oppressa hostili impetu torqueantur, non quia ista non sunt uitanda, cum possunt, sed quia potius ferenda sunt, quando uitari sine impietate non possunt, nisi forte quisquam contenderit non esse ministrum impium, qui tunc subtrahit ministerium pietati necessarium, quando magis est necessarium.

8 An non cogitamus, cum ad istorum periculorum peruenitur extrema nec est potestas ulla fugiendi, quantus in ecclesia fieri soleat ab utroque sexu atque ab omni aetate concursus

9 I Petr. 2, 5 11 Eph. 5, 30

1 spiritales, *m. 1 corr.* spiritalis *R* ferro] forte *K* 3 interiori *edd.* 4 correpto, *corr.* corrupto *Z* caritas, *m. 1 (?) corr.* castitas *M* 5 quia *MZK edd.* 6 seruetur *P* fruatur, *m. 2* seruatur *A* 7 carne] in carne *M* (in *del.*) *FA* utitur, *supra m. 2* uritur *A* 8 magis enim timeamus *P* 9 extinguatur, *m. 1 corr.* extinguantur *F* 10 hedificiorum *Z* incendatur, *m. 1 corr.* incendantur *F* intendantur *K* 11 magi, *m. 2* magis *R* Christi—nostri *om., in marg. m. 1 add. F* 12 spiritali uictu necentur] dissoluantur *K* quam ne] quam (ne *om.*) *MFAPR a l r* qua in *Z* corporis nostri] carnis *K* nostri *om. P* nostris *post.* s *exp. M* nostro, *corr.* nostri *Z* 13 *post* impetu *parua ras. F* non sunt *bis F* 14 cum] non *M* 15 uitari *ras. ex* uitare *M* uitare *FA* contenderet, *corr.* contenderit *M* 16 non *om. K* qui—pietati necessarium *spatio* $4^1/_2$ *uersiculorum relicto om. K nullo spatio Z* 17 pietate *MFA* quanto *K* 18 cogitam·,·¦ *Z* *post* peruenitur *parua ras. A* 19 fugiendi ulla *K* ulla fugienda (*m. 1 corr.* fugiendi) *R* 20 atque] abq; *Z* omni* *F* concorsus, *m. 1 corr.* concursus *MF*

aliis baptismum flagitantibus aliis reconciliationem aliis etiam paenitentiae ipsius actionem omnibus consolationem et sacramentorum confectionem et erogationem? ubi si ministri desint, quantum exitium sequatur eos, qui de isto saeculo uel non regenerati exeunt uel ligati? quantus est etiam luctus fidelium suorum, qui eos secum in uitae aeternae requiem non habebunt! quantus denique gemitus omnium et quorundam quanta blasphemia de absentia ministeriorum et ministrorum! uide, quid faciat malorum temporalium timor et quanta in eo sit adquisitio malorum aeternorum. si autem ministri adsint, pro uiribus, quas eis dominus subministrat, omnibus subuenitur; alii baptizantur, alii reconciliantur, nulli dominici corporis communione fraudantur, omnes consolantur, aedificantur, exhortantur, ut deum rogent, qui potens est omnia, quae timentur, auertere, parati ad utrumque, ut, si non potest ab eis calix iste transire, fiat uoluntas eius, qui mali aliquid non potest uelle.

9 Certe iam uides, quod te scripseras non uidere, quantum boni consequantur populi Christiani, si in praesentibus malis non eis desit praesentia ministrorum Christi. quorum uides etiam quantum obsit absentia, dum sua quaerunt, non quae Iesu Christi, nec habent illam, de qua dictum est: Non quaerit, quae sua sunt, nec imitantur eum, qui dixit: Non quaerens, quod mihi utile est, sed quod

15 Matth. 26, 42 21 Phil. 2, 21 23 I Cor. 13, 5 24 I Cor. 10, 33

1 etiam *om.* *ZK* 2 conlocationem *M* (*m. 2* consocationem, *sic!*) *FA* (*m. 2* conlocutionem) collationem *ZK* sacramentorum confectionem et *om.* *ZK* 3 si *om.* *Z* minister desit *ZK* ministri desunt *R* 4 sequitur *ZK f l r m* isto] hoc *R* non] nos *K* 5 legati *FA* (*m. 2* ligati) est *om.* *MK* 6 qui eos] quo *Z* requie *edd. praeter a* 7 et] e *Z* 8 ministrorum et ministeriorum *P* 9 quanto, *m. 2* quanta *MA* quanto *FR* 10 malorum adquisitio *P* adquesitio, *m. 1* (?) *corr.* adquisitio *F* atque sitio, *m. 2* atquisitio *A* 12 alia baptizantur alia *A* 16 aliquid iniuste non *P* 20 uideo, *corr.* uides *Z* 21 absit, *m. 1* *corr.* obsit *P* sit, *corr.* obsit *Z* suā (— *del.*) *Z* 23 imitatur *K* 24 quod (o *ex corr.*) *Z* est *om.* *edd.*

multis, ut salui fiant. qui etiam persecutoris principis illius insidias non fugisset, nisi se aliis, quibus necessarius erat, seruare uoluisset, propter quod ait: Compellor autem ex duobus concupiscentiam habens dissolui et esse cum Christo, multo magis optimum; manere in carne necessarium propter uos.

10 Hic forte quis dicat ideo debere dei ministros fugere talibus imminentibus malis, ut se pro utilitate ecclesiae temporibus tranquillioribus seruent. recte hoc fit a quibusdam, quando non desunt alii, per quos suppleatur ecclesiasticum ministerium, ne ab omnibus deseratur, quod fecisse Athanasium supra diximus; nam quantum necessarium fuerit ecclesiae quantumque profuerit, quod uir ille mansit in carne, catholica fides nouit, quae aduersus Arrianos haereticos ore illius et amore defensa est. sed quando est commune periculum magisque timendum est, ne quisquam id facere credatur non consulendi uoluntate sed timore moriendi magisque fugiendi obsit exemplo, quam uiuendi prosit officio, nulla ratione faciendum est. denique sanctus Dauid, ne se committeret periculis proeliorum et fortassis extingueretur, sicut ibi dictum est, lucerna Israhel, a suis hoc petentibus sumpsit, non ipse praesumpsit; alioquin multos imitatores fecisset ignauiae, qui eum crederent hoc fecisse non consideratione utilitatis aliorum sed suae perturbatione formidinis.

1 II Cor. 11, 32—33; Act. 9, 23—25 3 Phil. 1, 23—24 19 II Reg. 21, 17

2 se *om. MFAZ* (*in fine u.*) 3 seruari *A* compello *A* 4 ex duobus—manere *om. K* desiderium *Z sec. Vulg.* 5 multo enī|magis *Z* manere autem in carne *Z m sec. Vulg.* (*Gr.* τὸ δὲ ἐπιμένειν τῇ σαρκί) 7 fortasse *ZK* dicit *A* fugere dei ministros *K* fugire dei ministros *Z* 8 imminentibus *om. A* utilitatibus *Z* 9 fiat *Z* 10 absunt *K* sunt *Z* 11 anathasium *A* ahanasium, *corr.* athanasium *Z* 13 fuerit *R* uir *om. R* catholicas (s *exp.*) *Z* 15 magis (*om.* que) *K* 16 timendus *R* 17 fugiendi *om. ZK* exemplum quam uiuendo possit officio *K* 20 fortasse sič ibi dictum extingueretur (*om.* est) *Z* ubi *K* 21 ipse] se *M* ipse hoc *ZK* 22 ignaue *M* eum] enim *A* crederunt, *m. 1 corr.* crederent *F*

11 Occurrit aliquanto alia quaestio, quam contemnere non debemus. si enim haec utilitas neglegenda non est, ut aliqui ministri propterea fugiant imminente aliqua uastitate, ut seruentur, qui ministrent eis, quos post illam cladem residuos potuerint inuenire, quid fiet, ubi omnes uidentur interituri, nisi aliqui fugiant? quid? si enim hactenus saeuiat illa pernicies, ut solos ministros ecclesiae persequatur, quid dicam? an relinquenda est a ministris fugientibus ecclesia, ne a morientibus miserabilius relinquatur? sed si laici non quaeruntur ad mortem, possunt occultare quoquo modo episcopos et clericos suos, sicut ille adiuuerit, in cuius potestate sunt omnia, qui potest et non fugientem per mirabilem conseruare potentiam. sed ideo quaerimus, quid nos facere debeamus, ne in omnibus expectando diuina miracula temptare dominum iudicemur. non quidem talis est ista tempestas, quando laicorum et clericorum est commune periculum, sicut in naui una commune periculum est mercatorum atque nautarum. uerum absit, ut tanti pendenda sit haec nauis nostra, ut debeant eam nautae et maxime gubernator periclitantem deserere, etiam si in scapham transiliendo uel etiam natando possit effugere. quibus enim metuimus, ne nostra desertione pereant, non temporalem mortem, quae quandoque uentura est, sed

1 aliquanto (*m. ut uid. 1 corr.* aliquando) alia *A* etiam alia *ZK* aliquando alia *f* aliquantula *l r* autem alia *m* quem *A* 2 aliqui ministri (a *et* n *ex corr.*) *Z* 4 quos] qui *ZK* laudē *Z* residui potuerint inueniri *K* 5 potuerunt *R* interrituri *M* interempturi *ZK* 6 enim *om. ZK* eotenus *K* saeuiat] sit uiat (*in marg. m. 1* uiuax) *M* 7 ecclesiae *om. K* dicemus *ZKm* 8 requenda, *m. 2* relinquenda *A* reliquendā *Z* est *om. Z* 9 miserabilius *om. K* 12 fugientes *ZK* 13 potentia *K* quod *M* 14 fugiendo *MFAR a* fingendo *e* quaerendo *f l r* 15 non *om. M* quidem, *corr.* equidem *M* clericorum et laicorum *R* 16 sicut] ut *K* in naui—est *om. K* 17 commune *om. Z* 18 tanti] tā pa (rui *s. u. m. 1 add.*) *P* 19 gubernatur, *corr.* gubernator *M* 20 in scapha *PR* in scafa *F* in scapfa *M* in scapa *A* possint *Km* possunt *Z* 21 metuemus *M* (*m. 2* metuimus) *A* ne] de *K* pereant] ne pereant *K* 22 quando *Z*

aeternam, quae potest, si non caueatur, uenire et potest, si caueatur, etiam non uenire, metuimus. in communi autem periculo uitae huius cur existimamus, ubicumque fuerit hostilis incursus, omnes clericos et non etiam omnes laicos esse morituros, ut simul finiant hanc uitam, cui sunt clerici necessarii? aut cur non speremus sicut aliquos laicos sic etiam clericos remansuros, a quibus eis necessarium ministerium ualeat exhiberi?

12 Quamquam o si inter dei ministros inde sit disceptatio, qui eorum maneant, ne fuga omnium, et qui eorum fugiant, ne morte omnium deseratur ecclesia! tale quippe certamen erit inter eos, ubi utrique ferueant caritate et utrique placeant caritati. quae disceptatio si aliter non potuerit terminari, quantum mihi uidetur, qui maneant et qui fugiant, sorte legendi sunt. qui enim dixerint se potius fugere debere, aut timidi uidebuntur, quia imminens malum sustinere noluerunt, aut adrogantes, quia se magis, qui seruandi essent, necessarios ecclesiae iudicarunt. deinde fortassis hi, qui meliores sunt, eligant pro fratribus animas ponere et hi seruabuntur fugiendo, quorum est minus utilis uita, quia minor consulendi et gubernandi peritia; qui tamen, si pie sapiunt, contradicent eis, quos uident et uiuere potius oportere et magis mori malle quam fugere. ideo, sicut scriptum est, contradictiones sedat

23 Prou. 18, 18

1 quae po | potest (po *del.*) *R* 2 etiam *om. Z* metuimus *om. A* metuemus *M* 3 existimemus *ZK* 4 omnes etiam *Z* etiam *om. K* 5 sint *Z* 6 laicos aliquos *edd.* si *Z* 7 eis *om. P* enim *M* (*m. 2 del.*) *FA a* etiam *R* 9 o si *om. AP* o *exp. M* o *om. ZKR* dei *om. F* 10 ne] neq; *MFA* fugat|omnium *Z* fuga fiat omnium *K* fugant, *m. 1 corr.* fugiant *A* 11 omnium] eorum *R* deratur, *m. 1 corr.* deseratur *M* 12 caritatē (~ *eras.*) *R* 13 disceptio *A* terminare *MFA* 14 remaneant *R* 15 eligendi *K* dixerit *K* fugire *F* 16 noluerint *Z* 17 si *M* (*corr.* se) *F* 18 iudicarent *MFAR* fortasse *Z* hii *P* ii *Kflrm* 19 elegant *MF* eligent *Kflrm* hii *P* ii *K* seruantur *K* 20 uita (*del.*) minus utilis uita *Z* 21 sapient *K* contradicentes quos *Z* contradicentes illos malent fugere quos *K* 22 oporteret (*postr. l. exp.*) *Z* uelle *P* 23 sicut *om. K* sedet *K* sed ad *M*

sortitio et inter potentes definit; melius enim deus in huiusce modi ambagibus quam homines iudicat, siue dignetur ad passionis fructum uocare meliores et parcere infirmis siue istos facere ad mala perferenda fortiores et huic uitae subtrahere, quorum non potest dei ecclesiae tantum quantum illorum uita prodesse. res quidem fiet minus usitata, si fiat ista sortitio; sed si facta fuerit, quis eam reprehendere audebit? quis non eam nisi inperitus aut inuidus congrua praedicatione laudabit? quod si non placet facere, cuius facti non occurrit exemplum, nullius fuga faciat, ut ecclesiae ministerium maxime in tantis periculis necessarium ac debitum desit. nemo accipiat personam suam, ut, si aliqua gratia uidetur excellere, ideo se dicat uita et ob hoc fuga esse digniorem. quisquis enim hoc putat, nimium sibi placet; quisquis autem etiam hoc dicit, omnibus displicet.

13 Sunt sane, qui arbitrantur episcopos et clericos non fugientes in talibus periculis sed manentes facere, ut plebes decipiantur, cum ideo non fugiunt, quia manere suos praepositos cernunt. sed facile est hanc responsionem uel inuidiam declinare adloquendo easdem plebes atque dicendo: 'Non uos decipiat, quod de loco isto non fugimus; non enim propter nos sed propter uos potius hic manemus, ne uobis non ministremus, quicquid saluti uestrae, quae in Christo est, nouimus necessarium. si ergo fugere uolueritis, et nos ab istis, quibus tenemur, uinculis soluistis.' quod tunc puto esse dicendum, quando uere

2 quam homines in huiusce modi ambagibus *P* iudicant *MF* (n *exp.*) *AZK* 5 quorum uita non potest ecclesiae tantum quantum illorum prodesse (dei *om.*) *K* dei *om. Z* ecclesiae] ecclesia et *MFA* 7 sotio, *m. 1 corr.* sortio *F* sortio *MA* 8 et inuidus *ZK* aut auidus *MFAR a e; cf. u. 19* 10 nullius] in nullis *K* ut *in fine u. om. Z* ne *K* 11 sit *Z* 12 excipiat *edd.; cf.* personarum acceptor extollere *R* 13 se] si *Z* fuga—hoc *om. Z* 17 plebs decipiatur *Z* pleps deiciantur *K* 18 qui *MFAR* suo *Z* decernunt *Z* 19 reprehensionem *ZK* deuitare *ZK* 20 easdem—dicendo *om. M* ac *R* decipiam, *corr.* decipiat *Z* 22 hinc *M* mistremus, *m. 2* mistremus *R* 24 fugere (*pr.* e *ex corr.*) *Z* 25 soluisti *A* soluitis *ZK*

uidetur utile esse ad loca tutiora migrare. quo audito si uel omnes uel aliqui dixerint: 'In illius potestate sumus, cuius iram nullus, quocumque uadit, euadit, cuius misericordiam, ubicumque sit, potest inuenire, qui nusquam uult ire siue certis necessitatibus impeditus siue laborare nolens ad incerta suffugia et non ad finienda sed ad mutanda pericula', procul dubio isti deserendi non sunt ministerio Christiano. si autem hoc audito abire maluerint, nec illis manendum, qui propter illos manebant, quia ibi iam non sunt, propter quos manere adhuc debeant.

14 Quicumque igitur isto modo fugit, ut ecclesiae necessarium ministerium illo fugiente non desit, facit, quod dominus praecepit siue permisit. qui autem sic fugit, ut gregi Christi ea, quibus spiritaliter uiuit, alimenta subtrahantur, mercennarius ille est, qui uidet lupum uenientem et fugit, quoniam non est ei cura de ouibus. haec tibi, quia me consuluisti, frater dilectissime, qua existimaui ueritate et certa caritate, rescripsi; sed ne meliorem, si inueneris, sequaris sententiam, non praescripsi. melius tamen, quod in his periculis faciamus, inuenire non possumus quam orationes ad dominum deum nostrum, ut misereatur nostri. quod ipsum, ut scilicet ecclesias non desererent, dei dono nonnulli prudentes et sancti uiri et uelle et facere meruerunt et inter dentes obtrectantium a sui propositi intentione minime defecerunt.

15—16 cf. p. 488, 13—14

1 tutiora] utiliora *M* 2 aliquid *M* (d *m. 2 exp.*) *F* alii qui *ZK* dixerunt *ZK* sumus potestate *R* sum *Z* 3 quo*cumque (*fuit* d) *F* cuius] et cuius *ZK* misericordiae *A* 5 impeditos *Z* labore *MFAR* *ante* nolens *2 l.* (no?) *detersae M* uolens *Z* 6 effugia *R* 7 isti *ras.* (*ex* iste?) *F* autem] enim *R* 8 manendum est qui *PZK* *edd.* 9 propter quos] pro quibus *P* 11 ut] aut *Z* ministerium necessarium *A* 13 uel *ZK* gregis *ZK* 15 ueniente *K* 16 qui a me *A* 17 existimauit (*postr. l. exp.*) *F* 18 sed—praescripsi *om. ZK* sequares *A* 19 tamen s quod (s *del.*) *K* quod * in (*fuit* p) *A* 20 orationem, *corr.* orationes *Z* 21 scilicet dei ecclesias *f l r m* 22 deserere *Z* prudentes ut sancti, *m. 1 corr.* prudentes et sancti *M* 24 prepositi *K*

## CCXXIX.

DOMINO MERITO INLUSTRI ET MAGNIFICENTISSIMO ATQUE IN CHRISTO CARISSIMO FILIO DARIO AUGUSTINUS.

1 A sanctis fratribus et coepiscopis meis Urbano et Nouato, qualis sis uir et quantus, accepi, quorum alteri apud Carthaginem in Hilarensi oppido et modo in Siccensi, alteri autem apud Sitifim te nosse prouenit. per hos ergo factum est, ut nec ego te habere incognitum possem. neque enim, quia me infirmitas corporis et geminum frigus, id est hiemis et aetatis, non sinit coram tecum conloqui, ideo non te uidi; nam iste mihi etiam praesens, quando ad me uenire dignatus est, ille autem litteris non faciem tuae carnis sed cordis ostendit, ut tanto suauius quanto interius te uiderem. hanc faciem tuam etiam in sancto euangelio et nos et tu ipse propitio deo tamquam in speculo laetissimus inspicis, ubi scriptum est a ueritate dicente: Beati pacifici, quoniam filii dei uocabuntur.

2 Magni quidem sunt et habent gloriam suam non solum fortissimi sed etiam, quod uerioris origo laudis, fidelissimi

12—13 cf. p. 500, 17—19 16 Matth. 5, 9

*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1672 s. IX.*
*L* = *cod. Laurentianus St. Crucis plut. XVII dextr. 2 s. XI.*
*V* = *cod. Vaticanus 495 s. XV.*
*U* = *cod. Vaticanus 499 s. XV.*

*Louanienses hanc epistulam in Vaticanis exemplaribus repertam primi ediderunt.*

3 Augustinus in domino salutem *edd.* 5 carthaginem | et hilarensi *P* 6 larensi *L* autem *om. U* 7 sifitim te nosse *PVU l s r* setifirense, *m. 2* sitifirense *L* peruenit *VU* per os *L* 9 geminum] genitum *V* (*m. 2* congenitum) *U* congenitum *edd.* iemis et *PL* genus *VU edd.* 10 nam (*m. 2* nam et) iste mihi /// (*ras. 1—2 l.*) praesens *V* nam iste mihi et praesens *U* nam et iste mihi praesens *edd.* 12 autem] ante *l s* faciem non *L* 13 te *om. L* tuam et in *VU edd.* 15 lėtissimo *L* 19 origo *scripsi;* ergo *P* est *L* genus est *VU edd.*

bellatores et quorum laboribus atque periculis dei protegentis atque opitulantis auxilio hostis indomitus uincitur, quies rei publicae pacatisque prouinciis comparatur; sed maioris est gloriae ipsa bella uerbo occidere quam homines ferro et adquirere uel obtinere pacem pace non bello. nam et hi, qui pugnant, si boni sunt, procul dubio pacem sed tamen per sanguinem quaerunt; tu autem, ne cuiusquam sanguis quaereretur, es missus. est itaque aliis illa necessitas, tibi ista felicitas. proinde, domine merito inlustris et magnificentissime atque in Christo carissime fili, gaude isto tuo tam magno et uero bono et fruere in deo, unde sumpsisti, ut talis esses et talia gerenda susciperes. confirmet deus, quod per te operatus est nobis. accipe hanc salutationem nostram et tuam dignare rependere. sicut mihi scripsit frater Nouatus, egit, ut me excellentia et eruditio tua etiam in meis opusculis nosset. si ergo legisti, quae dedit, ego quoque innotui interioribus tuis sensibus non multum displicens, quantum existimo, si propensiore caritate quam seueritate legisti. non est multum sed multum gratum, si pro litteris nostris et his et illis unam nobis epistulam reddas. saluto etiam pignus pacis, quod domino deo nostro adiuuante feliciter accepisti, ea dilectione, qua debeo.

4 cf. p. 500, 22—24 10—13 cf. p. 501, 11—14 12 Ps. 67, 29

1 *pro* et *ras. 1—2 l. V* et *om. edd.* 2 uincitur et quies *VU edd.* 3 prouinciis (ii *ex corr. m. 2*) *P* 4 ista *L* 7 ne* *V* sanguinis quereretur est missus *L* 11 uere *VU edd.; cf. p. 501, 11* et *ante* fruere *om. L* 13 digna *L* 16 dedi *L* 17 displicent *VUm* displicet *lsr* 20 et *VU edd.*

## CCXXX.

DARIUS AUGUSTINO DOMINO SUO SALUTEM.

1 Utinam, domine sancte pater, ut meum nomen ad aures tuas coepiscoporum, ut ais, tuorum Urbani et Nouati benigna erga me gratia faciente perlatum est, ita memet ipsum deus omnium deus tuus manibus tuis atque oculis obtulisset, non quo maiorem aut forsitan talem, qualem tantorum uirorum apud te beniuolus sermo et litterarum commendatio fecerat, tui me probauisset melior lima iudicii, sed ut caelestis sapientiae tuae uerissimos atque inmortales fructus ore tuo potius ueluti cuiusdam purae aquae dulcedinem ab ipso fontis praesenti ac perpetuo liquore sumpsissem! o me non modo ter aut quater, ut apud nescio quem est, sed miliens et omni numero plus beatum, si mihi datum esset praesenti intueri tuos uere sidereos uultus uocemque diuinam ac diuina canentem non solum mentis fructu sed etiam cum aurium iucunditate sumere et haurire licuisset! putarem profecto me quasdam inmortalitatis leges non modo de caelo sed in ipso constitutum caelo suscipere et quasdam dei uoces non longe de templo sed propter ipsum dei adstantem tribunal audire.

2 Haec ut mihi contingerent, propter ardentissimum tui desiderium forsitan merebar, propter conscientiam, fateor, non

13 Verg. Aen. I 94

*Idem codices, qui in ep. CCXXIX.*

*Louanienses hanc epistulam in Vaticanis exemplaribus repertam primi ediderunt.*

4 ut agis *L* 7 qualem] quorum *P* 8 mentio *VU edd.* 9 probabis sed *P* probabis *L* probasset *VU edd.* 11 potius ut cuiusdam puri eaque dulcedine *L* 12 praesentis *L* mē *L* 13 sed similies *L* 15 hac *PL* 16 non, *corr.* et non *VU* et non *edd.* fructus *PVU edd.* etiam *m. 2 U* 17 iocunditatē *L* aurire *PL* 19 constituto *L* 20 prope *LVU edd.* adstantis *L* 21 hoc *VU edd.* contingeret *PVU edd.* 22 merebor *PL*

merebar. sed absens quoque cepi fructus cupiditatis bonae non minimos. et est mihi de secundis bonis bonorum summa perfectio. commendatus sum ei, cui uellem, ore sanctorum et duorum locis ac regionibus inter se distantium sacerdotum: unius, quod iam dixi, de me beniuolus sermo et praesens, ut ita dicam, testimonium, alterius eiusdem sênsus parilisque sententiae uolantia ad te scripta concurrunt. coronam mihi apud te quandam tanti ac tales uiri non uiridantium florum germine sed gloriosae uocis testimonio tamquam quibusdam perpetuitatis gemmulis texerunt. quod deum summum oro pro te et tuam intercessionem, sancte pater, expostulo, ut, quoniam minime mihi testimonii tanti sum conscius, esse mihi tali uel quandoque proueniat. iam illa nonne omnia absentiae meae detrimenta uicerunt, quod ipse nos conloqui, quod scribere, quod salutare dignaris et absentem me absente esse non pateris? dolebam me σωτῆρι meo post deum σωτῆρα non uisum; at tamen non carnis faciem — sic enim ais — sed, quod plus est, cordis adtendis eoque uisus sum tibi esse iucundior, quo penitus inspexisti. faxit deus, ut iudicio, mi pater, tuo respondeam nec sim apud meam conscientiam reus, cum talem me, qualem tibi ipse formasti, interius ego non uideam.

3 Bella me in eadem diuina ac caelesti epistula tua ex more tibi, quod laudare uelles, eloquentia ministrante, bella me, inquam, uerbo ais occidere. hic uero, mi sancte pater, animus

17—19 cf. p. 497, 12—13 22—24 cf. p. 498, 4

1 coepi *P* pone, *m. 1 corr.* bone *L* 3 more *L* sacrorum *l s r* 4 hac *P* 5 beniuolo seruo *L* 7 uolanti *L* 8 hac *P* 10 texerunt, *corr.* texuerunt *V* texuerunt *edd.; cf. Neue-Wagener Formenlehre III p. 396* propter quod *VU edd.* 11 ut] et *U* 12 testimoniũ *P* talem *VU edd.* 14 alloqui *V edd.* 15 absente me absentem *LVU edd.* 16 σωτῆρι *spatio 4 fere l. relicto om. V l s r, nullo spatio relicto U m* meo] modo *VU edd.* σωτῆρα *spatio 6—7 l. relicto om. V edd., spatio 14 fere l. relicto U* uisu at tu meis facie sic *L* 17 faciẹ *P* 19 penitius *edd.; cf. Liu. I 25, 13* fassit *PVU* faciat *L* 20 nec sim] non solum *L* 22 uelle me in ea clara diuina *L* hac *P* 23 ministrantem *PL* bella] uelle *L* 24 inquam] in quo *L*

mihi tamquam e quibusdam cogitationum tenebris, quasi ueras sui laudes recognouisset, emersit. ut enim totum breuiter ac simpliciter beatitudini tuae confitear, si non extinximus bella, certe distulimus et deo opitulante omnium principe, quae iam usque ad quendam calamitatum apicem increuerant mala, sopita sunt. spero tamen ab eo, a quo, quicquid bonum est, totum sperare debemus, quin etiam de ipsius epistulae tuae auguror benedictione tam larga, tam certa, ut haec ipsa bellorum, quam dixi, dilatio pacis habeat teneatque perennem ac perpetuam firmitatem. dixisti enim et perpetua dei lege fixisti, ut gaudeam isto, ut tu ais, meo tam magno et uere bono et fruar in deo, unde sumpsisse me dicis, ut et talis essem et talia gerenda susciperem. conectis deinde: Confirmet, inquis, deus, quod per me operatus est uobis. o uota non modo pro me sed pro salute omnium nuncupata! nec enim mea ista gloria separari a salute omnium potest et, ut ego orationibus tuis felix esse possim, una mecum omnes felices esse necesse est. diu, pater, pro Romano imperio, pro Romana re publica, pro his etiam, quos dignos esse tibi occurrerit, talia uota sumas ac nuncupes, quandoque te serus in caelum tollis, tradas posteris mandesque sequentibus.

4 Satis progressus sum fortasse, quam debui, sed parum locutus certe, quam uolui. confiteor enim: scribens ad te uultus mihi tuos tamquam praesentis imaginor et, cum olim me sermo rudis et inops lingua deficiat, tamen, quasi coram tecum conloquar fabulerque, non satior. proinde hinc etiam nostra in te desideria metire. cum iam diu finem mereretur

10—14 cf. p. 498, 10—13  20 cf. Hor. carm. I 2, 45

3 hac *P*  4 bella] uel *L*  7 de ipsius *om. PVU edd.*  8 benedictionem tam larga tam certa *l* benedictionem tam largam tam certam *s r m*  9 teneatque] teneant *P* teneat *L* tene *U*  10 hac *P*  lege dei *U*  11 et] ac *VU edd.*  14 me] te *VU edd.*  uobis] nobis *V l r m* in nobis *s*  16 mea] ea *L*  20 sumus *L*  hac *PL*  te *om. PL*  serus] usque *VU edd.*  22 satis, *corr.* satius *V* satius *l s et addita in marg. coniectura* latius *r*  27 in te *om., post* desideria *s. u. m. 1 add. U*

epistularis paginae forsitan ingrata uerbositas, subtrahimus uerecundiam, dum cupiditati consulimus et sermonem relinquere esse a te recedere suspicamur. nolo ergo non desinere, sed non possum. si enim credis, mi pater, ex eo nostris sensibus ac praecordiis inhaesisti, ex quo non contenti tua fama tam gloriosa, tam maxima scriptis te tuis intueri maluimus, cum una mihi atque haec breuis epistula tua ardoris tantas flammas incendiaque commouerit. unde deprecamur te ac tota mente deposcimus, ut, quoniam gentiles ritus te etiam legendo ut numquam alias abunde affatimque contempsimus — quamquam enim a parentibus, ab auis et postrema usque gentis prole Christi iura percepimus, tamen aliquotiens sensibus nostris superfluae superstitionis superba uanitas inerrabat —, peto, ut etiam confessionum libros a te perscriptos nobis mittere ac donare digneris. si enim alii quoque prono animo ac benigna mente tua nobis scripta largiti sunt, quanto magis de tuis ipse excusare non debes!

5 Fertur satrapae seu regis potius cuiusdam epistula deum dominum Christum deprecantis, cum intra Iudaeae regiones adhuc uersaretur et necdum in caelum suum remeauerat, quoniam is ad eum ire ac pergere per aegritudinem praepediretur et sanari aliter se posse non crederet, ad se, si dignaretur, mundi salus ac medicina decurreret; et ne tantae maiestati, quam ignarus rex prouida sed non perfecta mente conceperat, iniuriam fieri uideretur, laudasse insuper suam dicitur

9—12 cf. p. 508, 13—16 18 Euseb. hist. eccl. I c. 13 (Migne patrol. gr. XX p. 119, 17—123, 19)

1 pagina *L* 3 a te] aut *L* 4 ex eo] adeo *VU edd.* 5 hac *PL* 6 me *VUls et addita in marg. coniectura* te *r* maluimus per quibus adulari tibi quod possum cum una *L* 7 tantis *L* 8 hac *PL* 9 deposcimur *P* 11 ab auis *om. L* ab auiis *P* 14 etiam ut *U* 15 hac *PL* quoque *in fine u. om., m. 1 add. P* prono] pro bono *L* 16 hac *P* 18 satrapis *L* 19 cum] dum *U* iudea regione *L* 20 uersatur, *a. m.* uersaretur *P* 21 his *P* hac *P* haec (e *exp.*) *L* pro egritudine *L* 23 salis *PL* hac *PL* tanti *L* 25 iniuria *VU edd.; cf. ep. LXXXIII p. 389, 2; CXXVI p. 9, 29* facere *L*

ciuitatem, ut pulchritudine urbis et regis hospitio deus inlectus preces supplicis non dedignaretur. adfuit deus regi, sanatus est; et amplificato petitionis munere per epistulam non modo salutem ut supplici sed etiam securitatem ut regi transmisit; iussit insuper eius urbem ab hostibus in perpetuum esse ac semper immunem. quid his addi beneficiis potest? ego humilis et regum seruus a te meo domino peto, ut apud istum Christum, omnium dominum ac principem deum, cotidie pro meis peccatis intercedere ne cuncteris ac pro me indefessus ores ac petas, quicquid ipse uolueris.

6 Si tibi taedium adfert longa epistula nostra, hoc tuae magnanimitatis patientia moderare et tibi inputa, quoniam ipse iussisti. oramus tamen atque identidem deprecamur, ut iterum scribas; hinc enim fiet, ut libenter suscepisse te scripta nostra suspicari possimus. deus donet nobis beatitudinem tuam per multos annos pro nobis orantem, domine uere sancte pater. filius noster Verimodus multum salutat beatitudinem tuam, qui admodum gratulatus est, quod epistula ad nos tua eius mentionem fecisse dignatus es. nescio qua medicamenta ab archiatro, qui nobiscum est, accepta dedimus Lazaro sancto presbytero ad tuam beatitudinem deferenda; quae, ut uir memoratus adfirmat, ad leuationem doloris et morbi curationem non parum proficient.

1 regis et urbis *U* 5 perpe*tuum *P* hac *PL* 6 is *L* homulus *L* 8 omnium dominum *om. VU edd.* 8; 9 (*bis*) hac *PL* 11 mea *L edd.* tua *U* 13 atque idem *L* 14 hinc] sic *VU edd.* mea *edd.* 17 multum *om. VUm* plurimum *L* 18 quimamodum *L* quid *L* epistula, *m. 2* in epistula *V* in epistula *edd.* 19 quae *VU edd.* 20 arciatro *PL* arriatro *VUls et addita in marg. coniectura* archiatro *r* lazapo *VUm* Zazapo *lsr* · sacro *L edd.* 21 deferendam qua *P* 22 ad leuiationem *L* alleuationem *P* ad alleuiationem *VUlsm* ad alleuationem *r*

## CCXXXI.

AUGUSTINUS SERVUS CHRISTI MEMBRORUMQUE CHRISTI DARIO FILIO MEMBRO CHRISTI IN IPSO SALUTEM.

1 Quod acceperim libenter litteras tuas, mea rescripta indicio esse uoluisti. ecce rescribo et tamen rescriptis hoc indicare non possum uel istis uel quibuslibet aliis, siue breuiter siue prolixissime scribam; neque enim aut paucis aut multis uerbis indicari potest, quod indicari uerbis non potest. et ego quidem parum eloquor, etsi multum loquor; sed nulli eloquenti omnino concesserim, ut qualicumque et quantacumque epistula sua affectum explicet, quem fecit in me tua, quod non possum ego, etiam si eum possit ita in animo meo uidere sicut ego. restat ergo sic tibi indicare, quod scire uoluisti, ut in uerbis meis, et quod non indicant, sentias. quid igitur dicam nisi delectatum me esse litteris tuis ualde *ualde*? repetitio uerbi huius non est repetitio sed quasi perpetua dictio; quia enim fieri non posset, ut semper diceretur, ideo factum est, ut saltem repeteretur; sic enim fortasse dici potest, quod dici non potest.

2 Hic si quaerat aliquis, quid me tandem in tuis tam ualde litteris delectauerit, utrum eloquium, respondebo: 'Non'; et ille forsitan respondebit: 'Ergo laudes tuae'; sed de his quoque respondebo: 'Non' nec ideo, quia non sunt ista in illa epistula; nam et eloquium ibi tantum est, ut et optimo te natum ingenio et talibus disciplinis satis eruditum praeclaris-

*Idem codices, qui in ep. CCXXIX et CCXXX.*

*Louanienses hanc epistulam in Vaticanis exemplaribus repertam primi ediderunt.*

4 libenter *om. PVU l s r* 7 pacis *L* 8 indicare potest *P* 9 loquor] loquar *VU edd.* nullo *U* 11 quae *l s r* in me tua, *corr.* in mente tua *V* in mente tua *L edd.* 12 etsi *VU edd.* in *om. U* 15 ualde ualde] *alterum* ualde *ex coniectura in marg. add. r* delectatum ualde *m* 16 enim *om. VU edd.* 18 quod dici non potest *om. VU edd.* 20 in tuis | in tuis (*bis*) *P* 23 sint *VU edd.*

sime luceat, et prorsus plena est meis laudibus. 'ergone', ait quispiam, 'non te ista delectant?' immo uero; 'neque enim mihi', ut ait quidam, 'cornea fibra est', ut haec non sentiam uel sine delectatione sentiam. delectant et ista; sed ad illud, quo me ualde dixi esse delectatum, quid sunt ista? nam eloquium tuum me delectat, quoniam grauiter suaue est uel suauiter graue; meis autem laudibus cum profecto nec omnibus delecter nec ab omnibus sed eis, qualibus me dignum esse arbitratus es, et ab eis, qualis es, id est qui propter Christum diligunt seruos eius, etiam laudibus meis me delectatum in litteris tuis negare non possum.

3 Viderint graues et periti uiri, quid de illo Themistocle sentiant, si tamen hominis nomen uerum recolo, qui cum in epulis, quod clari et eruditi Graeciae facere solebant, canere fidibus recusasset et ob hoc indoctior haberetur totumque illud iucunditatis genus aspernatus esset, dictum illi est: 'Quid ergo audire te delectat?' ad quod ille respondisse fertur: 'Laudes meas'. uiderint ergo, quo fine qua intentione illud dixisse crediderint uel ipse qua dixerit. erat enim secundum hoc saeculum uir magnificus. nam etiam cum ei dictum fuisset: 'Quid igitur nosti?' 'Rem publicam', inquit, 'ex parua magnam facere'. ego autem, quod ait Ennius: 'Omnes mortales sese laudari exoptant', partim puto adprobandum partim cauendum. ut enim appetenda est ueritas, quae procul dubio est, etiam si non laudetur, sola laudabilis, sic ea, quae facile subrepit, uanitas in hominum laude fugienda est; haec est autem, cum uel ipsa bona, quae laudatione digna sunt, non putantur

2 Pers. 1, 47 12 Cic. pro Arch. 9, 20; Plut. Them. 2 22 Enn. Ann. u. 560 (ed. Vahlen.)

2 delectant (a *radendo incertum*) *P* 4 ad illū quo *L* ad illum quod *P* 5 dixisse *PV* (*corr.* dixi esse) 6 delectet *L* 10 etiam] et *U* 12 uiderunt *P* 13 nomen hominis *P* 15 fidelibus *L* 17 te audire *L* 18 fine et qua *edd.* illud] id eum alii *L* 19 crediderit *U* 20 cum ei] cui ei *P* 21 rem publicum (*m. 2* publicam) *L* magna *PL* 22 esse *L* 24 appetanda *L* 25 sic etiam ea *U m* subripit *L* 26 fingenda *P* uel cum *VU edd.* bonaque laudatione *L*

habenda, nisi laudetur ab hominibus homo, uel ea quoque uult in se multum quisque laudari, quae aut exigua laude aut etiam uituperatione digniora sunt. unde Horatius Ennio uigilantior ait:

Laudis amore tumes? sunt certa piacula, quae te
ter pure lecto poterunt recreare libello.

4 Ita tumorem de amore laudis humanae uelut serpentis morsum medicinalibus uerbis quasi excantandum putauit. docuit itaque nos per apostolum suum magister bonus neque propterea nos recte uiuere et recte facere, ut laudemur ab hominibus, id est finem recti nostri non in hominum laudibus ponere et tamen propter ipsos homines quaerere laudes hominum. etenim cum laudantur boni, non laudatis sed laudantibus prodest. nam illis, quantum ad ipsos adtinet, quod boni sunt, sufficit; sed eis, quibus expedit imitari bonos, gratulandum est, cum ab eis laudantur boni, quoniam sic indicant eos sibi placere, quos ueraciter laudant. dicit ergo apostolus quodam loco: Si hominibus placerem, Christi seruus non essem, et idem dicit alio loco: Placete omnibus per omnia, sicut et ego omnibus per omnia placeo, sed adiungens causam: Non quaerens, quod mihi utile est, sed quod multis, ut salui fiant. ecce, quod quaerebat in laude hominum, ubi etiam dicebat: De cetero, fratres, quaecumque sunt uera, quaecumque pudica, quaecumque casta, quaecumque sancta, quaecumque carissima, quaecumque bonae famae, si qua uirtus, si qua laus, haec

5 Hor. Ep. I 1, 36—37 11 Pers. 1, 48 17 Gal. 1, 10 19 I Cor. 10, 32—33 23 Phil. 4, 8—9

1 nisi ut laudetur *L* 3 oratius *PL* 5 tumes? sunt] tumescunt *P* sunt certa piacula] cui certa piacula sunto *Vls* cui certa piacula sumpto *U* quae te te pure lecto *P* quae te perlecto *V* (per *in ras.*) *Uls* 7 uel ad serpentis *P* uel a serpentis *L* uel ad se penitus *U* uel a se penitus *V* (*post* a *ras.*) *edd.; scripsi* uelut serpentis 8 putabit *P* 9 *post* suum *ras. V* 10 uiuere et recte *om. VU edd.* laudaremur *L* 13 prodeest *P* 21 querens inquit quod *L* 22 quid *LV edd.*

cogitate; quae didicistis et accepistis et audistis et uidistis in me, haec agite et deus pacis erit uobiscum. cetera igitur, quae supra commemorauit, uirtutis nomine amplexus est dicens 'si qua uirtus'; illud autem, quod subiecit 'quaecumque bonae famae', alio uno uerbo congruo prosecutus est dicendo 'si qua laus'. quod itaque ait: Si hominibus placerem, Christi seruus non essem, sic utique accipiendum est, tamquam dixerit: 'Si bona, quae facio, fine laudis humanae facerem, laudis amore tumescerem'. uolebat ergo apostolus placere omnibus et eis placere gaudebat, non quorum laudibus tumescebat in se ipso, sed quos laudatus aedificabat in Christo. cur ergo me non delectet laudari abs te, cum et uir bonus sis, ne me fallas, et ea laudes, quae amas et quae amare utile ac salubre est, etiam si non sint in me? neque hoc tibi tantum sed etiam mihi prodest. si enim non sunt in me, salubriter erubesco atque, ut sint, inardesco. ac per hoc, quae agnosco mea in laude tua, gaudeo me habere et abs te illa ac me ipsum diligi propter illa; quae autem non agnosco, non solum, ut ipse habeam, desidero consequi uerum etiam, ne semper in mea laude fallantur, qui me sinceriter diligunt.

5 Ecce quam multa dixi et, quid sit illud, quod me longe amplius eloquio tuo, longe amplius laudibus meis in tuis litteris delectauit, non adhuc dixi. quid autem putas esse, o bone homo, nisi quod te talem uirum etiam non uisum feci amicum, si tamen non uisum dicere debeo, cuius non corpus sed animum in ipsis tuis litteris uidi, ubi de te non sicut antea fratribus meis sed mihi credidi? quis enim esses, iam

1 cogitantes *l s r* que *cum perparua uirgula super* ę *P* 2 uobiscum et ceta igitur *L* 3 commemoraui *codd. edd.; emendaui* commemorauit 5 congruo uerbo *U* 8 itaque *codd. edd. praeter m* est *om. VU edd.* 12 *post* me *ras. V* me me (*bis*) *U* 13 nec (c *uix m. 1*) *V* nec *l s r* 14 ames *VU edd.* hac *P* 15 prodeest *P* 17 hac *PL* per hoc quod *LVU l s r* per quod *m* 18 hac *PL* 20 ne] ut *U* 25 etiam] et *VU edd.* 26 tamen nouissimum dicere *VU l s* debet *P* 27 animam *VU edd.*

quidem acceperam, sed qualis erga me esses, nondum tenebam. ex hac amicitia tua etiam laudes meas, quae me quo fine delectent, satis dixi, multo uberius ecclesiae Christi non dubito profuturas, quando quidem etiam labores meos in defensione euangelii aduersus reliquias impiorum daemonicolarum sic habes, sic legis, sic amas, sic praedicas, ut in eis tanto fiam notior, quanto es ipse nobilior; eos enim latentes inlustris inlustras clarusque declaras et, ubi prodesse posse perspicies, ignorari omnino non sines. si, unde id sciam, quaeris, talis mihi apparuisti in litteris tuis. hinc iam uide, quantum me illae litterae delectare potuerint, si bene de me existimans cogitas, quantum me Christi lucra delectent. iam uero quod te ipsum, qui, ut scribis, a parentibus, ab auis et postrema usque gentis prole Christi iura percipere potuisti, tamen aduersus gentiles ritus ut numquam alias eisdem laboribus meis adiutum esse significas, parumne cogito, quantum boni aliis et quam multis, quam claris et quam facile quamque salubriter per illos ceteris, quibus talia conueniunt, possint scripta nostra te commendante ac disseminante conferre? aut hoc cogitans possumne paruorum uel mediocrium gaudiorum iucunditate perfundi?

6 Quia igitur non potui uerbis explicare, quantam delectationem de tuis litteris ceperim, unde me delectauerint, dixi. iam quod nequiui satis dicere, id est quantum delectauerint, tibi coniciendum relinquo. sume itaque, mi fili, sume, uir bone et non in superficie sed Christiana caritate Christiane, sume, inquam, etiam libros, quos desiderasti, confessionum mearum; ibi me

13—16 cf. p. 502, 9—12

3 profutura *PL* 7 latenter *VUlsm* 11 existimas *V* (as *in ras.*) *edd.* 13 a parentibus sed postrema *spatio 3 l. ante* sed *relicto L* ab abis *P* 16 et quantum multis *PLU* 18 nostra (nostr *ex corr. m. ut uid. 1*) *P* 19 hac *PL* atque *VU edd.* 21 perfundis *L* 23 coeperim *P* 25 fili* (*fuit* i) *P* 26 superfacie *L* sed in christiana *m* etiam inquam *U* //////// inquam *V* inquam (*om.* etiam) *edd.*

inspice, ne me laudes ultra, quam sum, ibi non aliis de me crede sed mihi, ibi me adtende et uide, quid fuerim in me ipso per me ipsum. et si quid in me tibi placuerit, lauda ibi mecum, quem laudari uolui de me, neque enim me, quoniam ipse fecit nos et non ipsi nos; nos autem perdideramus nos, sed, qui fecit, refecit. cum autem ibi me inueneris, ora pro me, ne deficiam, sed perficiar; ora, fili, ora. sentio, quid dicam, scio, quid petam; non tibi uideatur indignum et quasi ultra merita tua; fraudabis me magno adiutorio, si non feceris. non solum tu sed etiam omnes, qui me ex ore tuo dilexerint, orate pro me. hoc eis me petiuisse indica aut, si multum nobis tribuitis, iussisse nos existimate, quod petimus; et tamen date petentibus uel obtemperate iubentibus. orate pro nobis. lege litteras dei et inuenies ipsos arietes nostros apostolos petisse hoc a filiis suis siue praecepisse auditoribus suis. ego certe, quoniam hoc a me petisti pro te, quantum faciam, uidet, qui exaudiat, qui uidebat, quia et ante faciebam; sed redde etiam in hac re dilectionis uicem. praepositi uestri sumus, grex dei estis; considerate et uidete pericula nostra maiora esse quam uestra et orate pro nobis. hoc enim et nobis conducit et uobis, ut bonam rationem de uobis reddamus pastorum principi et omnium nostrum capiti pariterque euadamus huius mundi periculosiores blanditias quam molestias, nisi cum pax eius ad hoc proficit, quod apostolus orare nos monuit, id est ut quietam uitam et tranquillam agamus in omni pietate et caritate. si enim desit pietas et caritas, quid est ab illis et a ceteris mundi malis tranquillitas et quies

5 Ps. 99, 3 18 I Petr. 5, 2; Hier. 13, 17 21 I Petr. 5, 4 25 I Tim. 2, 2

1 ne] ibi *L* 7 perficiar] perficiam *L* 10 me *om. LVU edd.* 11 ut *codd. l s et addita in marg. coniectura* aut *r* ct *m* 12 tribuistis *L* existimare *U* 14 dei] dum *P* diuinas *VU edd.; cf. ep. XCIII p. 477, 4* petiisse *m* 15 auditoribus *fortasse ex* adiutoribus *V* adiutoribus *PLU* 16 petiisti *m* faciat *L* 20 conducitc uobis *L* condecet et uobis *PVU edd.* 23 modi *L* 24 id est *om. LVU edd.* 25 quictam et tranquillam uitam *L* et tranquillam *om., s. u.* *m. 1 add. P* agamur *P* 27 ab ellis (*sic!*) *P*

nisi luxuriae perditionisque materies siue inuitamentum siue adiumentum? ut ergo habeamus quietam et tranquillam uitam in omni pietate et caritate, quod oro pro uobis, orate pro nobis, ubicumque estis, ubicumque sumus; nusquam enim non est, cuius sumus.

7 Misi et alios libros, quos non petisti, ne hoc tantum modo facerem, quod petisti: de fide rerum, quae non uidentur, de patientia, de continentia, de prouidentia et unum grandem de fide et spe et caritate. hos omnes si, dum es intra Africam, legeris, iudicium tuum mitte de illis, aut mitte nobis aut, quod nobis a domino sene Aurelio mittatur, ibi dimitte. quamquam et, ubicumque fueris, speramus inde litteras tuas et hinc tu, dum possumus, nostras. suscepi gratissime, quae misisti, ubi et salutem meam quamuis corporalem, quoniam uis me utique sine impedimento malae ualitudinis deo uacare, et bibliothecam nostram, ut sit, unde libri uel parentur uel reparentur, adiuuare dignatus es. rependat tibi dominus et hic et in futuro saeculo bona, quae talibus, qualem te esse uoluit, praeparauit. pignus pacis apud te depositum nostrumque utrique dulcissimum sicut ante a me salutari ita nunc resalutari peto.

2 I Tim. 2, 2    18 I Cor. 2, 9

3 caritate quod pro uobis *P* caritate oro pro uobis *L* caritate quod nos pro uobis *VU edd.*    6 nisi *L*    *post* ne *parua ras. V*    9 infra *VUlsr*    10 tuum de illis (*om.* mitte) *L*    11 quod uobis *lsr* quo nobis *m*    sine *P* fratre *VU edd.*    13 suscipe *PL*    15 uacere *L*    16 sint *PVU edd.*    20 resalurita|ri *P*

## CCXXXII.

DOMINIS PRAEDICABILIBUS ET DILECTISSIMIS FRATRIBUS MADAURENSIBUS, QUORUM PER FRATREM FLORENTIUM EPISTULAM ACCEPI, AUGUSTINUS.

1 Si forte illi, qui inter uos catholici Christiani sunt, talia mihi scripta miserunt, hoc tantum miror, quod non suo potius quam ordinis nomine. si autem re uera omnes aut prope omnes ordinis uiri ad me dignati estis litteras dare, miror, quod 'patri' et 'in domino salutem' scripsistis, quorum mihi superstitiosus cultus idolorum, contra quae idola facilius templa uestra quam corda clauduntur uel potius quae idola non magis in templis quam in uestris cordibus includuntur, cum magno est dolore notissimus, nisi forte iam de salute ipsa, quae in domino est, per quam me salutare uoluistis, tandem prudenti consideratione cogitatis. nam si non ita est, quaeso uos, quid laesi, quid offendi beniuolentiam uestram, ut me titulo epistulae uestrae inridendum potius quam honorandum esse putaretis, domini praedicabiles et dilectissimi fratres?

2 Quod enim scripsistis: 'Patri Augustino in domino aeternam salutem', cum legerem, tanta spe subito erectus sum, ut crederem uos ad ipsum dominum et ad ipsam aeternam salutem aut iam esse conuersos aut per nostrum ministerium desiderare

*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P*[1] = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

2 fratres, *m. 1 corr.* fratribus *P* 3 florentinum *MFP*[1] *edd. praeter a* 5 sunt christiani *R* alia *P* 8 uiri] uestri *A* dari *MF* 9 supersticiosi *R* 10 contraq; idola *PMA* 11 quae] q;, *m. 2* quia *M* quod *A* 12 dolore est *R* 13 notissimus, *m. 2* notissimū *M* notissimum *P* ni *P* 14 per quem *m; cf. p. 512, 19; 515, 12* 15 cogitetis *MFAR edd. praeter m* 16 epł̄ure *M* 18 dił fr̄s *M* 19 scripsisti *A* 22 esse iam *A* desiderare] uelle *R*

conuerti. sed ubi legi cetera, refriguit animus meus; quaesiui tamen ab epistulae perlatore, utrum iam uel essetis Christiani uel esse cuperetis. cuius responsione posteaquam comperi nequaquam uos esse mutatos, grauius dolui, quod Christi nomen, cui iam totum orbem subiectum esse conspicitis, non solum a uobis repellendum sed etiam in nobis inridendum esse credidistis. non enim potui cogitare alterum dominum, secundum quem posset episcopus 'pater' a uobis uocari, praeter dominum Christum et, si esset hinc aliqua de interpretatione uestrae sententiae dubitatio, subscriptione epistulae tolleretur, ubi aperte posuistis: 'Optamus te, domine, in deo et Christo eius per multos annos semper in clero tuo gaudere'. quibus omnibus perlectis atque discussis quid aliud mihi occurrere potuit aut cuilibet homini potest nisi aut ueridico aut fallaci scribentium animo haec esse conscripta? sed si ueridico animo ista scribitis, quis uobis ad hanc ueritatem interclusit uiam? quis aspera dumeta substrauit? quis rupium praerupta inimicus opposuit? postremo quis basilicae ianuam ingredi cupientibus clausit, ut in eodem domino, per quem nos salutatis, eandem salutem nobiscum habere nolitis? si autem fallaciter atque inridenter haec scribitis, itane tandem mihi negotia uestra curanda inponitis, ut nomen eius, per quem aliquid possum, audeatis non ueneratione debita adtollere sed insultatione adulatoria uentilare?

3 Sciatis me, carissimi, cum ineffabili pro uobis tremore cordis haec dicere; noui enim, quanto grauiorem et perniciosiorem

1 ubi] cum *R* 2 ab epł platorē *M* uel* (*fuit* l) *F* 5 non] ut non *M* 6 ridendum $P^1$ credidisti *A* 8 quem] quod *P* pater uobis, *m. 1 corr.* pater a uobis *F* a uobis pater *R* appellari *R* 9 aliqua hinc *R* hic aliqua *PF* sententiae nostrae *R* 10 epł *M* aepistola *F* 11 te *om.* *MFAR* 13 mihi aliud *edd.* 15 si *om.* *A* 17 dumeta subtrauit *F* dum eta (*m. 2 iunctum*) substrauit *M* dum asubstrauit, *m. 2* duma substrauit $P^1$ praeru*pta (m *eras.*) *P* 22 curan/// (n *ex* m) da *P* possum' (= possumus) *R* 23 non deueneratione *R* sed insalutatione *AR* 25 Kme *A*

causam sitis habituri apud deum, si frustra uobis haec dixero. omnia, quae praeteritis temporibus erga humanum genus maiores nostri gesta esse meminerunt nobisque tradiderunt, omnia etiam, quae nos uidemus et posteris tradimus, quae tamen pertinent ad ueram religionem quaerendam et tenendam, diuina scriptura non tacuit, sed ita omnino cuncta transeunt, ut transitura esse praedicta sunt. uidetis certe populum Iudaeorum auulsum a sedibus suis per omnes fere terras disseminatum atque diffusum; et origo eiusdem populi et incrementa et regni amissio et per cuncta dispersio sicut praedicta, ita facta sunt. uidetis certe ex ipso populo uerbum dei legemque prodeuntem per Christum, qui ex illis mirabiliter natus est, omnium gentium fidem occupasse atque tenuisse; ita haec omnia praenuntiata legimus, ut uidemus. uidetis certe multos praecisos a radice Christianae societatis, quae per sedes apostolorum et successiones episcoporum certa per orbem propagatione diffunditur, de sola figura originis sub Christiano nomine quasi arescentia sarmenta gloriari, quas haereses et schismata nominamus; praeuisa, praedicta, scripta sunt omnia. uidetis certe simulacrorum templa partim sine reparatione conlapsa partim diruta partim clausa partim in usus alios commutata ipsaque simulacra uel confringi uel incendi uel includi uel destrui atque ipsas huius saeculi potestates, quae aliquando pro simulacris populum Christianum persequebantur, uictas et domitas non a repugnantibus sed a morientibus Christianis et contra eadem simulacra, pro quibus

1 abituri, *m. 2* habituri *M* apud deum frustra uobis haec dixero si omnia| *P* 5 regionem, *m. 1 corr.* religionem *F* requirendam *R* ////diuina (*ras. 1—2 l.*) *F* 10 ammisio *M* sicut—sunt *om. MFAP*[1] (*in fine pag.*) *R a e* praedic*ta (*fuit* a; ⌒ *m. 2*) *P* 11 populū, *m. ut uid. 1 corr.* populo *P*[1] 12 prodientem *MFAP*[1] 15 pretiosos (o *post* i *m. 1 exp.*) *F* preciosos *A* Christianae societatis] christianitatis *M* 16 successores, *m. 1 supra* ł ones *R* certe *F* 21 dirupta (p *m. 1 exp.*) *P*[1] clusa *M* in alios usus *R* 22 ipsaque] ipsa quippe *P*[1] 23 huius saeculi] mundi huius *R* 25 persequebatur, *m. 1 corr.* persequebantur *P*[1] dominatas *A*

Christianos occidebant, impetus suos legesque uertisse et imperii nobilissimi eminentissimum culmen ad sepulcrum piscatoris Petri submisso diademate supplicare.

4 Haec omnia diuinae scripturae, quae in manus omnium iam uenerunt, ante longissima tempora futura esse testatae sunt; haec omnia tanto robustiore fide laetamur fieri, quanto maiore auctoritate praedicta esse in sanctis litteris inuenimus. numquidnam, obsecro uos, numquidnam solum iudicium dei, quod inter fideles atque infideles futurum esse in eisdem litteris legimus, cum illa omnia, sicut praedicta sunt, uenerint, numquidnam solum iudicium dei uenturum non esse putabimus? immo uero ueniet, sicut omnia illa uenerunt. nec quisquam erit homo nostrorum temporum, qui se in illo iudicio de sua possit infidelitate defendere, cum Christum cantet et iustus ad aequitatem et periurus ad fraudem et rex ad imperium et miles ad pugnam et maritus propter regimen et uxor propter obsequium et pater propter praeceptum et filius propter oboedientiam et dominus propter dominationem et seruus propter famulatum et humilis ad pietatem et superbus ad aemulationem et diues, ut porrigat, et pauper, ut sumat, et ebriosus ad phialam et mendicus ad ianuam et bonus, ut praestet, et malus, ut fallat, et Christianus uenerator et paganus adulator: omnes Christum cantant et, qua uoluntate atque ore cantent, eidem ipsi, quem cantant, rationem sine dubio reddituri sunt.

5 Est quiddam inuisibile, ex quo creatore principio sunt omnia, quae uidemus, summum, aeternum, incommutabile et nulli effabile nisi tantum sibi. est quiddam, quo se ipsa summitas

8 Eccle. 3, 17

1 impetos, *m. 2* impetus $P^1$ 2 petri piscatoris *R* 4 scripturae diuinae *edd.* 5 testata *F* 6 maiori $P^1$ 7 praedicata *FAP*¹*R edd.* in litteris sanctis *R* 10 ueneř $P^1$ nunquid non solum *R* 11 non *om. M* (*m. 1 add.*) *A* (*in fine u.*) putauimus, *m. ut uid. 1 corr.* putabimus *P* 12 illa omnia *MFAP*¹ *edd.* omnia alia *R* ne, *m. 2* nec $P^1$ 13 nostrorum temporum erit homo *R* erat *MA* 14 iustos *M* 15 periuros *M* 20 et *ante* ebriosus *om. R* 23 atq; | recantent (*m. 2* re cantent) *P* 24 sine dubio rationem *R* 27 sibi] sibi bonum *MFAR* quoddam *R*

maiestatis narrat et praedicat, non inpar gignenti atque narranti uerbum, quo ille, qui uerbum gignit, ostenditur. est quaedam sanctitas omnium, quae sancte fiunt, sanctificatrix, ipsius incommutabilis uerbi, per quod narratur illud principium, et ipsius principii, quod pari se uerbo narrat, inseparabilis et indiuisa communio. quis autem hoc totum, quod non dicendo dicere conatus sum et dicendo non dicere, quis hoc possit serenissima et sincerissima mente contueri eoque contuitu beatitudinem ducere atque in id, quod intuetur, deficiens quodam modo se obliuisci et pergere in illud, cuius uisione sibi uilis est, quod est inmortalitate indui et obtinere aeternam salutem, per quam me salutare dignamini? quis hoc possit, nisi qui omnes superbiae suae toros inanes peccata sua confitens complanauerit seque substrauerit mitem atque humilem ad excipiendum doctorem deum?

6 Quoniam ergo a uanitate superbiae prius ad humilitatem deponendi sumus, ut inde surgentes solidam celsitudinem teneamus, non potuit nobis hoc tanto magnificentius quanto blandius inspirari, ut nostra ferocitas non ui sed persuasione sedaretur, nisi uerbum illud, per quod se angelis indicat deus pater, quod uirtus et sapientia eius est, quod corde humano uisibilium rerum cupiditate caecato uideri non poterat, personam suam in homine agere atque ostendere dignaretur, ut

21 I Cor. 1, 24

1 gig*nenti *P* gignendi, *m. 2* gignenti *F* 2 quo illi *F* quod illi *MAR a e* ostenditur] ostenditur bonum *MFAR* 3 quiddam *F* sc̄ae *P* sc̄ę *MFAP*[1] sanctae *a* sancta *m* 5 narrant *A* 6 indeuisa, *m. 1 corr.* indiuisa *F* qus, *m. 1 corr.* quis *F* 9 contuetur *M* quodadmodo, *m. 2* quodāmodo *P*[1] 10 uisione uisibilis *MFR* uisioni uisibilis *A* uisio nobis inuisibilis *P*[1] *l r m* uisione inuisibilis *a e f* 11 et *om. P*[1] optinere eam aeternam salutem *R* 14 subtrauerit *F* 15 ad excipiendum] excipiendo *P* deum doctorem *edd.* 16 qm̄ (m *in ras. m. 1*) *M* a *om. MFAR* (*m. 2 add.*) 18 hoc nobis *edd.* 19 inspirari *postr. l. ras.* (*ex* inspirare?) *A* 20 daretur *P* quod per *P* 23 in hominē *M* hominem (in *om.*) *R*

magis homo timeret extolli fastu hominis quam humiliari exemplo dei. itaque non Christus regno terreno decoratus nec Christus terrenis opibus diues nec Christus ulla terrena felicitate praefulgens sed Christus crucifixus per totum têrrarum orbem praedicatur, quod riserunt prius populi superborum et adhuc rident reliquiae, crediderunt autem prius pauci, nunc populi, quia tunc ad fidem paucorum et contra inrisionem populorum, cum Christus crucifixus praedicaretur, claudi ambulabant, muti loquebantur, surdi audiebant, caeci uidebant, mortui resurgebant. sic tandem animaduertit terrena superbia nihil in ipsis terris esse potentius humilitate diuina, ut etiam saluberrima humilitas humana contra insultantem sibi superbiam diuinae imitationis patrocinio tueretur.

7 Expergiscimini aliquando, fratres mei et parentes mei Madaurenses; hanc occasionem scribendi uobis deus mihi obtulit. quantum potui quidem in negotio fratris Florenti, per quem litteras misistis, sicut deus uoluit, adfui et adiuui; sed tale negotium erat, quod etiam sine opera mea facile peragi posset: prope omnes enim domus ipsius homines, qui apud Hipponem sunt, nouerunt Florentium et multum eius orbitatem dolent. sed epistula mihi a uobis missa est, ut non inpudens esset epistula mea, cum occasione a uobis accepta idolorum cultoribus de Christo aliquid loqueretur. sed obsecro uos, si eum non inaniter in mea epistula nominastis, ut non inaniter uobis

4 I Cor. 1, 23 8 Matth. 11, 5; Luc. 7, 22 11 I Cor. 1, 25

1 fastū *M* (~ *eras.*) *A* fastum *F* humiliare, *m. 1 corr.* humiliari *P* 3 operibus *MFA* ulla (ll *in ras. m. 1*) *P* 6 autem] nunc, *m. 1 corr.* autem *M* 7 ad finem *MFA* 8 ambulant *P* (*m. 2* ambulabant) *R* 9 mu*ti (*fuitne* l?) *F* 11 nihili *postr. l. exp.* $P^1$ terris] terrenis $P^1$ *edd.* 12 insultantem] insalutem *A* 13 imitationis se patrocinio *P* 14 ma*daurenses *P* 16 fratres *A* florenti, *m. 2* florentii *P* florentini *MFA*$P^1$*R edd.* quam *P* 17 deus *om. M* adiuui] audiui *P* 18 posset peragi *M* 19 prope enim omnes *R* 20 nouerant *R* florentinum *MFA*$P^1$*R edd.* 21 esset impudens *R* esse, *m. 2* esset $P^1$ 22 occasione* (*fuitne* m?) *F* accepta uobis (a *om.*) *M* 24 mea *om. M l r* ea *f m*

haec scripserim. si autem me inridere uoluistis, timete illum, quem prius iudicatum inrisit superbus orbis terrarum et nunc iudicem subiectus expectat; erit enim testis affectus in uos cordis mei per hanc, quantum potui, paginam expressus, erit testis uobis in iudicio eius, qui credentes sibi confirmaturus est et incredulos confusurus. deus unus et uerus uos ab omni huius saeculi uanitate liberatos conuertat ad se, domini praedicabiles et dilectissimi fratres.

## CCXXXIII.

### LONGINIANO AUGUSTINUS.

Solere aiunt quendam ueterum dicere, quibus satis persuasum esset, ut nihil mallent se esse quam uiros bonos, his reliquam facilem esse doctrinam. hanc sententiam — nam, si rite recolo, Socratica est — longe antiquior prophetica iam praecesserat praecipiens hominibus breuiter et simul, non tantum ut se nihil malit esse quam bonum, uerum etiam unde fiat bonus: Diliges, inquit, dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente

17 Deut. 6, 5; Matth. 22, 37; Marc. 12, 30; Luc. 10, 27

1 haec *om.* *R* ista *f l r m* 2 orbis superbus *R* 3 expectat subiectus *R* 4 erit] erit enim *A* 5 uobis testis *R*. 6 ab omnibus huius saeculi uanitatibus *R* 7 liberator | *P* praecabiles, *m. 2* praedicabiles *P*[1]

*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*C* = *cod. Casinensis 16*[19] *s. XI.*
*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

12 bonus, *m. 2* bonos *M* 13 nam siri recolo socratis est *A* 15 homini//// *M* (b; *eras.*) *R* (*ras. 1—2 l.*) homini*** (bus *fuisse uid.*) *P* homini *m* 16 mallit *C* malint esse quam bonos uerum etiam unde fiant boni *edd. praeter m; cf. ep. CXL p. 215, 11—13* 18 menta, *m. 1 corr.* mentæ *M*

tua et: Diliges proximum tuum tamquam te ipsum. hoc cui persuasum esset, non ei reliquam facilem sed eam totam esse doctrinam dum taxat utilem ac salubrem. multae enim doctrinae sunt, si tamen doctrinae dicendae sunt, uel superfluae uel noxiae. ueterum libris Christus adtestans: In his, inquit, duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae. proinde, quia mihi uideor inspexisse tamquam in speculo sermocinationis mecum tuae nihil te esse malle quam uirum bonum, deum, quo nihil est melius et unde humanus animus haurit, ut bonus sit, quonam modo colendum credas, audeo percontari; nam quod eum colendum credas, iam teneo. quaero etiam, quid de Christo sentias; quod enim eum non parui pendas, aduerti, sed utrum ea sola uia, quae ab illo demonstrata est, ad uitam beatam perueniri posse existimes et aliqua ex causa non eam neglegas ire, sed differas, an et aliam uel alias ad tam opimam et prae omnibus appetendam possessionem uias esse arbitreris et aliquam earum iam te ingredi credas, nosse cupio non, ut opinor, inpudenter; diligo enim te propter id, quod supra dixi, meque abs te diligi non temere existimo nec ulla de re alia inter eos, qui se beniuole nouerunt, sermo fructuosior uel inpenditur uel reposcitur uel accipitur uel recipitur quam, unde boni beatique simus.

1 Leu. 19, 18; Matth. 22, 39; Marc. 12, 31; Luc. 10, 27 5 Matth. 22, 40

2 reli*quam (n *eras.?*) *P* 6 pendit, *m. 2* pendet *M* 8 me cū (*m. 2 iunctum*) *M* tuę (u *ras. et m. 2 corr., deinde* tuę *del.*) *M* 9 ui///rum (u *pro* i *fuisse uid.*) *M* 11 audeo—credas *om. A* percontari, *m. 2* percunctari *P* percunctari *R* 13 ea et sola *P edd.* 14 est demonstrata *C* 15 et] ut *C* 16 et alium *A* opinam. *m. 2* opimam *P* optimam *M* 17 uas, *m. 2* uias *C* aliquam eorum *MAPR* aliquem eorum *C* 18 non opinor (ut *om.*) *A* ut opinor non *edd.* imprudenter, *m. 1 add.* ł impudenter *R* 21 impeditur, *m. 2* impenditur *P* 22 qua munde, *m. 2* quam unde *super* unde *addito* ł ut *P*

## CCXXXIV.

### DOMINO VENERANDO ET VERE AC MERITO PERCOLENDO SANCTO PATRI AUGUSTINO LONGINIANUS.

1 Beatus sum et relucentis puro uirtutis tuae lumine admodum inlustratus, qui dignum me diuini tui affaminis honore cumulandum esse duxisti. sed graue mihi onus et difficillimam respondendi prouinciam, domine uenerande, satis inponis praecipue tuis percontationibus et sub hoc tempore in talibus explicandis per meae opinionis sententiam, id est a pagano homine, quaestionibus si quidem abundet, quod ex parte uel iam dudum inter nos conuenerit uel nunc identidem litteris magis magisque conueniat praeceptis non dicam tantum Socraticis nec tuis, Romanorum uir uere optime, propheticis aut paucis Hierosolymiticis sed etiam Orpheicis atque Ageticis et Trimegisticis longe ante illis antiquioribus et paene rudibus adhuc saeculis diis auctoribus enatis et toti orbi terrae certis limitibus partitae trifariam diuinitus ostensis, priusquam nomen aut Europa caperet aut Asia acciperet aut Libya possideret uirum bonum, ut tu, medius fidius, et eris et fuisti, si quidem adhuc post hominum memoriam, nisi Xenophontis figmentum *ut* compositae fabulae schema concedas, adhuc audierim, legerim, uiderim neminem aut certe post unum nullum, quod deo teste bono periculo certoque dixerim, nisi te deum et

*Idem codices, qui in ep. CCXXXIII.*

3 longinianis, *m. 2* longinianus *P* 4 pura, *m. 2* puro *M* pure *C* purae *PR* 5 diuni, *m. 2* diuini *M* honore] honore libero *R* 6 graue *cum ras. super* e *M* 7 prouidentiam *A* 8 percontationibus, *m. 2* percunctationibus *P* percunctationibus *AR edd. praeter m* 11 iam *om. MA (in fine u.)* 13 uere *om. P* uero *MA* prophetis *MA* 14 aut] haud *A* hyerosolimis *MA* hierosolymicis *PR* Ageticis] agrecis *M* 15 trimegistis, *m. 1 corr.* trimegisticis *M* 16 saeculis *spatio 2—3 l. relicto om. C* 17 par , *m. 2* partitae *M* partiti *CP* 19 medius et fuisti fidius et eris *C* 20 nisi] nis *A* figmentis *edd.* 21 ut *ex coni. addidi* scema *A* scoma *MCP* scomma *R* concede *C*

coniti semper agnoscere et posse puritate animi corporisque proiecta grauedine sectari facillime et spe perfectae conscientiae non dubia credulitate tenere.

2 Verum qua uia effici possit, magis est, ut tu non nescias et mihi non insinuato extrinsecus aliquo dissertes, quam ut a me, domine percolende, scias, quia tunc, fateor, huius boni in sedem profecturus sufficiens, ut mea expetunt sacerdotia, minime necdum et, si tamen potuero, uiaticum colligo. uerum quid traditum sancte atque antiquitus teneam atque custodiam, ut potuero, paucis edicam. uia est in deum melior, qua uir bonus piis, iustis, puris, castis, ueris dictis factisque sine ulla temporum mutatorum captata iactatione probatus et deorum comitatu uallatus dei utique potestatibus emeritis, id est eius unius et uniuersi et incomprehensibilis et ineffabilis infatigabilisque creatoris impletis uirtutibus, quod, ut uestrum est, angelos dicitis uel quid alterum post deum uel cum deo. aut a deo aut in deum intentione animi mentisque ire festinat. uia est, inquam, qua purgati antiquorum sacrorum piis praeceptis expiationibusque purissimis et abstemiis obseruationibus decocti anima et corpore constantes deproperant.

3 De Christo autem tuae iam credulitatis carnali et spiritus deo, per quem in illum summum, beatum, uerum et patrem omnium ire securus es, domine pater percolende, non audeo nec ualeo, quid sentiam, exprimere, quia, quod nescio, diffi-

10—20 = p. 522, 3—15

1 conici *M* cogniti *CP* posse] post se *P* puritatem *MACP* *edd. praeter m* puritati *R* 2 proiectam *MACP* (m *eras.*) grauedine, *m. 2* grauedinẽ *C* 4 quia (i *exp.*) *P* 7 exponunt *A* 10 in deum] in dño *CP* 11 puris iustis *edd.* 12 temporum nominum mutatorum *MACP* (nominum *m. 2 del.*) ictatione, *m. 2* iactatione *R* 13 comitatu *cum ras. super* u *M* comitatū *C* ballatus *C* emeritus *edd.* 15 impleti *A* impletus *edd.* quod] quos *f l r m* nr̄m, *m. 2* ur̄m *M* uerum *edd.* 16 quid] qui ad *C* 18 qua] in qua *codd.* (*in P* in *m. 2 exp.*); *cf. p. 522, 13* 19 ab|ste meis, *m. 2* ab|stemiis *M* abs te meis *A* 20 constanter *A* 21 credulitates *C* crudelitatis, *m. 2* credulitatis *M* sp̄s dī *P* spiritu dei *a e* spiritus dono *f l r* spiritu deo *m*

cillimum credo definire. ut autem me cultorem tuarum uirtutum dignatus es iam olim scienti insinuare, quod diligas, satis ad bonae uitae testimonium habeo, quam cum, ne tibi displiceam, qui deo per te animamque tuam cotidie insinuas, custodio, intellegis procul dubio, quod et ego delectabiliter diligam, cum tui iudicii de me habiti normam lineamque accipiens teneam. sed ante omnia quaeso te, ut exiguissimae opinioni meae ueniam concedas et sermoni meo ad te, quia coegisti, remisso, forte incongruo facile indulgeas et me, quid de his existimes uel tu quid sentias, sanctis scriptis tuis, ut ille ait, iam non melle sed nectare dulcioribus, si mereor, informare digneris. dei pietate perfruaris, domine pater, ac perpetua sanctitate deo placeas, quod necesse est.

## CCXXXV.

### LONGINIANO AUGUSTINUS.

1 Cepi fructum scripti mei, rescriptum scilicet beniuolentiae tuae. unde iam uideo exortum et exorsum inter nos magnae ac de re magna disputationis quasi sementum. hoc est, quod uolebam prius; deinde quod adhuc uolo, deus adiuuabit; id autem est, ut hoc coeptum debito ac salubri fine claudatur. proinde, quod de Christo nihil temere tibi uel negandum uel adfirmandum putasti, hoc in pagani animo temperamentum non inuitus acceperim. quod uero etiam scriptis meis de hac re doceri te cupis, nequaquam abnuam neque desistam huic

11 cf. Ouid. Trist. 5, 4, 29—30

1 credo. definire autem (*om.* ut) *MA* 3 quam] quod *edd.* 4 dispiceam (*sic!*) *R* deum *C l r* per te] parte *A* te *m* codie, *m. 1 corr.* cotidie *M* 5 et ego] et ego te *edd.* 11 meror, *m. 2* mereor *M*

*Idem codices, qui in ep. CCXXXIII et CCXXXIV.*

16 cępi *C* coepi *MAPR* 17 exorsum] exosum *MA* 18 hac *A edd.* sementē (*postr. l. in ras. m. 2*) *M* sementem *edd.* 20 ac] hoc (*sic!*) *A* 21 uel *post* tibi *om. f l r m* 23 doceri te cupis de hac re *edd.* 24 docere *M*

tam bonae mihique carissimae seruire uoluntati tuae. sed prius opus est eliquare quodam modo perspicuamque sumere sententiam tuam de antiquis sacris. cum enim dixisses eam uiam in deum esse meliorem, 'qua uir bonus piis, iustis, puris, castis, ueris dictis factisque sine ulla temporum mutatorum captata iactatione probatus et deorum comitatu uallatus dei utique potestatibus emeritis, id est eius unius et uniuersi et incomprehensibilis et infatigabilis ineffabilisque creatoris impletis uirtutibus, quod, ut uestrum est, angelos dicitis uel quid alterum post deum uel cum deo, aut a deo aut in deum intentione animi mentisque ire festinat', quae uerba ex epistula tua recognoscis, tum addidisti et aisti: 'Via est, inquam, qua purgati antiquorum sacrorum piis praeceptis expiationibusque purissimis et abstemiis obseruationibus decocti anima et corpore constantes deproperant'.

2 In his uerbis sentio, ni fallor, uideri tibi non sufficere ad uiam, qua itur in deum, ut uir bonus piis, iustis, puris, castis, ueris dictis factisque promereatur deos, quorum comitatu uallatus in illum summum deum omnium creatorem ire festinet, nisi etiam sacrorum antiquorum piis praeceptis expiationibusque purgetur. quam ob rem uelim scire, quid arbitreris esse per sacra purgandum in eo, qui pie, iuste, pure ueraciterque uiuendo promeretur deos et per eos unum illum deorum deum. si enim adhuc sacris purgandus est, utique mundus non est et, si mundus non est, pie, iuste, pure caste-

3—15 = p. 520, 10—20 17—21 cf. p. 520, 10—11; 12—13; 17; 18—19

2 eliqua re (*m. 2 iunctum*) *P* aliqua re *A* 4 bonus, *corr.* bonis *P* 5 uere *M* 6 probatus et deorum probatus comitatu ballatus *C* 7 emeritas *edd.* et *ante* incomprehensibilis *om. MPR* 8 *p. 520, 14* ineffabilis infatigabilisque impetis, *m. 2* impletis *M* adimpletis *C* adimpletus *edd.* 9 quod] quos *edd. praeter a* rū, *m. 2 supra* uřm *P* uerum *edd.* 10 uel cum deo aut a deo] uel a deo uel cum deo *edd.* 12 cum *edd.* addisti *C* 14 abs te meis *A* 17 in] ad *CP edd.; cf. p. 520, 10; 17; 522, 3; 10* uti *C edd.* bonis *P* 19 ballatus *C* 21 quod *C* 22 qui pie] quippe (*pr.* p *m. 2 exp. et super* pe *litterula detersa*) *M* 25 pure iuste *R* casteq/// *M*

que non uiuit. si autem iam ita uiuit, iam mundus est. porro iam mundum atque purum quid opus est sacris expiando purgari? itaque hic nodus est disputationis nostrae, quo soluto consequentia uidebimus: uiuatne homo bene, ut sacris purgetur, an sacris purgetur, ut bene uiuat, an ipse quantuscumque bene uiuendi in homine modus nondum sit idoneus ad beatam uitam, quae ex deo capitur, nisi accedant adiumenta sacrorum, an bene uiuendi quaedam uelut portio sit etiam sacra percipere, ut scilicet non aliud sit bene uiuere aliud sacrate uiuere, sed bene uiuendi terminis etiam sacrata uita claudatur. horum quattuor, quae proposui, quid potissimum probes, quaeso te litteris aperire non pigeat. plurimum quippe interest ad id, quod suscepimus inter nos conloquendo peragere, ne, cum multa non necessaria, tamquam ea sentias, quae forte non sentis, refellere molior, tempus necessarium in superfluis insumatur. onerare itaque epistulam nolui, ut te cito rescribente cetera contexamus.

## CCXXXVI.

DOMINO BEATISSIMO ET VENERABILITER CARISSIMO FRATRI ET COEPISCOPO DEUTERIO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Nihil melius me facere posse arbitratus sum, quam ut tuae sanctitati potissimum scriberem, ne per neglegentiam in uestra

1 autem] enim *edd.* 5 quantumcunque *R* quantus *MACPa* 7 ex do *M* accedat, *m. 1 corr.* accedant *M* 8 sc̄orum *A* 9 scilicet ut *edd.* 11 quod *edd.* 14 nec *C* ea sentias] in ea sententia *A* 15 molior (o *et* or *ex corr. m. 2*) *M* 16 itaque epistulam] te itaque epistola *edd.* noui, *m. 2* nolui *P* sito, *m. 1 corr.* cito *M*

*P* = *cod. Parisinus 12193 s. IX.*
*P*[1] = *cod. Parisinus 12226 s. IX.*
*S* = *cod. Sangallensis 174 s. IX.*
*H* = *cod. Palatinus 209 s. X.*
*P*[2] = *cod. Parisinus 1958 s. XI.*

*Inscriptio om., in marg. minutis litteris m. 1 add. P*

prouincia domini nostri Iesu Christi ouile uastet inimicus, qui non desinit insidiari, ut perdat animas tam magno pretio comparatas. Mallianensem quendam subdiaconum Victorinum apud nos constitit esse Manichaeum et in tam sacrilego errore sub nomine clerici latitabat; nam est etiam aetate iam senex. ita est autem manifestatus, ut etiam ipse a me interrogatus, antequam a testibus coargueretur, negare non posset. tot enim et tales iam esse sciebat, quibus se incautus effuderat, ut nihil aliud, si negare temptaret, quam non dico inpudentissimus sed insanissimus appareret. auditorem sane Manichaeorum, non electum se esse confessus est.

2 Auditores autem qui appellantur apud eos, et carnibus uescuntur et agros colunt et, si uoluerint, uxores habent, quorum nihil faciunt, qui electi uocantur. sed ipsi auditores ante electos genua figunt, ut eis manus supplicibus inponatur non a solis presbyteris uel episcopis aut diaconis eorum sed a quibuslibet electis. solem etiam et lunam cum eis adorant et orant. die quoque dominico cum illis ieiunant et omnes blasphemias cum illis credunt, quibus Manichaeorum haeresis detestanda est, negantes scilicet Christum natum esse de uirgine nec eius carnem ueram confitentes fuisse sed falsam ac per hoc et falsam eius passionem et nullam resurrectionem fuisse contendunt. patriarchas prophetasque blasphemant. legem per famulum dei Moysen datam non a uero deo dicunt sed a principe tenebrarum. animas non solum hominum sed etiam pe-

1 obi leuastet, *m. 2* ouile uastet $P^1$ 3 uicturinum $P^1$ 4 con*tigit (*in ras. fuit* s; git *m. 2 in ras.*) $P^2$ contigit *P* in tam] ita *codd. a* 5 sub nomine *om. H* clerici, *in marg. m. 1 add.* alibi catholici $PP^2$ 7 coarguaretur, *m. 2* coargueretur $P^1$ 8 esse iam *m* esse (*om.* iam) *cett. edd.* 9 si] se $PP^1$ (*m. 2* si) $HP^2$ 10 auditorē* (s *eras. uid.*; ~ *m. 2*) *P* 12 caranbus, *m. 1* (?) *corr.* carnibus $P^1$ carnis, *m. 1 corr.* carnibus *H* 13 so, *m. 2* si $P^2$ uolu//////erint (*ras. 3 fere l.*) $P^1$ 14 electi *om. a;* uocantur electi *cett. edd.* 15 imponantur *l r m* 16 non a] nā a, *m. 2* nā non a *P* diaconis, *m. 2* diaconibus $P^2$ diacones, *m. 2* diaconibus $P^1$ diaconibus *PHm* 17 et orant *m. 2 del.* $P^1$ 18 cum eis *H* 19 hereses, *m. 1 corr.* heresis $P^1$ 22 nullam] nullam eius *H*

corum de dei esse substantia et omnino partes dei esse arbitrantur. deum denique bonum et uerum dicunt cum tenebrarum gente pugnasse et partem suam tenebrarum principibus miscuisse eamque toto mundo inquinatam et ligatam per cibos electorum suorum et per solem ac lunam purgari adseuerant et, quod purgari de ipsa dei parte non potuerit, in fine saeculi aeterno ac poenali uinculo conligari, ut non solum uiolabilis et corruptibilis et contaminabilis credatur deus, cuius pars potuit ad mala tanta perduci, sed non possit saltem totus a tanta coinquinatione et inmunditia et miseria uel in saeculi fine purgari.

3 Has cum illis intolerabiles blasphemias subdiaconus iste quasi catholicus non solum credebat, sed, quibus uiribus poterat, et docebat. nam docens patefactus est, cum se quasi discentibus credidit. rogauit me quidem, posteaquam se Manichaeorum auditorem esse confessus est, ut eum in uiam ueritatis doctrinae catholicae reuocarem, sed, fateor, eius finctionem sub clerici specie uehementer exhorrui eumque coercitum pellendum de ciuitate curaui. nec mihi hoc satis fuit, nisi et tuae sanctitati † etenim meis litteris intimarem, ut a clericorum gradu congrue ecclesiastica seueritate deiectus cauendus omnibus innotescat. petenti autem paenitentiae locum tunc credatur, si et alios, quos illic nouit esse, manifestauerit uobis non solum Mallianae sed in ipsa omnino prouincia.

5 suorum ac per solem et lunam *edd.* 6 parte dei *edd.* 9 totus|natione (a tanta coinqui *in fine u. om.*) *P* 10 in fine saeculi *P edd.* 14 et docebat] edocebat *H edd.* 15 credit $P^1$ (*m. ut uid. 1 corr.* credidit) *SHP*$^2$ (*m. 2* credidit) *a e f* 16 eam, *m. 1 (?) corr.* eum $P^1$ 17 finctionem (*pr.* n *m. ut uid. 1 exp.*) $P^1$ fictionem *edd. praeter a; cf. Neue-Wagener Formenlehre III p. 544* 18 coer tum, *m. 2* coerci|tum $P^1$ 20 etenim, *m. 2 (?)* eum $P^1$ etenim, *m. 2* eum *S* eum *edd.* 21 congrua* *P* congrua et *H* 22 locum, *m. 2* locus $P^2$ locus *P* 23 nobis *H edd. praeter m* 24 malliana (*fortasse ex* mallianae), *m. 2* in malliana *S* malliana $P^1$ (*m. ut uid. 1 corr.* in malliana) *HP*$^2$ (*m. 2* in malliana) *a e* in malliana *P cett. edd.; emendabam* Mallianae in ipsa tota omnino *l r m*

## CCXXXVII.

DOMINO BEATISSIMO ET MERITO VENERABILI FRATRI ET COEPISCOPO CERETIO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Lectis his, quae misit sanctitas tua, uidetur mihi Argyrius in Priscillianistas aut nesciens inruisse, ita ut omnino, utrum ipsi essent Priscillianistae, ignoraret, aut iam eiusdem haeresis retibus implicatus. nam scripturas illas Priscillianistarum esse non dubito. uix autem mihi uacare utcumque potuit aliis atque aliis sine intermissione necessitatibus superantibus, ut unus mihi saltem totus ex duobus ipsis codicibus legeretur. nescio quo enim modo alius aberrauit et diligentissime inter nostros requisitus nullo modo potuit inueniri, domine beatissime et merito uenerabilis pater.

2 Hymnus sane, quem dicunt esse domini nostri Iesu Christi, qui maxime permouit uenerationem tuam, in scripturis solet apocryphis inueniri. quae non propriae Priscillianistarum sunt, sed alii quoque haeretici eis nonnullarum sectarum impietate uanitatis utuntur inter se quidem diuersa sentientes, unde suas quisque uarias haereses sunt secuti, sed scripturas istas habent in sua diuersitate communes easque illi praecipue frequentare adsolent, qui legem ueterem et prophetas canonicos non accipiunt. negant enim haec ad deum bonum et ad Christum eius filium pertinere sicut Manichaei, sicut Marcionistae et ceteri, quibus haec blasphemia damnabilis placuit. qui etiam in scripturis canonicis testamenti noui, hoc est in ueris euangelicis et apostolicis litteris non accipiunt omnia, sed quod uolunt, et libros eligunt, quos accipiant, aliis inprobatis. sed et in singulis quibusque libris loca distinguunt, quae

*V = cod. Vaticanus 495 s. XV.*
*U = cod. Vaticanus 499 s. XV.*

*Louanienses hanc epistulam in Vaticanis exemplaribus repertam primi ediderunt.*

4 argirius *codd. edd.* 11 oberrauit *VU* 28 et *om. V*

putantur suis erroribus conuenire; cetera in eis pro falsis habent. nam quidam Manichaei canonicum librum, cuius titulus est 'actus apostolorum', repudiant. timent enim euidentissimam ueritatem, ubi apparet sanctus spiritus missus, qui est a domino Iesu Christo in euangelica ueritate promissus. sub eius quippe spiritus nomine, a quo penitus alieni sunt, indocta hominum corda decipiunt mira caecitate adserentes eandem domini promissionem in suo haeresiarcha Manichaeo esse completam. quod et illi haeretici faciunt, qui uocantur Cataphryges, dicentes per nescio quos insanos, Montanum scilicet et Priscillam, quos et proprios suos prophetas habent, uenisse spiritum sanctum, quem dominus missurum se esse promisit.

3 Priscillianistae uero accipiunt omnia et canonica et apocrypha simul; sed quaecumque, quae contra eos sunt, in suae peruersitatis sensus aliquando callida et astuta aliquando ridicula et hebeti expositione peruertunt nec saltem ita, ut ea ipsa, quae exponunt ab suae sectae hominibus alienis, uera esse credant, alioquin aut catholici essent aut non multum a ueritate alieni, qui et in ipsis scripturis apocryphis sensus catholicos inuenirent aut inuenire uelle uiderentur, sed, cum ipsi alia cum suis sentiant atque inter suos doceant siue discant, quae non audent prodere, quoniam re uera nefaria sunt et detestanda, tamen fidem catholicam eis, quos timent, praedicant, non quam teneant, sed sub qua lateant. possunt enim aliqui haeretici reperiri fortasse inmundiores, sed nullus istis fallacia comparatur. alii quippe, ut sunt hominum uitia, de huius uitae consuetudine uel infirmitate mentiuntur, isti autem in ipsa nefaria doctrina haeresis suae praeceptum habere perhibentur, ut occultandorum dogmatum suorum causa etiam cum falsa iuratione mentiantur. hi, qui eos experti sunt et

4 Act. 2, 2—4; 10, 44—46; 19, 6 4; 12 Ioh. 14, 16; 26; 15, 26; 16, 7

1 putant** (ur *eras.*) *U* putant *m* 8 heresiarchae *V* 13 apocrifica *VU* 30 metiantur *V* mētiantur (— *utrum m. 1 sit an m. 2, incertum*) *U*

ipsorum fuerant atque ab eis dei misericordia liberati sunt, etiam uerba ipsa praecepti huius ista commemorant:

Iura, periura, secretum prodere noli.

4 Proinde, ut sine ulla difficultate uideatur, quam non hoc sentiunt de scripturis apocryphis, quod se exponere simulant, ratio consideranda est, quam reddere uidentur, ut eisdem scripturis tamquam diuina tribuatur auctoritas, ut, quod scelestius est, etiam canonicis praeferant. habes uerba eorum in illo codice ita posita: 'Hymnus domini, quem dixit secrete sanctis apostolis discipulis suis, quia scriptum est in euangelio: Hymno dicto ascendit in montem', et quod 'in canone non est positus propter eos, qui secundum se sentiunt et non secundum spiritum et ueritatem dei, et quia scriptum est: Sacramentum regis bonum est abscondere, opera autem dei reuelare honorificum est'. ista est magna eorum ratio, cur iste hymnus non sit in canone, quia uelut sacramentum regis abscondendum fuit his, qui secundum carnem sentiunt et non secundum spiritum et ueritatem dei. ergo scripturae canonicae non pertinent ad sacramentum regis, quod istis abscondendum uidetur, et eis conscriptae sunt, qui secundum carnem sentiunt et non secundum spiritum et ueritatem dei. quod quid est aliud quam dicere scripturas sanctas canonicas nec secundum spiritum dei sapere nec pertinere ad ueritatem dei? quis hoc audiat? quis ualeat sustinere tantae impietatis horrorem? aut si scripturae canonicae spiritaliter a spiritalibus carnaliter a carnalibus sentiuntur, cur non est et iste hymnus in canone, si et ipsum spiritales spiritaliter carnales carnaliter sentiunt?

5 Deinde quid causae est, ut eundem hymnum isti secundum scripturas canonicas conentur exponere? si enim propterea non est in scripturis canonicis, quia illae scripturae carnalibus hymnus autem iste spiritalibus scriptus est, quo modo de

11 Matth. 26, 30; Marc. 14, 26 12; 17; 20 Rom. 8, 5 14 Tob. 12, 7

3 perdere *VU* 10 scriptum] dictum *U* 11 quod] qui *m* 13 et quia] eo quod *edd.*

scripturis ad carnales homines pertinentibus exponitur hymnus, qui non pertinet ad carnales? si enim uerbi gratia propterea in isto hymno cantatur et dicitur: ‘Soluere uolo et solui uolo’, quia, sicut isti haec uerba exponunt, soluit nos dominus Christus a conuersatione saeculi, ut non iterum ligemur in eo, haec in scripturis canonicis utique didicimus, quod soluat nos dominus a conuersatione saeculi et quia in eo non debemus iterum conligari. nam quid est aliud: Dirupisti uincula mea? quid est aliud: Dominus soluit compeditos? iam solutos autem apostolus admonet dicens: State ergo et ne iterum seruitutis iugo detineamini et apostolus Petrus dicit: Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione domini nostri et saluatoris Iesu Christi his rursus impliciti superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus sic ostendens, cum soluti fuerimus, alligari nos mundo iterum non debere. cum itaque ista in canone siue ex his testimoniis, quae commemoraui, siue ex aliis plurimis manifesta sint et legi et praedicari non cessent, quid est, quod isti hunc hymnum, ubi ‘uerba’, ut secundum ipsos loquar, ‘uerba obscurissime sunt posita’, propterea dicunt in canone non esse, ne reuelarentur carnalibus, cum potius et uideamus in canone reuelata, in hoc autem hymno omnino uelata, sicut ipsi adserunt? nam, sicut magis credendum est, prorsus non sunt ipsa sed nescio quae alia, quae tali expositione multo amplius uelant et reuelare formidant.

6 Nam utique, si hoc illis uerbis significatur, quod nos soluit dominus a conuersatione saeculi et ut non iterum ligemur in eo, non diceretur: ‘Soluere uolo et solui uolo’ sed: ‘Soluere uolo et eos, quos soluero, ligari nolo’. aut si membra sua, id

8 Ps. 115, 16 9 Ps. 145, 7 10 Gal. 5, 1 12 II Petr. 2, 20

2 propterea] prope *VUlsr* 5 conuersione *VU* 12 refugiententes *V* 18 ex *om. Vlsr* 20 uerba *post* ubi *eras. U om. m* 22 uelarentur *m* et] ea *m*

est fideles suos in se transfigurat, quem ad modum ait: Esuriui et dedistis mihi manducare, diceret potius: 'Solui uolo et ligari nolo'. aut si propterea ipse soluit et ipse soluitur, quia soluit caput, membra soluuntur, quae persequebatur, cui clamauit de caelo: Saule, Saule, quid me persequeris? — hoc quidem uerborum istorum expositor iste non dixit, sed etiam si dixisset, id ei respondemus, quod paulo ante respondimus, quoniam haec in scripturis canonicis legimus, ibi intellegimus, inde firmamus, inde cotidie praedicamus. quid est igitur, quod iste hymnus dicitur carnalibus fuisse subtractus, ut non poneretur in canone, cum, quod in illo opertum est, in canone apertum sit? an usque adeo desipiunt, immo insaniunt, ut audeant dicere sacramentum regis in hoc hymno absconditum esse spiritalibus, in canone autem manifestum esse carnalibus?

7 Hoc et de superioribus eiusdem hymni uerbis dici potest, ubi ait: 'Saluare uolo et saluari uolo'. si enim, sicut ipsi exponunt, hoc ista uerba significant, quod saluamur a domino per baptismum et saluamus, id est custodimus in nobis spiritum datum nobis per baptismum, nonne istum sensum scriptura canonica clamat, ubi legimus: Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis et ubi nobis dicitur: Spiritum nolite extinguere? quo modo ergo iste hymnus in canone ideo non est, ne carnalibus innotescat, cum id, quod in illo obscurum est, in canone luceat, nisi quia sub hac qualicumque expositione, quam quibuslibet aliis obtendunt, illud, quod hic ipsi sapiunt, occultare conantur? qui tamen usque adeo caeci sunt, ut etiam quaedam uerba de ipso canone adhibeant ad exponendum hymnum, quem propterea dicunt in canone non esse, ne sacramentum regis carnalibus proderetur. quid

1 Matth. 25, 35 5 Act. 9, 4; 22, 7; 26, 14 21 Tit. 3, 5
22 I Thess. 5, 19

2 dedisti *V l* 7 responderemus *m* 16 et *om. m* *post* dici *ras. U*
20 clamat scriptura canonica *U*

ergo faciunt in canone clarius posita, per quae in isto hymno aperiantur obscura?

8 Nam si hoc, ut dicunt, intellegendum est in isto hymno, ubi ait: 'Generari uolo', quod in canonica epistula Pauli apostoli scriptum est: Quos iterum parturio, donec Christus formetur in uobis; si hoc intellegendum est in isto hymno, ubi ait: 'Cantare uolo', quod in psalmo canonico scriptum est: Cantate domino canticum nouum; si hoc intellegendum est in isto hymno, ubi ait: 'Saltate cuncti', quod scriptum est in cantico euangelico: Cantauimus uobis et non saltastis; si hoc intellegendum est in isto hymno: 'Plangere uolo, tundite uos omnes', quod scriptum in cantico euangelico: Planximus uobis et non luxistis; si 'ornare uolo et ornari uolo' hoc significat in isto hymno, quod scriptum est in canone: Habitare Christum per fidem in cordibus uestris et: Vos estis templum dei et spiritus dei habitat in uobis; si, quod ait in isto hymno: 'Lucerna sum tibi, ille qui me uides', hoc significat, quod scriptum est in psalmo canonico: In lumine tuo uidebimus lumen; si, quod ait in isto hymno: 'Ianua sum tibi, quicumque me pulsas', hoc significat, quod in psalmo canonico legitur: Aperite mihi portas iustitiae, ingressus in eis confitebor domino et in alio psalmo: Tollite portas principes uestri et eleuamini portae aeternales et introibit rex gloriae; si, quod ait in isto hymno: 'Qui uides, quod ago, tace opera mea', hoc significat, quod scriptum est in libro Tobiae: Sacramentum regis bonum est abscondere, cur iste hymnus non esse in canone propterea dicitur, ut sacramentum regis abscondatur carnalibus, cum ea, quae in isto hymno exponuntur, etiam in canone legantur et

5 Gal. 4, 19 8 Ps. 95, 1; 97, 1; 149, 1; Es. 42, 10 10; 13 Matth. 11, 17; Luc. 7, 32 15 Eph. 3, 17 16 I Cor. 3, 16; II Cor. 6, 16 19 Ps. 35, 10 22 Ps. 117, 19 23 Ps. 23, 7 27 Tob. 12, 7

2 aperiantur *prima l. in ras. U* operiantur *V* 9 est *om. U* 12 tondite (*sic!*) *U* scriptum] scriptum est *m*

sic ibi reperiantur manifesta, ut per haec illa exponantur obscura, nisi quia istas expositiones habent, in quibus lateant, in uerbis uero illius hymni, quem exponere se simulant, hoc sapiunt, quod alienis exponere timeant?

9 Longum est cuncta disputando monstrare. uerum ex his, quae diximus, cetera considerare facillimum est et uidere ea, quae in expositione huius hymni bona et honesta dicunt, etiam in canone reperiri. unde illa eorum non ratio sed tergiuersatio est, ideo illum esse a canone separatum, quia carnalibus hominibus abscondendum regis fuerat sacramentum. unde non inmerito creduntur istis expositionibus non aperire uelle, quod legunt, sed potius operire, quod sentiunt. nec mirum, quando quidem ipsum dominum Iesum loquentem non per ora prophetarum uel apostolorum uel angelorum sed per os proprium illusorem potius quam ueritatis doctorem fuisse crediderunt. huic utique hymno diuinam tribuentes auctoritatem, ubi eum dixisse nescio quis eiusdem hymni conditor finxit: 'Verbo inlusi cuncta et non sum lusus in totum', respondeant, si possunt, egregii spiritales, quo eamus, cui aures aperiamus, cui loquenti utcumque credamus, in cuius promissione spem ponamus, si uerbo cuncta Christus inlusit, si uerbo cuncta omnipotens magister inlusit, si uerbo cuncta ille, qui est unigenitus, uerbum dei patris inlusit. quid ulterius loquar de perditis. uaniloquis et mentis seductoribus primum suae deinde ceterorum, quos sibi ad interitum praedestinatos aeternum consociare potuerunt? rescripsi uenerationi tuae et multo serius, quam uolueram, et plura, quam disposueram. optime facitis uigilanter lupos cauere; sed etiam pro sanandis ouibus, si quas forte uiolauerint siue iam uulnerauerint, pastorali diligentia ipso adiuuante pastorum domino laborate.

18 lusus] illusus *m*

## CCXXXVIII.

I 1 Volueram quidem petente te atque instante, ut meminisse dignaris, immo uero pro merito aetatis ac dignitatis tuae iubente te de fide Christiana etiam praesens cum praesente, in quantum mihi facultatem dominus largiretur, conferre sermonem; sed quia tibi post prandium displicuit, quod inter nos mane placuerat, ut a notariis uerba nostra exciperentur, ne ulterius dicas, quod te audio non tacere, non me fuisse ausum tibi dicere fidem meam, his litteris accipe, quod et tu legas et, cui uolueris, legendum tradas et, quod uolueris, uicissim scribendo ipse respondeas. iniquum est enim, ut quisque iudicare de alio uelit et iudicari de se nolit.

2 Et de praeterito quidem placito nostro, quod condicto meridiano implere noluisti, facile existimari potest, quis nostrum fidei suae fiduciam non habuerit, utrum qui uolebat, ut diceretur, et timebat, ne teneretur, an qui usque adeo nolebat

*T* = *cod. Taurinas G V 26 s. VII.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

Incipit prima epistula sancti augustini ad eundem pascencium *T* incipit epistula augustini episcopi ad pascencium comitem arrianum *M* item incipit sancti episcopi agustini ad pascentium comitem arrianum *FP* epistula sancti augustini ad pascencium comitem arrianum *A* epistula augustini ad pascentium arrianum *R* *Inscriptio deest* 2 petente atque instante (*om.* te) *MFP* petente atque instante te *AR* 3 dignaris immo] dignarissimo *M* (*ex* si *corr. m. 1* ĩ) *F* digneris immo *P* dignareris (*om.* immo) *A* uero *om. MFAP edd.* tuae ac dignitatis *R* 4 te *om. M* 5 dominus facultatem *R* 7 placu///erat (*ras. 1—2 l.*) *M* excipererentur (re *del.*) *T* 8 me *om. A* 9 *post* accipe *parua ras. F* 10 cui] cuicunque *R* 11 ipse rescribendo *R* quisquis *A* de alio iudicare *edd.* 12 iudicare *MFA* nolit (it *in ras. m. 1*) *F* noluit (u *m. 3 del.*) *A* 13 condicta *M* condictu *FP* condicti *A* 14 existimare *MFAR* 16 nec (c *exp.*) *P*

eam disceptantium iudicio subtrahi, ut mandata litteris uellet etiam legentium memoriae commendari, ne quisquam uel obliuione opinatus uel dissensione inritatus diceret ab aliquo nostrum aut non esse dictum, quod dictum erat, aut dictum esse, quod dictum non erat. in his enim solent latebras suae malae defensionis inquirere, qui contentionis sunt cupidiores quam ueritatis. hoc autem nec a te nec a me nec de te nec de me dici posset, si in fide condicti permaneres, ut uerba nostra exciperentur et scriberentur, praesertim quia tu ipse in his uerbis, quibus fidem tuam pronuntiasti, quotiens ea repetisti, totiens uariasti, quod nulla credo fraude sed obliuione factum esse.

3 Nam primo dixisti credere te ‘in deum patrem omnipotentem, inuisibilem, ingenitum, incapabilem et in Iesum Christum filium eius deum natum ante saecula, per quem facta sunt omnia, et in spiritum sanctum’. quibus ego auditis cum respondissem nondum a te quicquam dictum, quod meae fidei repugnaret, et ideo, si ea scripsisses, me his etiam posse subscribere, ad hoc nescio quo modo res perducta est, ut accepta charta ea ipsa, quae dixeras, uelles etiam litteris tua manu exprimere. quod cum mihi ad legendum dedisses, animaduerti minus te scripsisse ‘patrem’, cum scripsisses ‘deum omnipotentem, inuisibilem, ingenitum, innatum’. quod ubi commemoraui, non post multam altercationem addidisti ‘patrem’; et

1 disceptanciam *M* iudio *M* mandata a litteris *FA* mandatā litteris *R* bellet, *corr.* uellet *T* 3 dicere, *m. 2* diceret *P* nostro *P* 7 nec ad te *M* 8 in fidem *MF* 9 sciberentur, *m. 2* scriberentur *M* 10 is, *m. 1 corr.* his *M* iis *f l r m* fidem tuam] fiduciam *M* 11 repetisti] recepisti *MA* sed] sub *M* 13 te credere dixisti *R* te *in fine u. om. M* 17 a *in ras.* (*m. 1?*) *F* 18 scribisses *MF* (*m. 1 corr.* scribsisses) etiam posse his *R* posse] pose *M* poses *F* posses *A* 19 perducta est res *R* 20 ea *om. A* dixerat, *m. 1 corr.* dixeras *A* litteras *T* manu tua *R* 21 ad] id ad *R* 22 scripsisse* (*fuitne* s?) *P* patrem cum scripsisses *om. P* scripsisse *MF* 23 natum *M* commemorabi, *corr.* commemoraui *T* 24 multum *M* allegationem *MFA edd.* alligationem, *m. 2* allegationem *P*

'incapabilem' quidem, quod uerbis dixeras, scripto praetermiseras, sed nulla hinc a me facta commemoratio est.

4 Deinde cum dixissem me paratum esse subscribere, adhuc illa uerba etiam mea esse posse, prius quaesiui, ne, quod in mentem uenerat, laberetur, utrum alicubi scripturarum diuinarum legeretur 'pater ingenitus': hoc autem feci, quia in exordio sermonis nostri, cum Arrius et Eunomius commemorati essent non a me sed a fratre meo Alypio requirente, quemnam eorum secutus esset Auxentius, qui abs te paulo ante fuerat non parua praedicatione laudatus, exclamando anathemasti et Arrium et Eunomium. tum continuo flagitasti, ut et nos anathemaremus ὁμοούσιον, quasi quisquam homo esset, qui hoc uocaretur, sicut Arrius et Eunomius. deinde uehementer exigebas, ut hoc uerbum tibi in scripturis ostenderemus, et statim nobis communicares. respondebatur a nobis, quia nos Latine loqueremur et illud Graecum esset, prius quaerendum esse, quid sit ὁμοούσιον, et tunc exigendum, ut in libris sanctis ostenderetur. tu contra uerbum ipsum crebro repetens et inuidiose uentilans atque in conciliis maiorum nostrorum conscriptum commemorans uehementer urguebas, ut ipsum omnino uerbum, quod est ὁμοούσιον, in sanctis libris ostenderemus, nobis etiam atque etiam reuocantibus, quia lingua nostra Graeca non esset, prius interpretandum et exponendum esse,

4 esse possesse *F* esse (*om.* posse) *T* esse posse sed *M* quaesibi, *corr.* quaesiui *T* in mente *R* in te *MFA* 5 diuinarum scripturarum *R* diuinarum *om. P* 8 ad (d *exp.*) fratre *F* 9 paulo ante *om. MFAPR edd.* 10 praua *M* (*m. 2* parua) *FA* prauia, *m. 2* parua *P* anathemasti, *m. 2* anathematizasti *P* anathema aisti *T* anathematizasti *R edd.* et *om. R* 11 tum] tuum *T* tunc *M* tu *R* et *om. R* anathematizaremus *PR edd.* 12 homousion *TAP a* omousion *MFR* homusion *eflr* ὁμοούσιον *m* 13 uocaretur] uocaretur nomine *R* arrianus (an *m. 1 exp.*) *M* 14 tibi in scripturis] in scripturis sanctis tibi *R* 15 res|spondebatur *M* latine nos *R* 17 esset *MFAP* quod *AP* (*m. 2* quid) homousion *T* (h *del.*) *M* homo usyo *F* (h *exp.*) *A; cetera ut in u. 12* in sanctis libris *R* 18 ipsum] illud *R* 19 malorum *P* 20 unguebas, *m. 2* urguebas *M* 21 est* *F* homousion (h *del.*) *T* omo usyon *A; cetera ut in u. 12*

quid sit ὁμοούσιον, tum demum in diuinis litteris requirendum, quia, etsi fortasse nomen ipsum non inueniretur, res ipsa tamen inueniretur; quid est enim contentiosius quam, ubi de re constat, certare de nomine?

5 Haec ergo quia inter nos iam conlocuti fueramus, posteaquam ad id uentum est, ut fidem tuam, sicut commemoraui, scriberes, quamquam nihil in eis uerbis uiderem nostrae fidei esse contrarium et propterea me dicerem paratum esse subscribere, quaesiui, ut dixi, utrum scriptura dei contineret hoc uerbum, quod pater esset 'ingenitus', et, cum scriptum esse respondisses, instantius quaerebam, ut ostenderes. tunc unus ex eis, qui aderant, quantum intellegi datur, fidei tuae socius ait mihi: 'Quid ergo? tu patrem genitum dicis?' respondi: 'Non dico'. et ille: 'Si ergo genitus non est', inquit, 'utique ingenitus est'. cui ego: 'Vides', inquam, 'posse fieri, ut etiam de uerbo, quod in scriptura dei non est, reddatur tamen ratio, unde recte dici ostendatur. sic ergo et ὁμοούσιον, quod in auctoritate diuinorum librorum cogebamur ostendere, etiamsi uocabulum ipsum non ibi inueniamus, fieri posse, ut illud inueniamus, cui hoc uocabulum recte adhibitum iudicetur'.

6 Quibus dictis, quid hinc tibi uideretur, adtendi, ut audirem, et aisti recte factum esse, ut ingenitus pater in scripturis sanctis non diceretur, ne illi uel tali uerbo fieret iniuria. 'ergo', inquam, 'modo facta est iniuria deo et hoc manu tua'. quo

1 homousion (h *del.*) *T* omo usyon *A; cetera ut in p. 535, 12* tunc *R* 2 inuenietur, *m. 1 corr.* inueniretur *T* inueneretur, *m. 3 (?) corr.* inueniretur *F* tamen ipsa *edd.* 3 enim est *R* 4 certari *T* 5 hac, *m. 2* haec *P* locuti *R* 6 commemorabi, *m. 2* commemoraui *T* commeraui *A* 8 dicere *MFA* 9 quaesibi, *corr.* quaesiui *T* 10 et conscriptum *FP* (*m. 2* et cum scriptum) esset *F* 12 is, *m. 1 corr.* his *F* his *MA a e* iis *cett. edd.* 13 ingenitum *R* 15 ingenitus ñ est (ñ *eras.*) *M* 16 de uerbo *om. A* in scribturam (m *del.*) *T* 17 si, *m. 1 corr.* sic *P* omo usyon *A; cetera ut in p. 535, 12* 19 uocabulum ipsum non ipsi (*pro* ibi) *A* non ibi ipsum uocabulum *R* uocabulum ipsum ibi non *edd.* illū *R* 20 recte hoc uocabulum *R* 21 quid] qui *F* adtendi (i *ex corr. m. 2 in ras.*) *T* 22 aiste, *m. 2* aisti *M* ais te *A* fatum *A* 23 illi uel tali uerbo] tali uerbo ei *R* 24 est *om. A*

audito fateri iam coeperas nec te hoc dicere debuisse. sed cum admonerem, ut, si tibi tale uideretur hoc uerbum, ut ad dei pertineret iniuriam, deleres illud inde, ubi scripseras, considerasti, credo, posse id recte dici et posse defendi et rursus aisti: 'Prorsus ego hoc dico'. tum ego illud, quod iam dixeram, repetiui ita fieri posse, ut etiam ὁμοούσιον neque scriptum in sanctis paginis inueniatur et tamen dictum in assertione fidei defendatur, sicut patrem in illis libris nusquam ingenitum legimus et tamen dicendum esse defenditur. tunc a me chartam, quam dederas, abstulisti et conscidisti. et constituimus, post meridianum tempus ut adessent notarii ad excipienda uerba nostra atque inter nos ista, quantum possemus, diligentius tractaremus.

7 Venimus, ut nosti, ad horam condictam; notarios adduximus, ut et tui adessent; consedimus. dixisti rursus fidem tuam atque in uerbis tuis non audiui 'ingenitum patrem', credo, quod cogitaueris, quid inde mane dictum fuerit, et praecauere uolueris. deinde poposcisti, ut etiam ego dicerem fidem meam. ubi cum postulassem commemorans antemeridianum placitum nostrum, ut ea, quae dixeras, dictare potius dignareris, tunc exclamasti calumniam parare nos tibi et ideo uerba tua conscripta uelle retinere. ibi quid responderim, recordari non libet atque utinam nec tu memineris. seruaui tamen debitam honorificentiam honori tuo nec maledictum deputaui, quod non a ueritate sed a potestate audire meruissem. tamen, quia

1 cepit *MFA* coepit *P a e* coepisti *cett. edd.* nec te] nocte, *m. 1 corr.* n̄ *M* 2 admoneremus *R* si] sit *F* uerbum hoc uideretur *R* uidetur *P* 5 tunc *A* illud] hoc *R* dixeram iam *R* 6 posse fieri *R* homousion (h *del.*) *T* omo usyon *A; cetera ut in p. 535, 12* 7 in sanctis libris paginis (paginis *m. 2 del.*) *P* in libris sanctis *R* in assertionē *R* 8 libris] paginis *R* 9 legimus] inuenimus *R* 12 possumus diligentius** *A* 14 oram *M* 15 essent, *m. 1 corr.* adessent *M* 18 ego etiam *edd.* 19 ibi *MFA* 20 dixeris *MF* potius dictare *R* 21 ideo *om. M* conscribta belle (*m. 2* uelle) recitare *T* 22 responderis *T* 23 seruabi tamen deuitam, *corr.* seruaui tamen debitam *T* 24 honorificentiam tuam honori tuo *R* disputabi, *corr.* disputaui *T* 25 sed | potestate *M* uel quia *P*

uel ipsa uerba repetiui, ut pressa uoce dicerem: 'Itane calumniam paramus nos tibi?' ut ignoscas, peto.

8 Sed tu his auditis rursus fidem tuam sono clariore repetisti atque in uerbis tuis non audiui 'deum filium', quod numquam, quotiens eam dixisti, tacueras. hic ego cum modeste, ut poteram, postularem, ut de excipiendis uerbis nostris, quod inter nos placuerat, impleretur, etiam ipsam utilitatem de praesenti experimento suggessi dicens te ipsum non potuisse in memoria uerba tua tibi usitatissima retinere, quando numquam ea repetere ualuisti, ubi non aliquid et maxime necessarium praeterires; quanto minus posse illos, qui nos audirent, ita nostrorum meminisse uerborum, ut, si quid forte uel tu de meis uel ego de tuis uerbis uellem retractare atque discutere, ualerent seu dictum seu non dictum liquido recordari, in qua nobis difficultate facillime notariorum recitatio subueniret! tunc indignanter dixisti melius fuisse, ut famam meam semper audires, eo quod longe inferiorem me expertus esses, quam tibi illa iactasset. tunc ego commemoraui, cum te ante prandium salutaremus et eam nobis famam praedicasses, hoc me dixisse, quod de me illa mentita sit. hic sane aisti uerum me dixisse.

1 bel, *m. 2* uel *T* repetibi, *ras.* repetiui *T* repetiui* (*fuit* t) *P* ////itane (*ras. 1—2 l.; fuitne* in *?*) *F* itanec (c *exp.*) *P* 2 cog noscas *M* noscas *A* 3 tu his] tuis *M* repetiisti *m* 4 audibi, *m. 2* audiui *T* 5 quotiescunque *R* dixe:as tacuisti *R* cum] tam *MFAP edd.* 6 poteram postularem] nusquam pulsare *MF* nusquam pulsarem *AP edd.* excipiendes, *m. 1* (*?*) *corr.* excipiendis *F* 7 etiam] et etiam *A* umilitatem, *m. 1 corr.* humilitatem *M* 8 suggesti, *m. 1 corr. uid.* suggessi *M* posse *R* 9 in memoriam *T* memoria (in *om.*) *P* uerba *om.*, *m. 1 add. M* 10 uoluisti *R* ualuisse uidebamus *MFP edd.* ualuisse uideamus (*m. 1 corr.* uidebamus) *A* ubi] cum *MFAP edd.* et *om. MFAP edd.* 11 praeterires] parares *MFAP edd.* 12 bel, *corr.* uel *T* 13 de tuis litteris uel uerbis *R* bellem, *corr.* uellem *T* uelle *R* retrahere *R* 14 seu di///ctum (*parua ras.*) *F* 15 facile *edd. praeter a* recitato, *m. 1 corr.* recitatio *M* subuenerit *F* 16 semper famam meam *R* meam famam semper *edd.* 17 audisses *R* 18 commemorabi, *m. 2* commemoraui *T* 19 et—hoc me dixisse *om. P* am, *m. 1 corr.* eam *F* famam nobis *edd.* 20 sanea isti *uirgulis corr. M*

proinde cum duo tibi de me diuersa locuti sint, aliud fama mea et aliud ego, magis utique gaudere debeo me potius quam illam repertum esse ueracem. sed quia scriptum est: S o l u s  d e u s  u e r a x, o m n i s  a u t e m  h o m o  m e n d a x, uereor, ne hoc quoque de me temere dixerim; neque enim in nobis ipsis uel per nos ipsos ueraces sumus, cum sumus, sed cum ille in seruis suis loquitur, qui solus est uerax.

9 Haec si, ut narraui, gesta esse recolis, uides, quam non debeas iactare apud homines, quod non ausus sim tibi adserere fidem meam, quando quidem in fide nostri placiti stare noluisti et uir tantus, qui pro fide, quam rei publicae debes, non times maledicta prouincialium, pro fide, quam Christo debes, times calumnias episcoporum. deinde, cum disputationi nostrae etiam honoratos uiros interesse cupiueris, miror, quo modo in ipsa deuitatione calumniae uerba tua times a notariis conscribi et ex ore tuo a clarissimis testibus non times audiri. nonne consideras difficile esse, ut homines suspicentur te a nobis ullam formidasse calumniam, ut uerba tua excipi nolles, sed, cum cogitasses retentum te fuisse in uerbo ante prandium manu tua conscripto, simul etiam cogitasse non tam facile te notariorum tabulas delere potuisse, quam facile illam chartulam conscidisti? si autem dicis non illa ita gesta esse, ut a me narrata sunt, aut tu obliuione falleris — non enim audeo dicere 'mentiris' — aut ego uel similiter fallor uel mentior. uides ergo, quam recte dicam ea, quae de his maxime

4 Rom. 3, 4

1 sunt *MFA* 2 me debeo *M* 6 ipsis *om. R* ueraces] ueracissimi* *A* cum sumus *om. A* 7 quo, *m. 2* qui *M* 8 si ut] sicut *P* recoles *MFA* 9 deueas, *m. 2* debeas *T* 10 nostra *M* (*m. ut uid. 1 corr.* nostri) *A* 11 quan (*sic!*) *M* 13 disputatione *M* (*m. 2* disputationi) *FA* 14 nostra *A* onoratos *M* 15 deuitatione, *m. 2* dubitatione *T* diuitatione, *m. 1 corr.* deuitatione *F* diuinatione *A* 16 uestibus *A* audire *MFA* 17 difficiles *F* 18 nolles] nolis *FA* 19 cogitas *R* rententum te *M* re*tentum te *F* te retentum *R* 21 tabulas *om. P* 22 esse gesta *R* ut a me] ut tamen *MFAR* 24 ego bel (*m. 2* uel) *T* ego (*om.* uel) *R* 25 de *om. T* rebus maximis *R*

rebus geruntur, excipi atque conscribi oportere et quam tibi quoque hoc ipsum recte placuerat, nisi postmeridianus timor antemeridianum placitum frangeret.

II 10 Audi ergo iam fidem meam. potens est misericordia domini dei nostri, quae praestet me, quod credidi, sic loqui, ut nec eius offendam ueritatem nec humanitatem tuam. in omnipotentem deum patrem me credere profiteor eumque aeternum ea aeternitate, hoc est inmortalitate dico, quam solus deus habet; hoc et de filio eius unigenito credo in forma dei, hoc et de spiritu dei sancto, qui spiritus est dei patris et filii eius unigeniti. sed quia ipse dei patris unigenitus filius, dominus et deus noster Iesus Christus, postquam uenit plenitudo temporis, opportune ad diem salutis nostrae formam serui accepit, multa de illo in scripturis secundum formam dei dicuntur, multa secundum formam serui. quorum exempli gratia duo quaedam commemoro, ut singula ad singula referantur. secundum formam dei de se ipse dixit: Ego et pater unum sumus, secundum formam serui: Quoniam pater maior me est.

11 Quod autem de deo scriptum est: Qui solus habet inmortalitatem et: Inuisibili soli deo honor et gloria et cetera huius modi, non de patre tantum accipimus sed etiam de filio, quod ad formam dei adtinet, et de spiritu

12 Gal. 4, 4 14 Phil. 2, 7 17 Ioh. 10, 30 18 Ioh. 14, 28 20 I Tim. 6, 16 21 I Tim. 1, 17

1 excipiat que *uirgulis corr. MA* 2 placuerit *R* 5 quiae (i *m. 1 exp.*) *P* 6 offendânt (nt *m. 1 exp.*) *P* 7 eum, *m. 1 corr.* eumq; *M* 8 ea *om. MFAR* 10 de spiritu sancto (*om.* dei) *MFAPR edd.* fili, *m. 2* filii *T* 11 *post* unigeniti *sequitur* S; quia ipse dī patris et filii ei' unigeniti, *uerum tamen m. ut uid. 1 del. P* 12 posteaquam *MFAP edd.* 13 oportunus *MFAP l r m* opportuni *cett. edd.* formam serui suscepit ad diem salutis nostrae *R* 14 in scripturis] in scripturis sanctis *R* 17 referantur. secundum formam autem serui ipse de se ait. pater maior me est. et secundum formam dei ait. ego et pater unum sumus. quod autem *R* 20 qui] quod *T* 21 soli (li *in ras. incertum an m. 1*) *M* 22 tantum de patre *R* accepimus *MR* (*m. 2* accipimus)

sancto. pater enim et filius et spiritus sanctus unus deus est et solus uerus deus et solus inmortalis secundum incommutabilem omnino substantiam. si enim de carne diuersi sexus dictum est: Qui adhaeret meretrici, unum corpus est et de spiritu hominis, qui non est, quod dominus, consequenter scriptum est: Qui autem adhaeret domino, unus spiritus est, quanto magis deus pater in filio et deus filius in patre et spiritus patris et filii unus deus est, ubi nulla est diuersa natura, cum ex diuersis modo quodam sibi cohaerentibus dicatur uel spiritus unus uel corpus unum!

12 Et cum ex anima et corpore sibi cohaerentibus dicatur unus homo, cur non multo maxime patre et filio sibi cohaerentibus dicatur unus deus, cum sibimet inseparabiliter cohaereant, quo modo non corpus et anima? et cum corpus et anima sit unus homo, quamuis corpus et anima non sint unum cur non multo magis sit pater et filius unus deus, cum pater et filius unum sint secundum illam ueritatis uocem: Ego et pater unum sumus? item cum homo interior et homo exterior non sint unum — neque enim eiusdem naturae est exterior cuius interior, quia exterior cum nuncupato corpore dicitur homo, interior autem in sola rationali anima intellegitur —, utrumque tamen simul non homines duo sed unus dicitur, quanto magis pater et filius unus deus est, cum pater et filius unum sint, quia eiusdem naturae uel substantiae sunt uel si quo alio uocabulo congruentius dicitur id, quod deus

4; 6 I Cor. 6, 16—17 18 Ioh. 10, 30

5 deus *R* 8 e (*m. 2* et) spiritus *T* et spiritus sanctus *R* et deus spiritus *P edd.* fili, *m. 2* filii *T* 9 ex] pro *MFAP edd.* 12 ex] pro *MFAP edd.* 13 non *bis F* maxime] magis *A* magis de *f l r m* 15 quo modo non *om. R* quomodo non, *m. 2 supra* quod modo non possunt *T* quomodo (*om.* non) *MFA* et anima] animae *MFA* 16 unus sit *R* et *folio perforato cum fere totum euanuisset, a. m. supra est add. T* sit *P* 21 cuius et interior *R* cum *om. T* corpore nuncupato *R* 22 in *om., m. 1 add. P* anima rationali *R* 23 non] cum *M* 24 dicitur—unus *om. P*

est, unde dictum est: Ego et pater unum sumus! itaque unus spiritus domini et unus spiritus hominis et non sunt unum et tamen, ille cum cohaeret domino, non sunt duo sed unus spiritus; et unus homo interior et unus homo exterior et non sunt unum et tamen propter conexionem uinculi naturalis simul utrumque non duo sed unus homo; multo magis, cum filius dei dicat: Ego et pater unum sumus, unus est deus pater et unus deus filius et tamen simul utrumque non duo dii sed unus deus.

13 Quod enim fecit in multis sanctis in adoptionem filiorum uocatis coheredibus Christi una fides et una spes et una caritas, ut esset eis anima una et cor unum in deum, hoc praecipue cogit intellegi una eademque patris et filii natura, si ita dicendum est, deitatis, ut pater et filius, qui unum sunt et inseparabiliter unum sunt et sempiterne unum sunt, non sint duo dii sed unus deus. illi enim homines per consortium et communionem unius eiusdemque naturae, qua omnes homines erant, unum erant, etsi aliquando secundum diuersitates uoluntatum et sententiarum et opinionum morumque dissimilitudines non erant unum; erunt autem plene

1; 7 Ioh. 10, 30  10 Eph. 1, 5  11 Rom. 8, 17  I Cor. 13. 13  12 Act. 4, 32

1 inde *M*  3 cum quo heret *MF* cum heret *A*  5 propter conexionem] eius conexione *FAP edd.* eius inexione (*m. 1 corr.* innexione) *M*  6 unus est homo *m*  magis igitur cum *MFAP edd.*  7 dicant (n *exp.*) *F* cat (*sic!*) *M*  8 et unus] et unus est *MFA edd.*  et tamen non simul utrumque non *T*  9 dii *om. MFAP edd.; cf. u. 16; p. 543, 4*  10 enim *om. R*  in multis fecit *R*  in adoptione *T*  filio nem, *m. 2* filiorum *et ad* nem *a. ut uid. m. supra add.* pe *T*  11 coherentibus *M*  et *post* spes *om. R*  12 una anima *edd.*  13 una eandemque (n *del.*) *T* una eademque, *m. 2* unā eandemque *MP*  14 fili, *m. 2* filii *T*  naturā *M* (~ *m. 1 an 2 incertum*) *P* (~ *m. 2*)  16 sunt *A*  dii *om. TA; cf. u. 9; 543, 4*  18 erant *ante* unum *om. M*  19 diuersitatis *M* (*m. 2* diuersitates) *FA*  et *ante* opinionum *om. MFAP edd.* e, *supra m. 1 add.* t *T*  opiniorum, *m. 1 corr.* opinionum *R*  20 m*orumque (*fuit* e) *P*  dissimi**litudines *M* dissimilitudinem *T* dissimilitudinis *FA*

perfecteque unum, cum peruentum fuerit ad eum finem, ut sit deus omnia in omnibus. deus autem pater et filius eius, uerbum eius, deus apud deum, semper atque ineffabiliter unum sunt, unde magis non duo dii sed unus deus.

14 Homines autem minus intellegentes, quid propter quid dicatur, praecipites uolunt habere sententias et scripturis non diligenter scrutatis arripiunt defensionem cuiusque opinionis et ab ea uel numquam uel difficile deflectuntur, dum docti atque sapientes magis putari quam esse concupiscunt; ea quippe, quae propter formam serui dicta sunt, uolunt transferre ad formam dei et rursus, quae dicta sunt, ut ad se inuicem personae referantur, uolunt nomina esse naturae atque substantiae. fides autem nostra est patrem et filium et spiritum sanctum unum deum credere et confiteri nec tamen eum, qui filius est, patrem dicere nec eum, qui pater est, filium nec eum, qui spiritus patris et filii est, aut patrem aut filium nuncupare. his enim appellationibus hoc significatur, quod ad se inuicem referuntur, non ipsa substantia, qua unum sunt. nam et pater cum dicitur, nonnisi alicuius filii dicitur et filius nonnisi alicuius patris intellegitur et spiritus secundum id, quod ad aliquid refertur, spirantis alicuius est et spirans utique spiritum spirans est.

15 Non autem ista corporaliter sentiuntur nec usitato modo intelleguntur in deo, qui potens est facere, sicut apostolus

1 I Cor. 15, 28 3 Ioh. 1, 1 24 Eph. 3, 20

5 *pr.* quid] qui *M* (*m. 1 ? corr.* quid) *FA* 6 praecipites] potentes *MFAP edd. praeter m* patentes *m* 7 scrutaris, *m. 2* scrutatis *M* arripiunt] cum arripiunt *MFAP edd.* 9 putari magis *R* cupiunt *R* quippe *om. MFAP edd.* 11 et] ut, *m. 2* et *T* ad se adinuicem *T; cf. u. 17* persona, *m. 2* personae *T* 12 referuntur, *m. 1 corr.* referantur *P* adquae, *corr.* atque *F* 13 nostra* *F* 16 *post* spiritus *ras. 3—4 l. T* fili, *m. 2* filii *T* 17 quo *m* 18 non *om. T* 19 fili, *m. 2* filii *TR* 20 id secundum id *M* ad *om. MF* 21 spirantes *MF* spirans] spirantis, *m. 1 corr.* spirans *M* utique] cuique *F* sp̄m *R* spū *MFAP a* sp̄s *T* spiritu *cett. edd. praeter m* 23 more *f l r m* 24 dicit apostolus *edd.*

dicit, supra, quam petimus et intellegimus; si autem facere, quanto magis esse! nam hoc nomen, quod spiritus dicitur, non secundum id, quod refertur ad aliquid, sed secundum id, quod aliquam naturam significat, omnis incorporea natura spiritus in scripturis appellatur; unde non tantum patri et filio et spiritui sancto sed omni rationali creaturae et animae hoc uocabulum congruit. unde dominus dicit: Spiritus est deus et ideo, qui adorant deum, in spiritu et ueritate oportet adorare; scriptum est etiam: Qui facit angelos suos spiritus; dictum est et de hominibus quibusdam: Quoniam caro sunt et spiritus ambulans et non reuertens; et apostolus ait: Nemo scit, quid agatur in homine, nisi spiritus hominis, qui in ipso est; item scriptum est: Quis scit, spiritus filiorum hominis si ascendat ipse sursum et spiritus pecoris si descendat ipse deorsum in terram? dicitur etiam spiritus in scripturis secundum quandam distinctionem in ipsa una unius hominis anima, unde apostolus dicit: Et integer spiritus uester et anima et corpus in die domini nostri Iesu Christi seruetur; item alio loco: Si orauero lingua, spiritus meus orat; mens autem mea infructuosa est. quid ergo est? orabo spiritu, orabo et mente. proprio autem modo quodam dicitur spiritus sanctus, secundum quod refertur ad patrem et filium, quod eorum spiritus sit. nam secundum

7 Ioh. 4, 24 9 Ps. 103, 4 11 Ps. 77, 39 12 I Cor. 2, 11 14 Eccle. 3, 21 18 I Thess. 5, 23 20 I Cor. 14, 14—15

1 quem *A* et] aut *R sec. sacr. litt.* 2 dicitur spiritus *R* 3 sed *om. A* 4 aliqua natura significatur *MFAPR edd.* incorpo//////rea (*ras. 3—4 l.*) *M* 5 patre, *ras.* patri *A* 6 sancto spiritui *R* rationabili *P* 7 unde] unde et *R* 8 orant *T* 10 angelus, *corr.* angelos *F* angłs (= angelus) *M* 12 et apostolus] ad apostolos *A* 14 quis] qui, *m. ut uid. 2* quis *T* scit si spiritus *M* hominū *M* 15 rursum, *m. 1 corr.* sursum *M* si *om. m* discendat *MF* (*m. 1 corr.* descendat) 16 in terra *PR* 19 in diem *MFAPR edd.; Vulg.* in aduentu, *Gr.* ἐν τῇ παρουσίᾳ 21 autem *om. T* influctuosa, *m. 2* infructuosa *R* 22 ergo est *om. R* spiritus *postr. l. m. 2 del. M* 24 spiritus] spiritus sanctus *MFP* (sanctus *m. 2 del.*) *edd.*

substantiam, quoniam semel dictum est: Spiritus est deus, et pater spiritus est et filius et ipse spiritus sanctus nec tamen tres sed unus spiritus sicut non tres dii sed unus deus.

16 Quid miraris? tantum ualet pax non qualiscumque, ut solet intellegi, nec talis, qualis laudatur in hac uita per concordiam caritatemque fidelium, sed illa pax dei, quae, sicut dicit apostolus, supergreditur omnem intellectum; quem, nisi nostrum, id est omnis rationalis creaturae? quapropter considerantes infirmitatem nostram et audientes apostolum confitentem et dicentem: Fratres, ego me non arbitror adprehendisse et: Qui se putat aliquid scire, nondum scit, quem ad modum oportet scire, cum diuinis scripturis, quantum possumus, conloquamur sine contentione pacati, non inani ac puerili animositate studentes alterutrum uincere, ut pax Christi potius uincat in cordibus nostris, quantum eam nobis et in hac uita percipere posse donauit, ut cogitantes, quid eadem pax inter fratres egerit, quorum ex tam multis animabus et multis cordibus fecit animam unam et cor unum in deum, debita pietate credamus multo maxime in illa pace dei, quae superat omnem intellectum, et patrem et filium et spiritum sanctum non esse tres deos sed unum deum tanto excellentius, quam istorum erat anima et cor unum, quanto illa pax, quae superat omnem

1 Ioh. 4, 24 7 Phil. 4, 7 11 Phil. 3, 13 12 I Cor. 8, 2 16 Col. 3, 15 19; 23 Act. 4, 32 21; 24 Phil. 4, 7

1 quoniam] qua *A* 3 tres sed] tres spiritus sed *edd.* dii *om. R* 5 ualet *om. P* 6 tales, *m. 1 corr.* talis *F* caritatem concordiamque *R* 7 dicit *om. A* 9 est *om. A* omnes *F* 10 nostrum, *m. 1 corr.* nostram *F* 11 confitentē (s *eras.*) *P* 13 oporteat eum scire *f l r m sec. Vulg.* 14 quamtum *F* 15 peccati *TM* inani ac] inanię *A* inanie (e *exp.*) *M* periculi *A* 16 uinceret (t *exp.*) *M* 17 et *in fine u. om. M* percipi *P* 18 eandem (n *del.*) *T* 19 animis *MFAR edd.* 20 deui, *m. 2* debita *T* 21 deiq;|superat omnē intellectū et pacē intellectū et patrē| *M* 22 deo, *m. 1 corr.* deos *F* 23 quam] quanto *A* anime *M* animae *F*

intellectum, excellentior est ista pace, quam tenebat omnium illorum cor unum et una anima in deum.

17 Filium autem hominis eundem dicimus, quem filium dei, non tamen propter formam dei, in qua est aequalis deo patri, sed propter acceptam formam serui, qua maior est pater. et quia eundem filium hominis dicimus, propter hoc et filium dei crucifixum fatemur non ex uirtute diuinitatis sed ex infirmitate humanitatis, non ex suae naturae permansione sed ex nostrae susceptione.

III 18 Iam nunc paululum intuere, quae scripturarum eloquia nos cogant unum dominum deum confiteri, siue tantum de patre siue tantum de filio siue tantum de spiritu sancto siue simul de patre et filio et spiritu sancto interrogemur. certe scriptum est: Audi, Israhel, dominus deus tuus dominus unus est. de quo putas dictum? si tantum de patre, non est dominus deus noster Iesus Christus; et ubi Thomae uox illa tangentis et clamantis: Dominus meus et deus meus. quam Christus ipse non reprehendit, sed adprobauit dicens: Quia uidisti, credidisti? porro si et filius dominus deus est et pater dominus deus et ambo iam duo domini et duo dii, quo modo erit uerum: Dominus deus tuus dominus unus est? an forte pater est unus dominus, filius autem

2 Act. 4, 32 4 Phil. 2, 6—7 14; 21 Deut. 6, 4 17; 19 Ioh. 20, 28—29

1 est *om.*, *m. 2 add. T* pacem (m *exp.*) *F* 4 notamæm dī in qu propter (ı dī in qu *exp.*) *M* aequalis est *R* 5 quam (m *exp.*) *F* minor est patre *l r m* pater *om. M* 6 eundem] unde *M* (*m. 2* eundē) *FA* dicimus *om. A* 7 sed—humanitatis *om. T* infirmitat** (is *eras.*) *M* 8 permixtione *P edd. praeter m* 9 nostrae (e *exp.*) *F* nostra *TM* susceptionē (~ *eras.*) *F* 11 de] ex *R* 12 siue tantum de spiritu] et spiritu *R* 13 et de spiritu *R* interrogemur, *m. 2* interrogemus *M* interrogemus *R* 14 dominus unus] deus unus *R edd. praeter m* 15 putas dictum] putas tantum *T* dictum putas *edd.* 16 Thomae] est *MFAPR edd.* illa, *m. 2* illa est *T* 18 quam et christus *R* adprouabit, *m. ut uid. 2* adprouauit *T* 19 qui, *m. 1 corr.* quia *M* uidisti] uidisti me *R edd. sec. sacr. litt.* 20 deus est et ambo *edd.* 21 erat *MFA* dominus unus] unus (*om.* dominus) *M* deus unus *edd. praeter m*

non unus dominus sed tantum dominus, sicut sunt dii multi et domini multi, non sicut ille unus, de quo scriptum est: Dominus deus tuus dominus unus est? quid ergo apostolo respondebimus dicenti: Nam etsi sunt, qui dicuntur dii, siue in caelo siue in terra, sicut sunt dii multi et domini multi, nobis tamen unus deus pater, ex quo omnia et nos in ipso, et unus dominus noster Iesus Christus, per quem omnia et nos per ipsum? porro si, quod de uno deo patre dicitur, cogit inde filium separari, dicant, qui audent, non posse iam intellegi dominum patrem, quia unus, inquit, dominus noster Iesus Christus. nam si unus, utique solus; si solus, quo modo et pater, nisi quia et ipse et pater unus deus et solus deus non separato spiritu sancto? unus ergo deus pater et cum illo filius unus deus, quamuis non cum illo unus pater, itemque unus dominus Iesus Christus et cum illo unus dominus pater, quamuis non cum illo únus Iesus Christus, tamquam et pater sit Iesus Christus; hoc enim nomen ex dispensatione misericordiae susceptaeque humanitatis adsumptum est.

19 An forte, quod ait apostolus: Unus dominus noster Iesus Christus, per quem omnia, non uultis adiungi, quod dictum est 'unus', ad id, quod est 'dominus', sed ad id, quod ait 'per quem omnia', ut non 'unus dominus' sed 'unus, per quem omnia,' intellegatur, ut non sit pater, per quem omnia, sed pater solus, ex quo omnia, et filius solus,

3 Deut. 6, 4 4; 11; 20 I Cor. 8, 5—6

1 sunt uni dii (uni *m. 2 del.*) *P* 2 unus *om. R* 3 deus tuus dominus *om. MFAPR edd.* 4 respondebimus apostolo *MFAPR edd.* respondemus, *m. 1 corr.* respondebimus *T* 5 caelo et in *M* sicuti *MFPR* 7 ex quo omnia *om. T* 9 inde filium] in fidelium *A* 10 separare *MFA edd.* audiunt *M* audiant *FA* 11 deum *R* inquit quia unus *A* 12 solus si solus *om. T* 15 unus *post* filius *bis, alterum m. 1 del. R* 17 unus Iesus] dominus *R* tamquam *om. M* 18 nomen] pat̃, *m. 1 corr.* nom̃ *M* 21 non uultis—sed unus per quem omnia *om. A* 23 ut *P* aut *MF* 24 intellegatur ut non sit pater per quem omnia *bis, alterum del. et eras. P*

per quem omnia? si ita est, iam tandem fatemini unum dominum et deum nostrum esse patrem et filium. quis enim cognouit sensum domini? aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit ei et retribuetur ei? quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia, ipsi gloria. neque enim dixit 'ex patre omnia et per filium omnia' sed 'ex ipso et per ipsum et in ipso'. quo? nisi domino. de quo ait: Quis enim cognouit sensum domini? ex domino ergo et per dominum et in domino omnia non alio illo et alio isto sed uno domino, quia non dixit 'ipsis gloria' sed 'ipsi gloria'.

20 Quod si quisquam dicit id, quod ait apostolus 'unus dominus Iesus Christus, per quem omnia,' non intellegi 'unus dominus' nec 'unus, per quem omnia,' sed 'unus Iesus Christus', qui unus Iesus Christus etiam dominus dicitur, non tamen ut unus dominus sit sed unus Iesus Christus, quid dicturus est, cum audierit eundem apostolum clamantem: Unus dominus, una fides, unum baptisma, unus deus et pater omnium? cum enim deum patrem hic commemoret, ubi ait: Unus deus et pater omnium, procul dubio superius, ubi dixit: Unus dominus, quem nisi dominum Iesum Christum uoluit intellegi? si ergo eis placet,

2 Rom. 11, 34—36 12 I Cor. 8, 6 18 Eph. 4, 5—6

2 nostrum *om. M* 3 domini au (*sic!*) quis *P* 4 quis *om.*, *m. 1 add. A* ei] illi *MFAPR edd. sec. Vulg.* 5 ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia *om.*, *m. 2 supra add. T* 6 ipse, *m. 1 corr.* ipsi *F* 8 quo, *m. 2* ex quo *T* de quo] in quo *A* 10 non alio illo et ab alio isto, *m. 2* non ab alio illo et ab alio isto *T* 11 ipsis gloria] ipsis (*post.* i *in ras. m. 1*) gloria *F* ipsas glorias *M* 12 quod**si *A* 13 intellegis (s *del.*) *T* 14 quem *om. M* 16 ut *om. P* et *M* sed unus] sed ut unus *MFP* (ut *m. 2 del.*) *edd.* sed unus dominus *R* qui *T* (*m. 2* quid) *F* 17 diciturus (*post.* i *exp.*) *F* audirit, *m. 1 corr.* audierit *F* 18 unus || unus (*bis*) dominus *A* 19 cum—omnium *om. A* 20 commūmoret, *corr.* commemoret *T* 21 pro con, *m. 2* procul *M* superius ubi] id quod ibi *MFAP edd.* 22 dominum *om. MFAPR edd.* eis] scis, *supra m. ut uid. 1* sic *M* sis, *m. ut uid. 1 corr.* sic *F* sic *A* placeat (*post.* a *exp.*) *M*

desinat esse dominus pater, quia unus est dominus Iesus Christus. quod si absurdum et impium est opinari, discamus intellegere unitatem patris et filii et spiritus sancti, ut, quod de uno solo deo dictum fuerit, non continuo prohibeamur de filio uel de spiritu sancto intellegere, quia pater quidem non est filius et filius non est pater et spiritus utriusque non est pater aut filius, sed tamen et pater et filius et spiritus sanctus unus, qui solus et uerus est dominus deus.

IV 21 Neque enim, spiritus sanctus si aut deus aut uerus deus non esset, templum eius essent corpora nostra. u e s c i t i s, inquit, q u i a c o r p o r a u e s t r a t e m p l u m i n u o b i s e s t s p i r i t u s s a n c t i, q u e m h a b e t i s a d e o? et ne quisquam ipsum spiritum negaret deum, continuo secutus ait: E t n o n e s t i s u e s t r i; e m p t i e n i m e s t i s p r e t i o. g l o r i f i c a t e e r g o d e u m i n c o r p o r e u e s t r o, eum scilicet, cuius templum corpora nostra esse praedixerat. iam hoc mirabile est, si uerum est, quod uos audio dicere, ita esse spiritum sanctum minorem filio, sicut patre minor est filius. cum enim corpora nostra membra sint Christi, sicut dicit apostolus, itemque corpora nostra templum sint spiritus sancti, sicut idem dicit apostolus, nimium miror, quo modo sint membra maioris templum minoris. an forte iam placet dicere spiritum

10; 13 I Cor. 6, 19—20 19 I Cor. 6, 15; 12, 27

1 pater—dominus *om. T* est] est et *MFA edd. praeter m* dominus] dominus nr̄ *M* 2 Christus *om. T* nominari *T* 3 fili, *m. 2* filii *T* 4 deo *om. P* fuit dictum *M* prohiue (*del.*) prohiueamur (*m. 2* prohibeamur) *T* 5 qui, *m. 1 corr.* quia *T* 6 et filios, *m. 1 corr.* et filius *F* 7 aut filius *om. MFA* sed] si *P* 8 unus solus (qui *om.*) *P edd. praeter a* et uerus est] est uerus *edd. praeter m* 9 si aut̃ (~ *eras.*) *M* si autem *FA* 11 nra, *m. 1 corr.* ūra *M* 12 quam *FA* 13 consecutus *M* 14 praetio, *m. 2* praetio magno *T* pretio magno *edd. sec. Vulg.* glorificate ergo et portate deum *P edd. sec. Vulg.* 15 dn̄m *M* 17 ita spiritum sanctum minorem esse filio *R* 18 minor patre *M* 19 sunt *A* apostolos, *m. 1 corr.* apostolus *A* 20 sunt *A* sicut dicit, *m. 1 (?) corr.* sicut idem dicit *T* sicut idem ipse dicit *MFP edd.* sicut idem dicit ipse *A* 22 maiores *F* (*m. 1 corr.* maioris) *A* (*m. 2* maioris)

sanctum domino Iesu Christo esse maiorem? uidetur enim suffragari huic opinioni etiam illa sententia, quoniam, qui dixerit uerbum aduersus filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit aduersus spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc saeculo neque in futuro. periculosius enim peccatur in maiorem quam in minorem; nec separari fas est filium hominis a filio dei, quia ipse filius dei factus est filius hominis non mutando, quod erat, sed adsumendo, quod non erat. sed absit etiam talis impietas, ut spiritus sanctus maior filio esse credatur. non ergo facile in peruersum moueant, quae ita dicuntur, quasi ostendant alterum altero esse maiorem.

22 Nam quaedam etiam sic dicuntur, hominibus parum intellegentibus ut et ipse filius maior patre uideatur. quis enim, cum fuerit interrogatus, quid sit maius uerus aut ueritas, non potius respondeat ueritatem esse maiorem? ab illa enim uera sunt, quaecumque uera sunt. non autem ita est in deo. nam filium maiorem patre utrique non dicimus et tamen filius dictus est ueritas: Ego sum, inquit, uia et ueritas et uita. de patre autem tantum modo uos uultis intellegi, quod ait: Ut cognoscant te unum uerum deum et, quem misisti, Iesum Christum, ubi nos subaudimus etiam Iesum Christum uerum deum, ut haec sit sententia: ʻte et,

2 Matth. 12, 32; Luc. 12, 10 19 Ioh. 14, 6 21 Ioh. 17, 3

1 dominum *MFA* 2 suffragari *om., post* opinioni *in marg. m. 2 add.* contraria *T* 3 aduersum *MFAP edd.* 4 dixerit *om. P* 6 peccator, *m. 1 corr.* peccatur *F* in maiore quam in minore *T* 10 dicatur *R* 12 minorem *A* 13 si, *m. 1 corr.* sic *P* dicuntur ut hominibus parum intellegentibus et ipse filius maior patre uideatur quis enim *MFAP edd.* dicuntur hominibus parum intellegentibus quis enim (*om.* ut et—uideatur) *T* 15 fit *A* uerum *edd.* aut] an *R edd. praeter a* 17 quaecum (*om.* que) *A* dño *P* 18 nam *om., m. 1 add. P* utrique *M* (r *m. 2 exp.*) *F* (r *exp.*) ut*ique *P* utique *ARaefm* uterque *lr* filius tamen *R* 19 dictus (*ex corr. m. 1; fuitne* dicitur?) est *F* dicitur esse *MAP edd.* et *post* uia *om. R* 20 uultis/// (*ras. 1—2 l.*) *M* 23 sententia sit *M* te *om. TP* a te *M*

quem misisti, Iesum Christum cognoscant unum uerum deum', ne illa consequatur absurditas, ut, si propterea non est uerus deus Iesus Christus, quia dictum est patri: Te unum uerum deum, propterea non sit dominus pater, quia dictum est de Christo: Unus dominus. uerum tamen secundum prauum intellectum uel potius errorem maior est deus ueritas quam deus uerus, quia uerus a ueritate est; maior ergo patre filius, quia iste est ueritas, ille uerus. hanc peruersitatem pellit ex animo, qui didicerit patrem deum uerum esse gignendo ueritatem, non participando; non est autem alia substantia ueri gignentis et alia genitae ueritatis.

23 Sed cum ad haec contemplanda infirmus sit oculus cordis humani, accedit, ut de contentione etiam turbulentus sit. et quando ista conspiciet? dicit scriptura filium dei, dominum et saluatorem nostrum Iesum Christum, uerbum dei esse et ueritatem et sapientiam et homines eum ante incarnationem, quam de Maria uirgine accepit, sine ulla omnino susceptione corporeae creaturae per ipsam naturam et substantiam suam, qua uerbum dei est et sapientia dei, uisibilem et corruptibilem dicunt, dum sibi uolunt constare, quod sentiunt, de patre tantum modo esse dictum: Inuisibili, incorruptibili soli deo! rogo te: uerbum hominis non est uisibile, nedum uerbum dei; iam uero sapientia illa, de qua dictum est: Adtingit ubique propter suam munditiam et: Nihil inquinatum in eam incurrit et: In se ipsa manens

5 I Cor. 8, 6 21 I Tim. 1, 17 23; 24; 25 Sap. 7, 24; 25; 27

1 Iesum Christum *om. R* 3 te] et *P* unum *om. M* 5 paruum *A* 7 uerus deus *A* a *om. MF* 8 ille] iste *T* pellite *T* 9 qui* (d *eras.*) *P* dedicerit, *m. 3 (?) corr.* didicerit *F* dixerit *T* uerum deum *edd.* gignendi *A* 10 autem *om. T* ali, *m. 1 corr.* alia *T* *pro* alia *ras. A* uiri *M* (*m. 1 ? corr.* ueri) *F* 11 gignendis *F* gignitae *R* uerita.tis *M* 13 accidit *MR* 14 conspicit et dixit (*ras.* dicit) *P* 15 et *post* esse *om. R* 18 suam *om. T* 20 de patre et tantum modo *MFA* 22 necdum *M* 25 incurret *FA* et *om. AP* in *om. F* mens, *m. 2 corr. uid.* manens *M*

innouat omnia et si qua similia, quae numerari non possunt, si corruptibilis est, nescio quid dicam, nisi ut doleam praesumptionem humanam et mirer patientiam diuinam.

24 Cum uero de illa dictum sit: Candor est enim lucis aeternae, nec uestri, ut arbitror, iam dicunt lucem patris, quae quid est nisi eius substantia, fuisse aliquando sine candore a se genito, sicut ista in diuinis et spiritalibus et incorporeis et incommutabilibus credi et utcumque intellegi possunt; audio enim iam eos emendasse. an forte falsum est hoc eos aliquando dixisse, quod fuerit aliquando pater sine filio, tamquam fuerit lux aeterna sine candore, quem genuit? quid ergo dicimus? si natus est filius dei de patre, iam pater destitit gignere; et si destitit, coepit; si autem coepit gignere, fuit aliquando sine filio; sed numquam fuit sine filio, quia filius eius sapientia eius est, quae candor est lucis aeternae: ergo semper gignit pater et semper nascitur filius. hic rursus timendum est, ne putetur inperfecta generatio, si non dicimus natum esse sed nasci. compatere mecum, obsecro, in his angustiis humanae cogitationis et linguae et pariter confugiamus ad spiritum dei per prophetam dicentem: Generationem eius quis enarrabit?

25 Hoc unum interim peto ut diligenter exquiras, utrum alicubi scriptura diuina de diuersis substantiis dixerit, quod

4 Sap. 7, 26  20 Es. 53, 8

1 si qua *om. R*  numerare *F* enumerare, *m. 2 corr. uid.* enumerari *M*  3 miror, *m. 2* mirer *P*  4 uero] ueram *F* ueraciter *M*  6 eius *om. P*  substantiae *A*  7 sicuti *T*  et in spiritalibus *R*  9 iam *om. M*  emendasse///// (*ras. 2—3 l.*) *M*  10 pater aliquando *R*  11 gent, *m. 2* genuit *T*  12 dicemus *R*  13 et si destitit coepit *om. T*  distitit *MF*  autem *om., m. 1 add. P*  16 hic] et hic *R*  rursum *MFAP*  17 inperfecta] in puericia *MFA*  18 nasci/// (*ras. 1—2 l.*) *P*  conpatere, *m. 2* cōpatire *T* cū patre conpatere *M* compatimini *R*  hiis *T*  angusties, *m. 1 (?) corr.* angustiis *F* angustiis et *R*  19 cognitionis *A*  21 enarrauit, *m. 2* enarrabit *T*  22 peto interim *edd.*  23 diuina scriptura *MFAP edd.*  dixerint (n *eras.*) *P*

unum sint. si enim non inuenitur dictum nisi de his rebus, quas constat esse unius eiusdemque substantiae, quid opus est, ut rebellemus aduersus ueram et catholicam fidem? si autem inueneris alicubi hoc scriptum etiam de diuersis substantiis, tunc aliud cogar inquirere, unde ostendam recte ὁμοούσιον dictum patrem et filium. nam si illi, qui scripturas nostras aut nesciunt aut non laboriose scrutantur et tamen filium eiusdem substantiae et aequalem patri credunt, dicant eis, qui hoc nolunt credere, cum tamen deum patrem filium habere unigenitum credant: 'Noluit deus habere aequalem filium, an non potuit? si noluit, inuidus est; si non potuit, infirmus est; utrumuis autem horum de deo sentire sacrilegum est', nescio, utrum possint inuenire, quid dicant, si nolint res absurdissimas et stultissimas dicere.

26 Ecce, quantum potui, exposui tibi fidem meam. et plura quidem dici possunt et diligentius disputari, sed uereor, ne ista ipsa, quae dixi, oneri sint occupationibus tuis. tamen ea non solum dictata conscribi uolui, sed etiam manu mea subscribenda curaui, quod quidem et antea uolueram, si, quod inter nos placuerat, seruaretur. sed modo certe puto iam non a te debere dici timuisse me tibi dicere fidem meam, quando non solum dixi, sed scriptam subscripsi, ne me quisquam dicat aut dixisse, quod non dixi, aut non dixisse, quod dixi. hoc fac et tu, si iudices quaeris, non qui in ore tuo uereantur personam tuam, sed qui in litteris tuis exerant libertatem suam. si enim calumniam times, quod nullo modo

1 nisi *om. P* iis *f l r m* 2 quod *FA* 4 de *om. M* 6 homousion *T* (h *del.*) *MPa* omo usion *FR* omo usyon *A* homusion *e f l r* ὁμούσιον *m* filiũ* (*fuit* s) *A* qui *om. T* 8 patrẽ *M* 9 qui ad hoc *R* 11 est sed si *FAP* ẽẽ s& (*coniunctum* ẽẽ- s&) si *M* 12 utrumbis, *ras.* utrumuis *T* 13 possent *R* 16 uereor (*post.* e *ex corr. m. 1*) *F* 17 honeri *T* oneri (e *et* i *ex ras.*) *F* 18 uolui* *F* 19 antea** (*fuit* uo) *A* 20 iam *om. T* 21 a te] ante *FA* audite, *m. 1 corr.* ante *M* debebere (be *exp.*) *A* timuissẽ (~ *eras.*) et ibi *M* 22 dixi* sed (ed *in ras. m. 1*) *F* dixiss&, *uirgulis disiunctum* dixis s& (*sic!*) *M* 24 quaeres *FA* que ras *M*

auderem dicere, nisi hoc ipse dixisses. licet tibi non subscribere: nam et ego propterea nolui scribi nomen tuum in his meis litteris, ne hoc forte noluisses.

27 Facile est, ut quisque Augustinum uincat. uideris, utrum ueritate an clamore; non est meum dicere, nisi quia facile est, ut quisque Augustinum uincat, quanto magis, ut uicisse uideatur aut, etsi non uideatur uicisse. dicatur! facile est hoc: nolo magnum putes, nolo pro magno appetas. nam cum aduerterint homines in hac re tam ingentem flammam cordis tui, multi gaudebunt se inuenisse occasionem, ut ad pauca 'euge, euge' tam potentem uirum faciant amicum, nolo dicere, quia, si non foueant uel si contrariam sententiam proferant, etiam formidare poterunt inimicum inepte quidem et stulte, sed tamen plerique homines ita sunt.

28 Noli ergo adtendere, quo modo uincatur Augustinus qualiscumque unus homo, sed adtende potius, utrum uinci possit ὁμοούσιον, non ipsum uerbum Graecum, quod facile est non intellegentibus inridere, sed illud, quod scriptum est: Ego et pater unum sumus et: Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum sicut et nos. item paulo post: Non pro his autem rogo tantum, inquit, sed et pro eis, qui credituri sunt per uerbum eorum in me, ut omnes unum sint sicut tu,

18 Ioh. 10, 30 19 Ioh. 17, 11 21 Ioh. 17, 20—23

1 audirem *F* 2 nomen tuum scribi *edd.* 3 meis me litteris (me *exp.*) *M* ne* *FA* (*fuit* c) nec *M* forte hoc *R* hoc *om. M* 5 ueritate *M* quia *om. R* facilis *MFA* 7 aut—dicatur *om. T* dicatur] tamen dicatur *m* 8 nolo *post* putes *bis F* (nolo | nolo) *APm* nam] etiam *M* aduerterent *T* 9 in hac in re *MF* flammam] famam *a* famem *cett. edd.* 10 tui *om. P* gaudebunt *an* gaudebant *incertum; hoc ueri similius T* ut a pauca *FA* ut pauca, *m. 1 corr.* ut a pauca *M* 11 faci, *m. 1 corr.* faciā *T* 12 si* *F* foueant *potius quam* faueant (*secunda l. inductione incerta*) *T* faueant *R edd.* 13 inimicum *om. R* 14 *ita (*fuisse uid.* ista) *F* sint *MFA* 17 omo usion *M; cetera ut in p. 553, 6* 18 sed sed *A* 20 tuo *om. M* 21 tantū rogo autē *M* 22 eis] his *T*

pater, in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint, ut mundus credat, quia tu me misisti. et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi illis, ut sint unum, sicut nos unum sumus ego in eis et tu in me, ut sint consummati in unum. uide, quotiens dixit 'sint unum, sicut et nos unum sumus'. nusquam tamen dixit 'ipsi et nos sumus unum' sed 'sicut ego et tu sumus unum, sic et ipsi in nobis sint unum', quia, sicut illi erant unius eiusdemque substantiae, quos etiam unius participationis uitae aeternae facere uolebat, ita de patre et filio propterea dictum est: Unum sumus. quia unius sunt eiusdemque substantiae et non participes uitae aeternae sed ipsa principaliter uita aeterna. et poterat dicere secundum formam serui 'ego et ipsi unum sumus' aut 'unum simus'; nec hoc tamen dixit, quia unam substantiam patris et suam et unam illorum uolebat ostendere. si autem dixisset 'et tu et ipsi unum sitis, sicut et ego et tu unum sumus' aut 'et tu et ego et ipsi unum simus, sicut et ego et tu unum sumus', nemo nostrum recusaret posse dici 'unum sunt' etiam diuersas substantias. nunc autem uides, quam non ita sit, quia non ita dixit et saepe dicendo uehementer commendauit, quod dixit.

29 Inuenis ergo in scripturis aliquid unum de diuersis naturis, sicut supra ostendimus, sed additur uel subauditur quid unum, sicut ex anima et corpore dicimus unum animal et una per-

1 in nobis *in fine u. om. A* 2 ut, *m. 2* ł & *P* 4 unum *om. M* sicut et nos *edd.* et *om., m. 1 add. P* 6 numquam, *corr.* nusquam *T* 7 simus unum *FAP edd.* unum simum (*m. 1 corr.* simus) *punctis corr. M* unum simus *R; cf. u. 14* unum sumus *R* 9 &am *M* participes *Pflrm* 13 ego *om. MFAP* 14 simus] sumus *MFA* nec *om. MFA* tamen hoc *P edd.* 15 unam sub substantiam *F* una substantia, *m. 2* unam substantiam *T* una, *m. 2* unam *T* unam nec *MFA* 16 et tu] ut tu *FAPR edd.* ut ut tu (*alterum* ut *del.*) *M; cf. u. 17* sicut ego *MFAPR edd.* 17 aut—sumus *om. T* aut] ut *R* et tu] ut tu *edd.* 18 sumus *MFAP* (*ras.* simus) sicut ego *PR edd.* 19 sunt *m. 2 del. P* 20 quam non ita sit quia non ita sit quia non ita dixit (quia non ita sit *m. 1 del.*) *R* 22 naturi, *m. 2* naturis *T* 23 diximus *R* bel, *corr.* uel *T*

sona et unus homo uel est uel sunt. sine aliqua uero adiunctione dici 'unum sunt' si inueneris in scripturis nisi de his, qui unius substantiae sunt, iustissime flagitabis, ut alia proferamus, unde ὁμοούσιον demonstremus. sunt enim et alia multa; sed interim de hoc uno cogita deposito studio contentionis, ut habeas propitium deum. non enim bonum hominis est hominem uincere, sed bonum est homini, ut eum ueritas uincat uolentem, quia malum est homini, ut eum ueritas uincat inuitum. nam ipsa uincat necesse est siue negantem siue confitentem. da ueniam, si quid liberius dixi non ad contumeliam tuam sed ad defensionem meam. praesumpsi enim de grauitate et prudentia tua, quia potes considerare, quantam mihi respondendi necessitatem inposueris, aut, si et hoc non recte feci, et hinc da ueniam.

Huic scripturae a me dictatae et relectae Augustinus subscripsi.

## CCXXXIX.

1 Si dicis te mihi dixisse fidem tuam et me tibi noluisse dicere fidem meam, quod et audio te non tacere, recordare,

2 sunt *m. 2 del. P* in scripturis *om. A* de his quae *P* de iis quae *f l r m* 3 aliud *MFAPR edd.* profetamus, *m. 1 corr.* proferamus *M* 4 omousion *T* homo usion *F; cetera ut in p. 553. 6* 9 inuictum (c *eras.*) *P* 10 quid *in ras. P* 11 tuam *bis, alterum del. T* 12 et] atque *R* tua *om. A* quanta, *m. 2* quantam *T* 13 non et hoc *R* 14 rec faci, *m. 2* recte feci *T* hic *A* 15 Augustinus] ego Augustinus *edd.* Explicit prima *T* explicit epistula sancti episcopi augustini *F* explicit epistula sancti augustini episcopi ad pascentium comitem arrianum *P*

*Idem codices, qui in ep. CCXXXVIII.*

Incipit secunda eiusdem ad eundem pascentium *T* incipit epistula sancti augustini ad pascentium comitem arrianum *M* item incipit epistula sancti augustini episcopi ad pascentium comitem arrianum *FP* epistula sancti augustini episcopi ad pascencium cōmitem arrianum *A* item epistula augustini ad eundem pascentium *R* *Inscriptio deest* 18 meam, *m. 1 corr.* tuam *M* noluisse tibi *R* uoluisse *M* 19 quod te audio non *MFAPR edd.*

obsecro, quam utrumque sit falsum. nam nec tu mihi uoluisti dicere fidem tuam et ego tibi fidem meam non dicere nolui. sed ita dicere uolui, ut nemo posset dicere aut dixisse me aliquid, quod non dixerim, aut non dixisse, quod dixerim. diceres autem mihi fidem tuam, si hoc diceres, unde dissentis a nobis, si diceres: 'Credo in deum patrem, qui filium fecit primam creaturam ante omnes ceteras creaturas, et in ipsum filium nec aequalem patri nec similem nec uerum deum et in spiritum sanctum factum per filium post filium'; haec enim uos audio dicere aut, si forte falsum est, quod ista dicatis, hoc potius abs te uolo scire. si autem uerum est, quia ista dicatis, uolo scire, quem ad modum ea de scripturis sanctis defendatis. nunc autem dixisti credere te 'in deum patrem omnipotentem, inuisibilem, inmortalem, non ab aliquo genitum et ex quo sunt omnia, et in filium eius Iesum Christum deum natum ante saecula, per quem facta sunt omnia, et in spiritum sanctum'. haec fides non est tua sed utriusque nostrum, quem ad modum si adiungeres, quod eundem filium dei Iesum Christum etiam Maria uirgo peperit, quod pariter credimus, et si qua alia communiter confitemur. si uoluisses ergo tuam dicere, non istam diceres, quae communis est nobis, sed illam potius, in qua dissentimus a uobis.

2 Haec et praesens dicerem, si, quem ad modum placuerat, uerba nostra exciperentur. sed quia hoc noluisti dicens te a nobis timere calumniam et a placito, cui mane consenseras,

2 et] nec *R* non *exp. uid. F* non *om. R* nolui] uolui *MAP* (*m. 1 corr.* nolui) 3 possit *M* dicere *om., m. 2 add. P* dixisses *M* me *om. T* 5 oc, *m. 1 (?) corr.* hoc *M* hoc mihi *R* dessentis, *m. 1 corr.* dissentis *F* desentis *M* 7 ceteras *om. T* 9 haec] et haec *P* 10 audio uos *R* audeo (*m. 1 corr.* audio) uos *P* 11 uo, *a. m. corr.* uolo *T* quia] quod *f l r m* 12 dicitis *MFAPR edd.* de scripturis sanctis ea *R* ea de] eadem *P* 13 te credere te (*post.* te *del.*) *T* 14 genitum ex quo *PR* 15 in *om. MFA* 17 tua *om. A* 18 adiungeris *MFA* filium *bis R* Iesum Christum *om. P* 20 comminuter *F* si ergo tuam uoluisses *R* 21 communes, *m. 1 (?) corr.* communis *F* potius illam *R* 24 uoluisti *T* 25 calumniam] eam *T* a *om. A*

post prandium recessisti, ut quid dicerem, quod, quem ad modum uelles, me dixisse narrares et ego non haberem, unde ostenderem, quid uel quem ad modum dixerim? noli ergo ulterius iactare. quod tu fidem tuam dixeris et ego meam non dixerim, quia sunt homines, qui considerent me potius habuisse fiduciam fidei meae, qui eam scribi uoluerim, te autem non habuisse, dum quasi calumniam pertimescis. paratus ergo eras negare, si tibi obiceretur, quod contra fidem meam aliquid dixeris. uide ergo, quid de te ipse sentiri feceris. quod si obiectum non eras negaturus, cur dictum scribi noluisti, praesertim cum magnopere uoluisses etiam honoratos uiros nostro interesse sermoni? cur ergo uolens calumniam deuitare notariorum stilum timebas et clarissimorum testimonium non timebas?

3 Si autem sic uis ut etiam ego dicam fidem meam. quo modo te dicis dixisse tuam, ego etiam breuius possum dicere credere me in patrem et filium et spiritum sanctum. si autem proprium aliquid, unde dissentis a me, uis audire, credo in deum patrem et filium et spiritum sanctum nec filium dicens patrem nec patrem filium nec utrumque spiritum uel patrem uel filium et tamen patrem deum et filium deum et spiritum sanctum deum et patrem et filium et spiritum sanctum unum deum solum aeternum et inmortalem propria sua substantia, sicut deus solus aeternus et inmortalis est ea diuinitate, quae est ante saecula. hoc si tibi displicet et placet a

2 unde ostenderem *om. A* 5 potius me *A* 6 scribere *T* uoluerint, *m. 1 (?) corr.* uoluerim *M* 9 quid te, *m. 1 corr.* quid de te *T* ipso *R* sentire *M* (*m. 1 ? corr.* sentiri) *FA* 10 uoluisti *P* 11 honoratus, *corr.* honoratos *F* 13 clarissimorum uirorum testimonium *m* 15 bis, *corr.* uis *T* ego etiam *signis corr. P* iam ego *A* 18 bis, *corr.* uis *T* 19 deum *om. MFAPR edd.* 20 utrumque spiritum] utriusque spiritum sanctum *MFAPR edd.* 22 et patrem— unum deum *om. MFAP edd.* 23 aeternum et] &//////////& *M* sua *om. R* 24 solus deus *R* solus (*om.* deus) *P* aeternus] et aeternus *MFA edd.; cf. u. 23* est *om. T* 25 qua *MFAP* placet *om. P*

me audire, quem ad modum de scripturis sanctis adseratur, lege etiam illud, quod prolixius couscriptum misi benignitati tuae. si autem tibi non uacat legere, nec mihi uacat frustra uerba iactare. possum tamen, quantum deus dederit facultatis uel dictandi tibi uel scribendi, ego quoque uel dictando uel scribendo, ad quod uolueris, respondere.

Huic scripturae meae a me dictatae et relectae Augustinus subscripsi.

## CCXL.

Optaueram te, frater dilectissime, pristini erroris tui consilium deponere; nunc miror te in ipso adhuc permanere, sicut epistula, quam ad me misisti, clamat. nam ita est dignatio tua, sicut sitiens nimio calore accensus si inuenerit aquam caenosam et se ingurgitauerit; postea, etiam si limpidam et frigidam reperiens biberit, non satis proficere potest, quando quidem caeno semel eius cor et anima obruitur. denique, quod pace tua dicam, ita est consilium praestantiae tuae sicut arbor

17—560, 2 = p. 560, 14—15

2 etiam *om. P* scribtum *T* benignitate, *m. 1 corr.* benignitati *F* 3 tibi] illud tibi *MFPR edd.* tibi illud *A* 4 dominus *MFAPR edd.* facultates *TM* (*m. 1 corr.* facultatis) 5 dictandi, *m. 1* (?) *corr.* dictanti *M* dictanti *FAR edd.* tibi *om. F* scribenti (ti *in ras. m. 1*) *FA* scribenti *MR edd.* 6 ad id quod *R* 7 meae *om. MFAPR edd.; cf. p. 556, 15* dictae, *m. 1 corr.* dictatae *M* Augustinus] ego Augustinus *edd.* Explicit epistula secunda sancti augustini ad pascentium *T* explicit epistula sancti augustini ad pascentium comitem arrianum *FP*

*Idem codices, qui in ep. CCXXXVIII et CCXXXIX.*

Incipit eiusdem pascenti ad sanctum augustinum *T* incipit rescriptum pascenti aug *M* incipit rescriptum pascentii ad augustinum *F* (ii *in ras. m. 1*) *P* rescriptum pascenti ad augustinum *AR* (pascentii) *Inscriptio deest* 10 frater *om. R* 12 misisti ad me *R* 13 sitiens qui nimio calore succensus *R* 14 se] si *M* se inde *f l r m* limpidissimam *R* 15 uibcrit, *corr.* biberit *T* 16 caenose (e *in ras. m. 1*) meleuis (*ex corr. m. 1; fuit* melius) cor *F* cenose melius cor *M* cor et] coheret *T*

curua et nodosa, quae nihil in se rectum habet et aciem peruertit oculorum. rescribit mihi sanctitas tua patrem deum, filium deum, spiritum sanctum deum, sed unum deum. quis e tribus unus deus? an forte una est persona triformis, quae hoc nomine nuncupetur? tu si uoluisses et confideres de professione tua, resideres mecum cum coepiscopis tuis puro ac pacifico animo et spiritu et conferres de his, quae dei sunt et quae ad gloriam et gratiam spiritalem pertinent. unde quid opus est scribere et rescribere, quod nos non aedificat?

## CCXLI.

1 Litterae tuae nec ad reddenda conuicia me prouocare nec a reddendis litteris reuocare potuerunt. ea quippe, quae scripsisti, mouerent me, si a ueritate dei, non a potestate hominis dicerentur. dixisti consilium meum arborem curuam et nodosam, quae nihil in se rectum habet et aciem peruertit oculorum. quid in me diceres, si a placito, quod inter nos mane statueramus, ego recessissem et in re facillima, quae recte placuerat, curuam refragationem et nodos difficultatis posuissem? neque

14—15 = p. 559, 17—560, 2

1 curba, *corr.* curua *T* rectum] rigidum *T; cf. u. 15* 3 deum *post* unum *om., m. 1 add. F* 4 est una *edd.* 6 resideres, *m. 1 corr.* resederes *F* episcopis *R* 7 conferre, *m. 2* conferres *T* de iis quae sunt dei *f l r m* Explicit epistula pascenti *T* explicit rescriptum pascentii ad sanctum augustinum *FP*

*Idem codices, qui in ep. CCXXXVIII—CCXL.*

Incipit III. sancti augustini ad eumdem *T* incipit epistula sancti augustini ad pascentium comitem arrianum *MF* epistula sancti augustini ad pascentium comitem arriani (*sic!*) *A* item epistula sancti augustini ad pascentium eundem comitem arrianum *P* item augustini ad eundem pascentium *R* *Inscriptio deest* 11 me *om. M* a* reddendis litteris *T* ad reddendas litteras *A* 12 *post* reuocare *ras. 6—7 l. P* 14 curbam, *corr.* curuam *T* no*dosam *M* 15 nichil in se *bis, alterum del. P* et *om., m. 2 add. T* *et *F* 16 diceris *MF* 18 curbam, *corr.* curuam *T*

enim aqua caenosa ingurgitatum me iudicares sed perfidiae, quod multo peius est, ebrietate submersum, si non talis post prandium redissem, qualis ante prandium recessissem. sed ecce numquid non rescripsisti, quod uoluisti, et nullam calumniam formidasti? sic ergo potes et cetera, ut sit, quod uel nos ipsi uel alii possint considerare et iudicare. quod enim dicis triformem dei personam me credere, si legere dignatus fuisses, quod aliud aliquanto prolixius misi, et ad ea, quae ibi scripta sunt, respondere uoluisses, hoc fortasse non diceres. sed tamen ecce et hoc ipsum, quod triformem dei personam dicam, et dictasti et conscriptum misisti et nullam calumniam timuisti; ecce ostendisti uerum esse, quod dico, non ideo te, sicut placuerat, cum simul essemus, uerba tua dictare noluisse, quia calumniam timebas, sed quia de ueritate non confidebas. et modo quia iam tibi placuit dictare, an triformem dei personam credam, respondeo non me ita credere; una quippe forma est, quia una, ut ita dicam, deitas est, et ideo unus deus pater et filius et spiritus sanctus.

2 Tu autem, peto, digneris breuiter respondere, quo modo accipias, quod ait apostolus: Qui adhaeret meretrici, unum corpus est; qui autem adhaeret domino, unus spiritus est. diuersi enim sexus corpora sibi adhaerentia unum corpus dixit et, cum spiritus humanus nullo modo posset dicere: 'Ego et dominus unum sumus', tamen, cum adhaeret domino, unus spiritus est; quanto magis ille, qui uerissime dixit: Ego et pater unum sumus, quia inse-

20 I Cor. 6, 16—17 26 Ioh. 10, 30

1 iudicaris *FA* 2 non in talis *M* (in *del.*) *F* 3 rediissem *m* 5 sic] si *R* 7 crederes *M* (s *exp.*) *F* 8 aliquando *MAP* q, *m. 2* quae *T* 11 dicam, *m. 2* dicamus *T* calumni, *m. 1 corr.* calumniā *M* 13 ee*mus (*fuit* s) *M* noluisti *A* 15 et *om. MFAPR edd.* iam] tam *MFA* 17 est *post* deitas *om. MFAPR edd.* 19 digneris *om.*; *m. 2 post* respondere *add.* dignare *T* 22 corporas (s *exp.*) | ibi (*m. 1 corr.* sibi) *M* 23 cum *om. M* 24 possit *R edd.* 25 adaeher& (ac *m. 1 exp.*) *M* que, *m. 1 (?) corr.* qui *F*

parabiliter patri cohaeret, ipse et pater unus deus est, si tamen uel hoc uerbum admittitur in illa diuinitate, ut dicamus 'cohaeret', quod numquam omnino uel fuit uel esse poterit ulla distantia separatum! ad hoc responde, utrum tibi placeat biformem spiritum dici, quando, qui adhaeret domino, unus spiritus est. quod si tibi non placet, nec ego triformem deum dixi patrem et filium et spiritum sanctum sed unum deum. si autem in praesentia uis ut conloquamur, gratiam quidem habeo dignationi et beniuolentiae tuae. sed sicut iam mihi aliud, quod uoluisti, rescribere dignatus es, ita dignare rescribere dictaturos nos esse, quae dicturi sumus, et non deero uoluntati tuae, quantum me adiuuerit dominus. nam si 'scribis et scribo' non nos aedificat, quo modo nos aedificat 'dicis, dico', ubi post uerborum strepitum non inueniamus, quid legendo recenseamus?

Augustinus haec dictaui et relectis subscripsi. abstineamus nos a conuiciis, ne tempus inaniter inpendamus, et ad id, quod agitur inter nos, potius aduertamus.

1 coherit *M* 2 uerbo, *m. 1 corr.* uerbū *M* ut *om. R* 4 separata *M* 5 triformem *T* informem (*ex* ııı formem?) *R* deo *R* 6 non *om. M* placent *F* 9 abeo *MF* (*m. 1 corr.* habeo) *A* dignatione *M* (*m. 2* dignationi) *F* (*m. 1 corr.* dignationi) *A* · dignationi tuae *R* 10 quod *om. T* ita *om. P* dignare scribere *T* rescribere dignare *R* 11 dicturos *T* dictaturus, *m. 1 corr.* dictaturos *M* 12 uoluntate, *m. 1 corr.* uoluntati *F* adiuuauerit *M* (au *exp.*) *FA* deus *MFAPR a e* 13 et] set *MF* non uos *R* dicis et dico *m* 14 quod *R edd. praeter a* 15 legando *F* 16 relictis *F* (*m. 3?* relectis) *AR* 17 ad *om. P*

Explicit epistula sancti augustini tertia deo gratias *T* explicit epistula sancti agustini ad pascentium comitem arrianum *FP*

## CCXLII.

DOMINO EXIMIO MERITOQUE HONORABILI ET DESIDERABILI ELPIDIO AUGUSTINUS.

1 Quis nostrum erret in fide uel cognitione trinitatis, alia quaestio est. gratum sane habeo, quod me quamuis incognitum facie tamen, quia errare credidisti, reuocare ab errore conatus es. huius tibi beniuolentiae mercedem retribuat deus et nosse te faciat, quod nosse te putas; res enim ardua est, ut existimo. et quaeso te, ne in ullam contumeliae partem acceperis, quod tibi tantae cognitionis munus optaui. uereor enim, ne opinatae scientiae praeiudicium si non praecepta uera, quae nequaquam ad te mihi adrogauerim, at certe bona uota nostra, quae mihi etiam indocto habere de te licet — non enim perite sed amice exhibenda sunt —, repellat ab auribus tuis potiusque mihi suscenseas, quod non tibi iam sicut sapienti gratulatus, quam gratias agas, quod tibi sapientiam deprecatus sim. uerum tamen si ego portans episcopalis nominis sarcinam libentissime amplector beniuolentiam tuam, quod me Bonoso et Iasoni, ut scribis, doctissimis uiris, etiam trans mare mittere dignatus es ad reportandos ex eorum disputationibus uberes fructus, quod denique ad detergendas

*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P*[1] = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

3 helpidio *AR* eluidio *M* 4 esset *MFP*[1] (*m. 2* erret) esse *A* uel] et *R* uel in *f l r m* cogitatione *P* ali**a (qu *eras.?*) *P*[1] aliqua *f l r* 7 tribuat, *m. 1 corr.* retribuat *M* 8 ardua est ut existimo | ardua est ut existimo (*alterum m. 1 del.*) *F* 10 acciperis *F* 11 ne inopinatae (in *m. 1 del.*) *R* iudicium *M* uera praecepta *R* 12 quae *om.* *P*[1] aut *A* 14 inperite *M* 15 potiusque (e *in ras. m. 2; fuisse uid.* ae) *P* potiusquae *F* (a *exp.*) *A* mihi *om.* *A* 16 *sapienti (*fuitne* a*?*) *P* sapientia *F* 17 sarcinam episcopalis nominis *R* 18 beniuolentiam] boni uoluntatem *A* 19 quo, *m. 1 corr.* quod *F* ueris *P*[1]

totius erroris caligines libellum cuiusdam episcopi uestri ingenio et uiribus elaboratum ad me perferendum sollicita benignitate curasti, quanto est aequius te bono animo accipere. quod, ea, quae nulla humana ope et uiribus dari possunt, a domino deo tibi ut concedantur, optaui! apostolus enim inquit: Non spiritum huius mundi accepimus sed spiritum, qui ex deo est, ut sciamus, quae a deo donata sunt nobis; quae et loquimur non in doctis humanae sapientiae uerbis sed docti spiritu spiritalibus spiritalia comparantes. animalis autem homo non percipit, quae sunt spiritus dei; stultitia est enim illi.

2 Magis ergo tecum, si fieri posset, mallem quaerere, quousque appellandus sit animalis homo, ut, si eum iam transcendimus, recte fortasse illa, quae supra humanam mentem atque intellegentiam incommutabiliter manent, aliqua ex parte nos attigisse gaudeamus. cauendum est enim, ne propterea uideatur stultum, cum filium patri audiamus aequalem, quia hominem animalem adhuc agimus, de quo dictum est, quod stultitia sunt illi, quae sunt spiritus dei. quamquam sane maiestas illa supra cuncta sublimis ab spiritalibus cogitari possit, a nullo autem possit effari, uidere tamen, quantum arbitror, facile est non esse factum, per quem facta sunt omnia et sine quo factum est nihil. si enim per se ipsum factus est, erat, antequam fieret, ut fieri per se posset, quod

6 I Cor. 2, 12—14 18 Ioh. 5, 18; Phil. 2, 6 19 I Cor. 2, 14 23 Ioh. 1, 3

1 caliginẽs (*sic!*) *M* libellus *A* 2 benignitate solita (*pro* sollicita) *R* 3 equi*uste (*fuit* i), *m. 2* equi*us te $P^1$ aequi iusto *M* (*m. 2* aequi' iusto) *FA* 4 nulla humana ope] nullo humano *MFAR* nullo humano ingenio $P^1$ *edd.* et] ex *A* dare *M* 8 non indoctis *A* 9 doctis *P* (s *eras.*) $P^1$ 10 homo *om. A* 11 enim est *R* est, *m. 2* enim est $P^1$ 16 incommutabiliter, *m. 1 supra* ł incomparabiliter *R* 17 audeamus *M* 18 audimus *MFAP¹R edd.* 21 a *edd.* 22 possit *in fine u. om.* $P^1$ a *om. MFAR* *post* autem *m. 2 add.* m̊i *M* effari possit *R* 23 omnia facta sunt *R* 24 sine quod (d *exp.*) *F* se *om.* $P^1$ 25 erat et antequam *R* ut si fieri *A*

certe tanto absurdius dicitur, quanto uanius cogitatur. si autem non per se factus est, non est factus omnino, quoniam, quicquid factum est, per ipsum factum est; omnia enim per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil.

3 Miror parum adtendi, quae tam expresse euangelista uoluit intimare, ut neminem dissimulare permitteret; non enim satis fuit dicere: Omnia per ipsum facta sunt, nisi adderet: Et sine ipso factum est nihil. at ego quamuis tardus et nondum detersa caligine saucium mentis oculum gerens ad intuendam patris et filii incomparabilem ineffabilemque praestantiam tamen hoc tota facilitate complector, quod nobis in euangelio propterea praeseminatum est, non ut hinc comprehenderemus illam diuinitatem, sed ut hinc admoneremur non oportere nos de temeraria comprehensione iactare. si enim omnia per ipsum facta sunt, quicquid non per ipsum factum est, non est factum. ipse autem per se factus non est; non est igitur factus. et omnia per ipsum facta esse ab euangelista credere cogimur; ab eodem ergo cogimur eum factum esse non credere. item, si sine ipso factum est nihil, ipse ergo nihil est, quia sine se factus est. quod si opinari sacrilegum

3; 7 Ioh. 1, 3

2 non *om., m. 1 add. M* per se factus] perfectus *A* non—per ipsum factum est *om. M* quicquid factum] quicquid factū* (*fuit* s) *P* 4 facta] factū *M* 5 antendi, *m. 2* adtendi *P* quaet *am (e *et* t *puncto dirempta uid.*) *F* 8 ergo *M* (r *eras.*) *R* 9 et *om.* $P^1$ tersa *M* 10 prestiam *M* (*m. 2* prestantiam) *F* praesentiam *P* praescientiam *A* 11 facilitate (facili *ex corr. m. 2*) $P^1$ 12 ut non *M* 13 ut *om. A* 14 teme|ria *M* 16 factus est, *m. 1 corr.* factus non est *P* 17 ab euangelista] euangelistae *P* 18 cogimur credere *R* 19 si *om.* $AP^1$ 20 quia—non autem sine se factum esse *mire turbata sunt in* $MFAP^1R$*:* aut factum non esse non autem sine se factum esse restat ut fateamur aut non sine se factum esse quia sine se (se *om. R*) factus est quod si opinari (opinaris $AP^1R$) sacrilegum est, *quod factum esse apparet ordine uersiculorum archetypi confuso:*
aut factum non esse non autem sine se factum esse (*3*)
restat ut fateamur aut non sine se factum esse (*2*)
quia sine se factus est quod si opinari sacrilegum est (*1*)
*Maurini auctoritatem mss. Victorini et unius e Vaticanis, ut dicunt, secuti iustum ordinem restituerunt*

est, restat, ut fateamur aut non sine se factum esse aut factum non esse. non autem sine se factum esse non possumus dicere. si enim ipse se fecit, iam erat ante, quam fieret; si autem ad se faciendum alteri, a quo factus est, adiutorium praebuit, nihilo minus, ut se adiuuante ipse fieret, iam erat ante, quam fieret. relinquitur itaque, ut sine se factus sit. quicquid autem sine illo factum est, nihil est. aut nihil est igitur aut factus non est; sed non est nihil, factus igitur non est. at si factus non est et tamen filius est, sine dubio natus est.

4 'Quo modo', inquis, 'potuit de solo patre nasci filius aequalis ei, de quo natus est?' iam hoc enarrare non possum et cedo prophetae dicenti: *Generationem eius quis enarrabit?* quod si tu de humana generatione, qua per uirginem natus est, accipiendum putas, ipse te discute et interroga animam tuam, utrum, si in generatione humana deficit, audeat enarrare diuinam. 'noli ergo', inquis, 'dicere aequalem'. cur non dicam, quod dixit apostolus? *non rapinam*, inquit, *arbitratus est esse se aequalem deo*. etsi enim aequalitatem illam non explicauit humanae menti nondum purgatae, posuit tamen in uerbo, quod in re possit inuenire purgata. demus itaque operam mundando cordi nostro, ut inde exsurgat acies, qua ista uidere ualeamus; *beati enim mundicordes*, inquit, *quia ipsi deum uidebunt*. ita excedentes animalis hominis

12 Es. 53, 8 17 Phil. 2, 6 22 Matth. 5, 8

1 fateamur non (*om.* aut) *P m* 5 adiuuante] a diu ante *F* 8 at *ex* ad $P^1$ 10 patri *M* 11 ei *om. P* 12 enarrauit, *m. 1 corr.* enarrabit *P* 15 defecit *MFAP*$^1$*R edd.* *post* audeat *parua ras. F* 16 di*cere (s *eras.?*) $P^1$ 17 rapina *R* 18 esse aequalis *MFAP*$^1$*Raem* 19 explicabit, *m. 2* explicauit $P^1$ humanā mente nondũ purgate (*sic!*) *M* humana mente nondum purgata *F* humanę mentę nondum purgata *A* potuit *P* 20 inueniri *FR edd. praeter e* 21 opera *MFA* qua *cum ras. super* a $P^1$ 22 ualemus, *m. 1 corr.* ualeamus *P* mundi cordes inquit *AP*$^1$ (*m. 2* mundicordes) mundo (*m. 2* mundi) cordes inquid *M* mundi corde* inquit *R* inquit mundicordes *edd.* 23 qui, *m. 2* quia *A* quoniam *edd. sec. Vulg.* itaq; $P^1$ excedentis *P* (*m. 2* excedentes) *FAP*$^1$ excidentis *M*

caliginosas imagines ad serenitatem illam sinceritatemque ueniemus, qua uidere possimus, quod dici non posse uideamus.

5 Nam libello, quem dignatus es mittere, si mihi sit otium facultasque tribuatur ad singula respondere, arbitror te cogniturum tanto minus quemque uestiri lumine ueritatis, quanto magis sibi uidetur nudam depromere ueritatem. quis enim ferat, ut alia omittam et hoc solum interim commemorem, quod maxime ingemui, cum apostolus Paulus dicat: *Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem*, istos iam dicere omni integumento retecto nudam se depromere ueritatem? qui si diceret: 'Nudam uidemus ueritatem', nihil esset caecius ista arrogantia uisionis; non autem dixit 'uidemus' sed 'depromimus', ut non solum iam ueritas intentioni mentis patere sed etiam potestati linguae subiacere uideatur. multa sunt, quae de trinitatis ineffabilitate dicantur, ut ipsa non dicatur — alioquin non est ineffabilis —, sed ut illis dictis illa dici non posse intellegatur. uerum iam, ut arbitror, modum excessit epistula mea, cum per tuam me admonueris breuiter scribere. sed quia institutione ueterum te excusare dignatus es, non tibi absurdus uidebor, si modum quarundam epistularum Ciceronis, quia eius quoque in litteris tuis mentionem fecisti, non te pigeat recordari.

8 I Cor. 13, 12

1 caliginosis, *m. 1 corr.* caliginosas *R* ad] ut ad (ut *del.*) *M* 2 uenimus *A* uideri, *m. 2* uidere $P^1$ uideamus (a *exp.*) $P^1$ uidemus *R m* 3 sit *om. R* 7 **omittā* (*postr. l. non fuit* m) *P* 9 in] et in *R* 10 istum *edd.* tegimento *A* tegumento *R* re*tecto *F* reiecto $P^1$ 11 de ꝑmerere $P^1$ dicerent *PR* 14 inuentioni *l r m* 16 non ut ipsa *edd. praeter a* 17 ut illis] utilis *A* 18 me admonueris] meam monueris *A* meā noueris *MF* 20 modo *MFA* 21 quarundā| epistolā (run *m. 2 del.*) *M*

## CCXLIII.

DOMINO DILECTISSIMO ET DESIDERANTISSIMO FRATRI LAETO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Legi epistulam, quam misisti fratribus, consolari te cupiens, quod multis temptationibus tua tirocinia quatiantur, in qua etiam insinuasti desiderare te litteras meas. condolui, frater, et cessare ab scribendo non potui, ne non solum tuo sed etiam meo desiderio negarem, quod me uidebam officio debere caritatis. si te igitur tironem Christi profiteris, castra ne deseras, in quibus tibi etiam aedificanda turris est illa, de qua in euangelio dominus loquitur. in ea quippe stantem et sub armis uerbi dei militantem nulla ex parte penetrare ullae temptationes ualent; inde et iacta in aduersarium tela graui pondere ueniunt et prospecta firmo munimine deuitantur. considera etiam dominum nostrum Iesum Christum, cum sit rex noster, tamen ea societate, qua etiam frater esse dignatus est,

10 Luc. 14, 28  15 Luc. 14, 31

*P* = *cod. Parisinus 12193 s. IX.*
*P*[1] = *cod. Parisinus 12226 s. IX.*
*S* = *cod. Sangallensis 174 s. IX.*
*R* = *cod. Reginensis 140 s. IX—X.*
*H* = *cod. Palatinus 211 s. X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P*[2] = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*P*[3] = *cod. Parisinus 1958 s. XI.*
*K* = *cod. Casinensis 232*[1] *s. XII.*

*Inscriptionem om. PP*[3] domino doctissimo leto augustinus *K* 4 consolorari *M* 5 in quo *PP*[3] 6 insinua//sti (*ras. 1—2 l.*) *R* te *om. P* 7 a* *M* ad *K* 9 ne *om. P*[1] (*m. 2 add.*) *R* 11 in eo *P* 13 iacta, *m. 2* iactata *P*[3] iactata *P* 14 et] unde et *PP*[1]*SRP*[3] munime, *m. 1 (?) corr.* munimine *P*[1] deuitamur, *m. 2* deuitantur *R* diuitantur, *m. 2 (?)* deuitantur *H* 16 tam *P*[2] *pro* ea *ras. 1—2 l. P* a *MAP*[2] societate] scitote *P* qua, *m. 2* quia *P* qua* *P*[1] (e *eras.*) *P*[2] (m *eras.?*) frater noster esse *R*

reges appellasse milites suos et unumquemque ad bellandum cum rege, qui habet uiginti milia, instructione decem milium idoneum esse debere praemonuit.

2 Sed paulo ante, quam de turre et de rege exhortatorias similitudines proponeret, adtende, quid dixerit: Si quis uenit ad me et non odit patrem suum et matrem et uxorem et filios et fratres et sorores adhuc et animam suam, non potest meus discipulus esse; et si non tulerit crucem suam et uenerit post me, non potest meus esse discipulus. deinde subiungit: Quis ex uobis uolens turrem aedificare non primo sedet et computat, si habet sumptum ad consummationem, ne quando, cum posuerit fundamentum, non possit aedificare et omnes, qui transeunt et uident, incipiant dicere: 'Hic homo coepit aedificare et non potuit perficere'? aut quis rex uadens cum alio rege bellum committere non primum sedet et cogitat, si potens est cum decem milibus occurrere ei, qui cum uiginti milibus uenit ad illum? ceterum,

5; 10 Luc. 14, 26—32

1 ad bellum *R* 2 instructionē Xcē *K* milia, *m. 2* milium $P^1S$ milia $PRP^3$ 3 promonuit *A* 4 de turre, *m. 2* de turri *M* de turre, *altero* r *exp. m. 2* de tureret (*sic!*) *P* et de rege *om. MA* exhortatori*as $P^2$ 5 poneret $HMAP^2K$ *edd. praeter m* 6 aut matrem et uxorem $PP^1$ (*m. 1 ? corr.* et matrem et uxorem) aut matrem aut uxorem *R* aut matrem et uxores $P^3$ 7 adhuc *om. M* adhuc et, *m. 2 sec. sacr. litt.* adhuc autem et *S* adhuc autem et *A* 8 esse discipulus *RK edd. sec. sacr. litt.* 9 uenit *A sec. Vulg.* 10 discipulus esse $PP^1SP^3$ adiugit *K* ·ex (x *in ras., fuit* st) *H* 11 uoluit *H* turrem, *m. 2* turrim *PSM* turrim *R* (i *ex ras.*) *AK edd.* primo (imo *m. 2 inductum*) *P* prius *A sec. Vulg.* sedet conputat (*om.* et), *m. 2 sec. sacr. litt.* sedens conputat *R* 12 habet sumptus *H* sumptus habet *edd. sec. Vulg.* 13 cum *om. A* 14 incipient *A* 16 committere bellum cum alio rege $HMAP^2K$ *edd. sec. Vulg.* 18 potest est (est *m. 3 del.*) *H* occurre (*m. 2* occurrere) ei *H* ei occurrere *edd.* 19 ad se (se *in ras. m. 1*) *R sec. Vulg.* ceterum *om.* $PP^1$ (*m. 2 add.*) $SRP^3$

dum adhuc longe est, mittit legationem rogans pacem. quo autem pertinerent istae similitudines, ipsa conclusione satis aperuit; ait enim: Sic ergo omnis ex uobis, qui non renuntiat omnibus, quae sunt eius, non potest meus esse discipulus.

3 Itaque et sumptus ad turrem aedificandam et ualentia decem milium aduersus regem, qui uiginti habet, nihil est aliud, quam ut renuntiet unusquisque omnibus, quae sunt eius. praelocutio autem superior cum extrema conclusione concordat. in eo enim, quod quisque renuntiat omnibus, quae sunt eius, etiam illud continetur, ut oderit patrem suum et matrem et uxorem et filios et fratres et sorores adhuc et animam suam. omnia enim haec propria eius sunt, quae plerumque implicant et impediunt ad obtinenda non ista propria temporaliter transitura sed in aeternum mansura communia. quo enim tibi nunc quaedam mulier mater est, hoc ipso utique non est et mihi. quapropter hoc temporale ac transitorium est, sicut transisse iam uides, quod te concepit, quod gestauit utero, quod peperit, quod lacte nutriuit. quod autem soror in Christo est, et tibi est et mihi et omnibus, quibus una caelestis hereditas et pater deus et frater Christus in eadem caritatis societate promittitur. haec aeterna sunt; haec nulla temporis labe deteruntur; haec tanto firmius tenenda

3 Luc. 14, 33  21 Rom. 8, 16—17

5 esse meus *R*  6 turrem, *m. 2* turrim *SM* turrem, *corr.* turrim *R* turrim *A edd.*  ualentia* (*non fuit* m, *fortasse* d) $P^2$ ualentiam *HK* ualentium *A* ualentinū, *m. 1 corr.* ū (*s. u.*) ualentinū (n *post* i *m. 2 exp.*) *M* bellantium *a e* bellantium ualentia *cett. edd.*  8 renunti et (*m. 2 iunctum*) *M*  unusque, *m. 1* (?) *corr.* unusquisque *S*  9 cum *om.*, *m. 1 add. M*  10 unusquisque *edd.*  12 et *ante* fratres *om.* $PP^3$  13 haec enim *R*  14 qui, *m. 2* que *R*  15 ista] ita $HMAP^2$  in *om.*, *m. 1* (?) *add. H*  aeternam, *m. 1 corr.* aeternum *H*  mensura *R* mansurā *P*  16 mulier *bis, alterum eras. R*  19 perit, *m. 1 corr.* peperit *R*  20 et tibi est *om. A*  22 eandem $PP^1S$ (*m. 1 ?* n *del.*) $P^3$  societatem $PP^3$ societate* (*fuitne* s?) *H*  23 temporib$^7$ *M*  deter*untur (ı *eras.*) $P^2$ dete*runtur $RP^3$ (*fuit* r)  firmus, *m. 2* firmius *K*

sperantur, quanto minus priuato sed communi potius iure obtinenda praedicantur.

4 Potes hoc facillime in ipsa tua matre cognoscere. nam unde te nunc inretitum inuoluit et ab instituto cursu retardatum reflectit et curuat, nisi ex quo tua propria mater est? nam ex quo soror est omnibus, quibus est pater deus et mater ecclesia, tam te non impedit quam neque me neque omnes fratres nostros, qui eam non priuata sicut tu in domo uestra sed publica in domo dei caritate diligimus. quod ergo tu illi etiam carnali necessitudine adnecteris, ad sortem ualere debet familiarius conloquendi et apertiore ianua consulendi, ut hoc ipsum, quo te priuatim diligit, interficiatur in ea, ne, quod ex utero suo te genuit, pluris pendat, quam quod ex utero ecclesiae genita est tecum. quod autem de matre dixi, hoc et de tali cetera propinquitate intellegendum est. hoc etiam quisque de anima sua cogitet, ut etiam in ipsa priuatum affectum oderit, qui procul dubio temporalis est, diligat autem in ea communionem societatemque illam, qua dictum est: Erat illis in deum anima et cor unum. sic enim anima tua non est propria sed omnium fratrum, quorum etiam animae tuae sunt uel potius quorum animae cum tua non animae sed anima

18 Act. 4, 32

1 *post* minus *m. 2 add.* non $P^3$ minus non *P* 2 praedicatur, *m. 1 corr.* praedicantur *M* 3 potes* (*fuit* t) $P^2$ potest, *m. 2* potes *S* ipsa in *R* 4 ab *om. A* 6 *omnibus (*fuit* m) *R* omnium *HMA*$P^2$*K edd.* deus pater *R* 7 iam *K* te *om. P*$P^1$*SR*$P^3$ 8 uestra, *m. 2* ł tua *M* 9 quid, *m. 2* quod *R* quo, *m. 2* quod *K* tu* *M* 10 ad sorte *A* 11 et—consulendi *om., m. 2 add. RH* apertiore, *m. 2* apertiori *P* parciore *A* 12 quod *P*$P^1$*SR*$P^3$ interficitur in eo, *m. 2* interficiatur in ea *H* neque, *m. 2* nequod *K* ex] in *A* 14 genitus *P*$P^3$ et *om. HMA*$P^2$*K edd.* 15 de anima* sua* (*fuitne* m ?) *R* 17 autem *om. P* eam *P*$P^1$ (m *m. 2 del.*) *S* (m *del.*) $P^3$ 18 societatemque (m *eras.*) $P^3$ societateque, *m. 2* socictatēque *P* illa, *m. 2* illā *PS* illa $P^3$ qua] quod, *m. 2* qua $P^1$*S* quod *R* de qua *l r m* 19 anima et, *m. 2* anima una et *P*$P^2$ anima una et *SK edd.; sacr. litt.* cor et anima una, καρδία καὶ ψυχὴ μία 21 quarum, *m. 1 corr.* quorum *H* non animae sed] anima est *R*

una est, Christi unica, quae de manu canis ut eruatur, cantat in psalmis. inde ad contemptum mortis facillime peruenitur.

5 Nec suscenseant parentes hoc praecipere dominum, ut eos oderimus, quando nobis hoc de anima nostra praecipitur. nam sicut nunc de anima iubetur, ut eam propter Christum cum parentibus oderimus, ita, quod alio loco de anima idem dominus dicit, in parentes quoque potest congruentissime conuenire: Qui amat, inquit, animam suam, perdet eam. dicam etiam fidenter: Qui amat parentes suos, perdet eos. de anima quippe ibi dixit 'oderit', quod hic 'perdet'. sicut autem hoc praeceptum, quo perdere iubemur animam nostram, non ad id ualet, ut se quisque interimat, quod inexpiabile nefas est, et tamen ualet, ut interimat in se carnalem animae affectum, quo cum impedimento futurae uitae praesens uita delectat — hoc est enim, quod dictum est 'oderit animam suam' et 'perdet eam', quod tamen diligendo fit, quando quidem apertissime fructum eiusdem animae adquirendae in eodem praecepto commemorat dicens: Qui perdiderit eam in isto saeculo, in uitam aeternam inueniet eam —, ita de parentibus rectissime dicitur,

1 Ps. 21, 21 4 Luc. 14, 26 5; 9; 16; 19 Ioh. 12, 25; Matth. 10, 39; 16, 25; Marc. 8, 35; Luc. 17, 33

2 cantas, *m. 2* cantat $P^1S$ cantas *R* cantatur *m* canitur *cett. edd.* in *om. H* 4 suo censeant *P* prouocet *R* haec *A* 5 de *in fine u. om. P* 6 cum *om., m. 2 add. K* 7 idem dominus dicit de anima *A* idem] mea $PP^1$ (*m. 2* idem) *S* (*m. ut uid. 1 del.*) $RP^3$ 8 cumuenire, *ras. et corr.* conuenire $P^1$ 9 a*mat (*fuit* m) $P^2$ animam inquit *M* perdet, *m. 2 (?) corr.* perdat *S* dicat, *m. 2* dicã *K* 10 fideliter, *m. 1 corr.* fidenter $P^1$ perdat *S* (*in marg. m. 2* req̃. perdat. in omnibus enim fere ecclesiis legitur: perdet) $HAP^3$ (*m. 2* perdet) *K* 11 ibi] hoc ibi $HMAP^2K$ *edd.* dixerit *PR* perdat *codd.* sicut, *m. 2* sic *S* 12 quod $PP^1$ (d *m. 2 del.*) *S* (d *del.*) $RMP^3$ non] nam, *m. 2* non *R* 14 effectum, *m. 2* affectum $P^1$ quo cum] quocumque *R* 16 est *om., m. 2 add. H* perdat $PP^1SHMAP^2P^3$ *edd. praeter m* 17 fructuum $PRP^3$ eiusdem] quedem, *m. 2* quidem *S* 18 animae *om., m. 2 add. H* animo *R* commerat, *m. 2* commemorat *M* 19 crediderit *A* in uita aeterna *MA* 20 inueniet** *R* inueniat, *m. 1 corr.* inueniet *M*

ut, qui eos amat, perdat eos non more parricidarum interficiens, sed spiritali gladio uerbi dei carnalem affectum eorum, quo et se ipsos et eos, quos genuerunt, implicamentis huius saeculi obligare conantur, pie fidenterque percutiens et occidens illud in eis uiuere faciat, quo fratres sunt, quo cum filiis suis temporalibus parentes aeternos deum ecclesiamque cognoscunt.

6 Ecce rapit te studium ueritatis et cognoscendae atque percipiendae uoluntatis dei in scripturis sanctis, rapit euangelicae praedicationis officium. dat signum dominus, ut uigilemus in castris, ut aedificemus turrem, de qua hostem sempiternae uitae et prospicere et propellere ualeamus. rapit militem Christi tuba caelestis ad proelium et retinet mater non plane talis, qualis Machabaeorum fuit, nec saltem similis Lacedaemoniis matribus, de quibus memoriae proditum est, quod filios suos, ut pro terrena patria sanguinem funderent, multo amplius atque ardentius in certamina bellica quam signorum sonitus excitabant. nam mater, quae te ad discendam uitam remoueri a curis saecularibus non permittit, satis ostendit,

10 cf. p. 568, 9—14 14 II Mach. 7, 1—6; 20—29 Plut. Mor. Lacaenarum apophth.

1 perdat *om., m. 2 add.* *K* perdet *$P^1RA$* (*m. 1 corr.* perdat) parricidarum (ric *ex corr. m. 2*) *$P^1$* 2 spiritalis (*postr. l. exp.*) *$P^1$* uerbi (i *ex corr. m. 1*) *R* uerbo *$MAP^2$* 3 et//se (*ras. 1—2 l.*) *$P^2$* inritamentis *H* inrita mentis (*m. 2 iunctum*) *$MP^2$* inrita mentis *A* irrita mentis *K* irritamentis *edd. praeter m* 4 conuntur *R* 5 faciat quod fratres *R* 6 cognoscant *$P^1SR$* 8 rapi, *m. 2* rapit *R* atque percipiendae *om. P* 10 dominus *om. $PP^1SRP^3$* 11 turrem, *m. 1 (?) corr.* turrim *S* turrem, *m. 2* turrim *$MP^3$* turrim *PA edd.* terrem *K* 12 et *post* uitae *om. $PP^3$* et (e *ex corr. m. 2; fuitne* u *?*) propellere *M* et procellere, *m. 2* et procellā repellere *P* ualemus, *m. 1 corr.* ualeamus *M* 13 taba, *m. 2* tuba *M* et] ut *H* retinet, *m. 2 (?) corr.* retineat *H* *post* mater *rubro colore* de Lacedemoniis *et in marg. m. 2* nota fuit *$P^1$* 14 saltem] talem *K* milis, *m. 2* similis *K* lacedaemonis *$PP^3$* 15 de *om. R* de quibus *in fine u. om., m. 2* ut *add. M* praedictum, *m. 2* proditum *$P^1S$* praedictum *$PRP^3$* 16 filius, *m. 1 corr.* filios *M* 18 discendum *R* 19 remouere, *m. 1 (?) corr.* remoueri *P*

quem ad modum te, si opus esset, ad subeundam mortem penitus saeculum repudiare permitteret.

7 Sed quid dicit aut quid allegat? forte decem illos menses, quibus uiscera eius onerasti, et dolores parturitionis ac labores educationis? hoc, hoc interfice uerbo salutari; hoc perde matris, ut in uitam aeternam inuenias eam; hoc memento ut oderis in ea, si diligis eam, si tiro Christi es, si turris fundamenta posuisti, ne dicant transeuntes: Hic homo coepit aedificare et non potuit perficere. carnalis enim affectus est iste et adhuc ueterem hominem sonat. hunc carnalem affectum et in nobis et in nostris militia Christiana ut perimamus hortatur nec tamen ita, ut ingratus sit quisque parentibus et eadem ipsa beneficia, quibus in hanc uitam editus, susceptus atque nutritus est, enumerata derideat. seruet potius ubique pietatem; habeant haec locum, ubi maiora non uocant.

8 Mater ecclesia mater est etiam matris tuae. haec uos de Christo concepit, haec martyrum sanguine parturiuit, haec in

5 Ioh. 12, 25 7 Luc. 14, 28—30 10 Eph. 4, 22; Col. 3, 9; Rom. 6, 6

1 si *om.* *R* obeundam *HAK edd.* obeundem, *m. 2* obeundam *M* 3 allegat, *m. 2* alligat *P* alligat *SRH* (*corr.* allegat) *MA*$P^2$ fortem *H* illos *om.* *P*$P^1$ (*m. 2 add.*) *SR*$P^3$ 4 honerasti *H* (h *del.*) *K* parturionis, *m. 1 corr.* parturitionis *M* 5 ducationis, *m. 2* educationis *H* edocationis, *m. 2* educationis *M* *alterum* hoc *om.* *PSR* (*m. 1 add.*) *H*$P^2$*K* 6 matris, *m. 2* blandimenta matris *M* matrē *P* inuenies *PS* (*m. 2* inuenias) *RHA* 7 in aea *M* eam *bis* *K* christus, *ras.* christi *H* turri $P^2$ 9 et] sed *H* carnales, *m. 1 corr.* carnalis *S* effectus, *m. 2* affectus *H* 10 hunc] huc *H* 11 effectum, *m. 2* affectum *H* et in, *m. 2* (*?*) *corr. uid.* si in *H* 12 ingratis, *m. 1 corr.* ingratus *H* 13 eādem $P^3$ in hac (*m. 1 corr.* hanc) | uitā *M* in hac uiuita (ui *del.*) *R*. in uitam hanc *edd.* 14 numerata $P^2$ deridet, *m. 1 corr.* derideat *M* seru (*post. pars litterae* u *m. 2*) et (*m. 2 iunctum*) *M* seruet, *m. 2* seruetq; $P^1$ seruetq; $P^2$ 15 habent *MA*$P^2$*K* haec *om.*, *m. 1* (*?*) *add.* *H* loca *R* 16 uocant, *m. 1* (*?*) *corr.* uacant $P^3$ uacant *PA* 17 mater est] matrē, *m. 2* mater ē *M* nos *edd. praeter m* 18 sanguine *cum ras. super* e *P* sanguinem $P^1$*SR*$P^3$ parturibit, *ras. et corr.* parturiuit $P^1$ in *om.* *HMA*$P^2$*K*

sempiternam lucem peperit, haec fidei lacte nutriuit et nutrit cibosque maiores praeparans, quod adhuc paruuli et sine dentibus uagire uultis, horrescit. haec mater toto orbe diffusa tam uariis et multiplicibus errorum infestationibus agitatur, ut abortiui etiam filii eius aduersus eam infrenis armis belligerare non dubitent. ignauia etiam atque torpore quorundam, quos gremio continet, et membra sua frigescere plurimis locis et fouendis paruulis minus idonea fieri dolet. unde nisi per alios filios, unde nisi per alia membra, quorum e numero es, iustum ac debitum poscit auxilium? huiusne tu necessitates deserens ad carnalia uerba conuerteris? nonne haec grauioribus querelis insonat auribus? nonne cariora uiscera et caelestia ubera ostentat? adde uiri eius susceptionem carnis, ne carnalibus inhaereres, et a uerbo aeterno uniuersa, quae tibi mater inproperat, ne his implicareris, adsumpta; adde contumelias, flagella, m o r t e m, m o r t e m a u t e m c r u c i s.

9 Talibus concepte seminibus talique in uitam nouam conubio procreate, languescis et contabescis in u e t e r e m h o m i n e m!

16 Matth. 20, 19; Marc. 10, 34; Luc. 18, 32—33; Ioh. 19, 1—3 16 Phil. 2, 8 18 cf. p. 574, 10

1 sempiterna* luce* (*fuit* m . . . . m) $P^2$ reperit $P$ (*m. ut uid. 1 corr.* repperit) $P^3$ fide, *m. 2* fidei $PP^1$ fide $S$ (*m. 3* fidei) $P^3$ et nutrit *om.* $P$ nutris $A$ nutriuit (ui *m. 2 exp.*) $K$ 2 cibosque maiora $M$ cibos quae maiora $A$ 4 tam] et tam $P^2$ et *om.* $MA$ infestinationibus $A$ 5 etiam] iam $MAP^2$ *edd.* infernis $HM$ (*m. 2* infrenis) $AK$ infertis, *ras.* insertis $P^2$ infestis *edd. praeter m* belligestare, *m. 1 corr.* belligerare $M$ 6 debitent, *m. 2* dubitent $R$ corpore $A$ 7 et *om.* $HMAP^2K$ *edd.* 8 fieri *om.*, *m. 2 add.* $H$ 10 es, *m. 2* est (t *exp.*) $P$ ac] et $H$ 11 deferens $AK$ (*ras.* deserens) deseres $M$ conuertaris, *super* a *m. 2* ł e $P^2$ 12 nonne haec cariora *edd.* 13 ostendat $HA$ uiro $R$ uero $M$ 14 inhereas $P^2$ 15 ni, *m. 2* ne $S$ implicares $R$ inpliceris $P^2$ adsumpta, *m. 2* adsumptam $S$ is sumpta (is *eras.*) $H$ adde] ad te $H$ 16 contumeliā, *corr.* contumelias $K$ flagellas (s *del.*) $K$ *alterum* mortem *om.* $PP^1$ (*m. 2 add.*) $S$ (*m. 2 add.*) $RP^3$ aut, *m. 2* aut̃ $P$ 17 talibus *om.*, *m. 2 add.* $M$ concepit*te (i *fuisse uid.*) $P^2$ conuiuio $PP^1S$ (*m. 2* coniugio) $RP^3$ 18 procreat elanguescis $P^2$ in *om.*, *m. 2 add.* $H$

itane matrem terrenam non habebat imperator tuus? quae tamen cum ei nuntiaretur agenti caelestia, respondit: 'Quae mihi mater aut qui mihi fratres?' et extendens manum in discipulos suos, non dixit pertinere ad cognationem suam, nisi qui faceret uoluntatem patris eius. in quo numero profecto etiam ipsam Mariam benignus inclusit; faciebat enim et illa uoluntatem patris. ita optimus magister atque diuinus et maternum nomen, quod ei quasi priuatum propriumque nuntiauerant, quia terrenum erat, in comparatione caelestis propinquitatis abiecit et eandem caelestem propinquitatem in discipulis suis commemorans, quo sibi rursum consortio generis cum ceteris sanctis uirgo illa cohaereret, ostendit. et ne isto saluberrimo magisterio, quo contemni carnalem affectum in parentibus docuit, adminiculum error acciperet, quo matrem habuisse a quibusdam negatur, alio loco discipulos monuit, ne se patrem in terris dicant habere, ut, quo modo illos habuisse manifestum est patres, sic se habuisse matrem manifestaret, cuius tamen terrena cognatione contempta contemnendarum talium necessitudinum discipulis praeberet exemplum.

1 Matth. 12, 47—50; Marc. 3, 32—35; Luc. 8, 20—21  15 Matth. 23, 9

1 habat (*sic!*), *m. 2* habebat $P^1$  2 cum *om.* *R*  quae tam̄ mihi (tam̄ *m. 1 del.*) *M*  3 qui fratres (mihi *om.*) $HAP^2K$ *edd.* qui frater es (*m. 2* est) *M*  4 in discipulos suos manum *A*  non dixit, *m. 1 corr.* dixit non *S* dixit non *edd.*  5 qui *om.* *A*  facerent $HMAP^2K$ *edd.*  8 quod ei] se dei *A*  9 quia] quasi quod *K*  in *om.* *R* qđ in $P^2$  11 commera**, *m. 2* commemorans *M*  quo* (d *eras.?*) sibi $P^1$ quos ibi *A* qđ sibi $P^2$  12 cohaeret $PP^1S$ (*m. 2* cohaereret) $P^3$  *post* ostendit *rubro colore* hic dicit de his qui negant χp̄m non habuisse matrem $P^1$  13 isto *om.* $P^1$  magistro, *m. 2* magisterio *M*  15 discipulos (*postr. l. m. 2*) *M*  16 in terrā *K*  mo, *m. 2* modo *P*  17 manifestum est habuisse *edd.*  patres *om.* *A* patris, *corr.* patres $P^1$  18 terrenā cognationē contemptā $P^3$ terrenā cognationē conceptā *P*  cogitatione, *corr.* cognatione $P^1$  contenta *A*  19 necessitudinum—exemplum *om.*, *m. 1* (?) *in marg. add.* $P^1$  necessitudinem *S* (*m. 1 corr.* necessitudinum) *H*

10 Haec ergo interrumpuntur uocibus matris tuae et inter haec locum inuenit commemoratio praegnantis atque lactantis, ut de Adam et Eua alius Adam nascereris et nutrireris? respice potius, respice Adam secundum de caelo et porta iam caelestis imaginem, sicut terreni portasti. immo et hic habeant locum materna terrena ipsa beneficia, quae tibi ad eneruationem cordis enumerantur, habeant prorsus locum; noli esse ingratus, repende gratiam matri tuae, repende spiritalia pro carnalibus, pro temporalibus sempiterna. sed non uult sequi? non impediat. non uult conuerti in melius? caue, ne in deterius peruertat et euertat. quid interest, utrum in uxore an in matre, dum tamen Eua in qualibet muliere caueatur? nam ista umbra pietatis de foliis illius arboris uenit, quibus se primum parentes nostri in illa damnabili nuditate texerunt. et quicquid in illis uerbis atque suggestione quasi officium tibi caritatis obtendit, ut te a germanissima et sincerissima euangelii caritate detorqueat, ad astutiam serpentis pertinet et ad duplicitatem regis illius, qui habet uiginti milia, quam nos docemur decem milium, hoc est cordis, in qua deum quaerimus, simplicitate superare.

3 I Cor. 15, 47—49 12 Gen. 3, 7 17 Gen. 3, 1 18 Luc. 14, 31

1 interrumpuntur, *supra* (*m. 2 ?*) interrumpantur *H* matris] magistris *A* 3 nascereris adam et nutrieris (*sic!*) *M* 4 respicere (re *m. 2 del.*) adam *S* porta iam] portatam (tam *m. 2 del.*) *H* 5 iginem, *m. 1 corr.* imaginem *M* hinc $P^2$ habent *H* 6 terrena, *m. 2* terrenaque *P* terrena *m. 2 del.* $P^1$ terrena *om.* $HMAP^2K$ *edd.* 7 habent *MA* 9 sed qui non $P^2$ impediat. | Qui non $P^2$ 10 caueat $P^2$ ne *om.*, *m. 1 add. R* ne te *l r m* in deterius] interius *A* comperuetat (com *del.*) *H* 11 in uxorem an in matrem $PP^1$ (*utrumque* m *m. 2 del.*) *S* (*utrumque* m *m. 1 del.*) $RP^3$ 12 in qualibet muliere eua *M* num, *m. 1 corr.* nam *K* 13 primumum (*sic!*) *A* 14 tex*erunt (*fuit* u) $P^2$ et quicquid *om.* $PP^3$ 16 *post* obtendit *rubro colore* hic dicit de rege qui habet XX et de eo qui habet decem milia $P^1$ te *ante* detorqueat *est in edd.* atque *edd.* sinceris, *m. 2* sincerissima *H* 17 ad astutia *R* 18 regis] magis *P* XX $P^1$ quam] quia (i *del.*) *H* docemus *RH* (*m. 1 corr.* docemur) 19 Xcē *K* requirimus *R*

11 His potius intende, carissime, et tolle crucem tuam et sequere dominum. nam cum te praesentem animaduerterem domesticis curis a diuino studio retardari, ferri te potius et duci a cruce tua quam eam te ferre ac ducere sentiebam. crucem enim nostram dominus, quam portari a nobis iubet, ut eum expeditissimi sequamur, quid aliud quam mortalitatem carnis huius significat? ipsa enim nos cruciat, donec absorbeatur mors in uictoriam. crux ergo haec ipsa crucifigenda est et transfigenda clauis timoris dei, ne solutis et liberis membris reluctantem portare non possimus. sequi enim dominum nisi eam portans omnino non uales; nam quo modo eum sequeris, si non es eius? qui autem Iesu Christi sunt, ait apostolus, carnem suam crucifixerunt cum passionibus et desideriis.

12 Si quid sane pecuniae res tua familiaris habet, cuius te implicari negotio nec oportet nec decet, re uera tribuendum est matri et domesticis tuis. horum quippe indigentia, si pauperibus, ut sis perfectus, instituisti distribuere talia tua. primum apud te locum obtinere debent; si quis enim suis et maxime domesticis, ait apostolus, non pro-

1 Matth. 16, 24; Marc. 8, 34; Luc. 9, 23 7 I Cor. 15, 54 9 Ps. 118, 120 12 Gal. 5, 24 19 I Tim. 5, 8

1 hic, *m. 1 corr.* his $P^1$ 2 praesens $P^1$ (*postr. l. ras. et corr. m. ut uid. 1; fuisse uid.* tem) *HMAP²K edd.* animaduerterē (∼ *m. ut uid. 2*) $P^1$ animaduertere $PP^3$ 4 a] ad (d *del.*) *R* quam ea *R* qua me a $PP^3$ non eam $HMAP^2$ *edd.* non ea *K* hac (h *del.*) *R* sentiebam. $P^3$ 5 crucem enim nostram, *m. 2* crux enim nostra *S* crux enim nostra *Klrm* quam dominus *lrm* portare *M* 6 cum *P* expeditissime *MA* 7 carnis *om., post* huius *m. 2 add. M* ipse *P* obsorbeatur *A* 8 in uictoriam (m *m. 2 del.*) *S* in uictoria *R sec. Vulg.* haec *om. H* 9 transfigenda est clauis *edd.* timores, *m. 1 corr.* timoris $P^1$ domini *RM* 10 possumus *P* possis $HMAP^2K$ *edd.* 15 familia | res (*m. 2* ris) *M* 16 implicare $P^1$ (*m. 1 corr.* implicari) *M* negotio *om. M* dicet, *m. 2* decet *P* docet, *m. 1 (?) corr.* decet *R* 18 tua, *m. 2* tui $P^1$ tui $HMAP^2K$ *edd. praeter m* 19 debent (n *m. 1 del.*) *S* debet *m* 20 apostolus *om., m. 2 add. K*

uidet, fidem negauit et est infideli deterior. quibus ordinandis rebus si, ut collum exueres induendum sapientiae uinculis, profectus a nobis es, quid tibi nocent aut quo pacto te peruellunt matris lacrimae fluentes carnem aut serui fuga aut mors ancillarum aut fratrum morbosa ualitudo, si est in te caritas ordinata sciens praeponere maiora minoribus et misericordia moueri, ut pauperes euangelizentur, ut ne messis domini copiosa operariorum inopia in praedam uolucribus iaceat, et paratum habere cor ad sequendam domini uoluntatem in eo, quod uel flagellando uel parcendo agere statuerit cum seruis suis? haec meditare, in his esto, ut prouectus tuus manifestus sit in omnibus. obsecro te, ut caueas, ne maiorem tristitiam des bonis fratribus torpore tuo, quam laetitiam alacritate iam dederas; commendare autem litteris, quibus uoluisti, tam superfluum putaui, quam si quisquam te mihi eodem modo commendare uoluisset.

7 Matth. 11, 5; Luc. 7, 22 Matth. 9, 37—38; Luc. 10, 2 8 Matth. 13, 4; Marc. 4, 4; Luc. 8, 5 11 I Tim. 4, 15

1 infidele *K* 2 si ut] sicut $P^1$ (c *del.*) *RA*$P^2$ si, *m. 2* si ut *K* exureres *P* exueris *MA*$P^2$ non exueris *H* 3 es] est *R* 4 peruellint, *m. 1 corr.* peruellent *M* peruellent *R* (*m. 1 corr.* peruellunt) *A* lacrimę** (ę *in ras. m. fortasse 1*) *M* carnē *m. 2 del.* *M* carnē (~ *eras.*) $P^3$ carne *P m* 6 scias *m* 7 ut, *m. 2* (?) quando *S* euangelizantur *P* (*m. 2* euangelizentur) *SA* ut, *m. 2* ne $P^1$ ut *om.* *HMA*$P^2$*K* *edd.* ne *om.* *P*$P^1$*SR*$P^3$ 8 uolucribus non ueniat et paratum*** (*fuitne* non ?) ualeat habere *R* 9 paratur $P^2$ patrū *M* cor *om.* *A* sequendum *f l r m* dī *M* 11 profectus *RH* (*corr.* u *pro* f *sed eras.*) 13 maiorem] matrem *A* corpore *M* quam, *m. 1* (?) *corr.* qui *H* 14 lęti | cia mala caritate iã *M* alacritatem, *m. 2* alacritatemque *P*$P^1$ alacritatem *S* (m *m. 1 del.*) *R*$P^3$ desideras *P* autem, *m. 2* te autem *K* te autem *HA*$P^2$ *edd.* autem te *M* litteras, *m. 1* (?) *corr.* litteris *H*• 15 qu*am (*fuit* i) *H*

## CCXLIV.

DOMINO VERE AC MERITO CARISSIMO ET PRAEDICANDO FRATRI CRISIMO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Rumor ad me detulit — deus faciat, ut non sit! — sic te animo perturbatum, ut multum mirer prudentiam tuam et Christianum animum parum cogitare terrenarum rerum condicionem nullo modo aequare posse caelestibus, ubi cor nostrum et spes nostra conlocanda est. uir cordate, numquid aut totum bonum tuum in his rebus erat, quas nunc uideris amittere, aut tam magnum bonum illic deputabas, ut eo subtracto sic tenebrescat mens nimia tristitia, quasi lumen eius non deus sed terra sit? audiui enim — iam dixi: deus faciat, ut falsum audierim! —, quod tibi etiam manus uelles inferre, quod melius non credo aut ascendisse in cor tuum aut exisse de ore tuo. sed tamen, quia ita perturbatus es, ut hoc de te dici potuerit, grauiter de te contristatus hoc litterarum alloquio putaui consolandam caritatem tuam, quamquam non dubitem dominum deum nostrum in corde tuo loqui meliora; noui enim, quam pio studio semper audieris uerbum eius.

2 Erige itaque animum, frater in Christo carissime; deus noster nec perit a suis nec perdet suos, uult autem monere nos, quam sint haec fragilia et incerta, quae nimis diligunt

*P* = *cod. Parisinus 12193 s. IX.*
*$P^1$* = *cod. Parisinus 12226 s. IX.*
*S* = *cod. Sangallensis 174 s IX.*
*H* = *cod. Palatinus 209 s. X.*
*$P^2$* = *cod. Parisinus 1958 s. XI.*
*T* = *cod. Trecensis 40 s. XIII.*

*Inscriptio deest* $PP^2$ 3 crissimo $P^1$ 4 ad *om., m. 2 add.* $P^1S$ ad *om.* $PP^2$ sit sic] sic, *m. 2* sit sic *S* sic, *m. ut uid. 1 corr.* sit $P^1$ 6 rerum terrenarum *edd.* 7 aequare, *m. 2* aequari *S* aequa^r^i *T edd.* posset, *m. 2* posse *S* 9 uideris, *m. ut uid. 2* uidearis *P* 10 magnam, *m. 2* magnum $P^1$ illic, *super post.* i *perparuis litteris* ł a *T* eo* *PT* 12 dici *T* 13 quid, *m. 1 corr.* quod $P^1$Ṣ manus etiam *edd.* 17 consolandum, *m. 2* consolandam *P*

homines, ut soluant ab eis uinculum cupiditatis, per quod implicatos nos trahunt, et totum amorem nostrum consuefaciamus in eum currere, in quo nulla damna timeamus. ipse te hortatur per ministerium nostrum, uiriliter cogites te fidelem esse Christianum et eius redemptum esse sanguine, qui non solum aeterna sapientia sed etiam humana praesentia docuit nos temperanter prospera saeculi huius contemnere et fortiter aduersa tolerare eius felicitatis mercedem pollicens, quam nemo nobis possit auferre. scripsi sane etiam ad uirum laudabilem comitem, quam epistulam in tuo erit arbitrio utrum dari uelis; nam per quem detur, non dubito deesse non posse adiuuante domino uel episcopum uel presbyterum uel quemlibet.

## CCXLV.

DOMINO DILECTISSIMO ET VENERABILI FRATRI ET CONSACERDOTI POSSIDIO ET QUI TECUM SUNT FRATRIBUS AUGUSTINUS ET QUI MECUM SUNT FRATRES IN DOMINO SALUTEM.

1 Magis, quid agas cum eis, qui obtemperare nolunt, cogitandum est, quam quem ad modum eis ostendas non licere,

1 aut soluent ab eis $P^2$ aut solent ab eis *P* (*m. 2* aut soluent ab eis) $P^1$ (*m. 2* ut soluat a nobis) *S* (*m. 2* ut soluat ab eis) *H* ut soluat a nobis *T* ut soluamus ab eis *edd.; scripsi* ut soluant ab eis 3 in eum, *m. 2* in eo *S* 4 uiriliter, *m. 2* ut uiriliter $SP^2$ ut uiriliter *P* te *om.*, *m. 2 add.* $P^1$ 5 sanguinem (m *del.*) $P^2$ 6 aeterna sapientia, *m. 2* per absentia *S* humana *m* (*ex 'uetusto codice Corb. et uno Sorb.'*) mala $PP^1S$ (*m. 2* per mala) *H* (*m. ut uid. 1 corr.* per mala) $P^2$ per mala *T* *edd. praeter m* 7 temporanter, *m. 2* temperanter *P* 8 quem, *m. 2* quam $P^1SP^2$ 9 possit a nobis *edd.* 10 comitem, *m. 2* bonifacium comitem *S* 11 dari, *m. 2* tibi dari *S* adesse *T* non posse *om.* $P^1ST$

*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
$P^1$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

15 honorabili *R* 16 et qui tecum sunt fratribus *in fine u. om. P* 17 qui mecum sunt] oms *P* 19 lice, *m. 2* licere *P*

quod faciunt. sed nunc epistula sanctitatis tuae et occupatissimum me repperit et celerrimus baiuli reditus neque non rescribere tibi neque ad ea, quae consuluisti, ita, ut oportet, respondere permisit. nolo tamen de ornamentis auri uel uestis praeproperam habeas in prohibendo sententiam nisi eos, qui neque coniugati neque coniugari cupientes cogitare debent, quo modo placeant deo. illi autem cogitant, quae sunt mundi, quo modo placeant uel uiri uxoribus uel mulieres maritis, nisi quod capillos nudare feminas, quas etiam caput uelare apostolus iubet, nec maritatas decet; fucari autem pigmentis, quo uel rubicundior uel candidior appareat, adulterina fallacia est, qua non dubito etiam ipsos maritos se nolle decipi, quibus solis permittendae sunt feminae ornari secundum ueniam non secundum imperium. nam uerus ornatus maxime Christianorum et Christianarum non tantum nullus fucus mendax uerum ne auri quidem uestisque pompa sed mores boni sunt.

2 Execranda autem superstitio ligaturarum, in quibus etiam inaures uirorum in summis ex una parte auriculis suspensae deputantur: non ad placendum hominibus sed ad seruiendum daemonibus adhibentur. quis autem possit speciales nefariarum

6 I Cor. 7, 32—34 9 I Cor. 11, 5—6

1 nunc] n̄ *M* et *om.* *P* 2 redditus *MP*¹ (*alterum* d *m.* *2* *del.*) non *om.* *F* n̄c (= nunc) *P*¹ 3 consuisti ita ut oporteret *R* 4 uest*is (*fuit* r) *P* 5 praepoperam *P* (*m.* *2* praeproperam) *F* ꝓpter operam, *m.* *2* prepróperam *M* nisi in eos *edd.* 6 c̄iun | gari *M* 8 uires *M* 9 nudare capillos *R* caput (t *in ras.; fuitne* d ?) *P* 10 nec] ne *R* fucare *P* fugari *M* (*m.* *2* fucari) *F* pigmentis (p *in ras. m. 2*) *P* figmentis *MFAP*¹*R* 12 quia (i *m. 1 exp.*) *P*¹ | q//// (m *aut* ui *eras. uid.; supra ras. dignosci potest* a *item rasum; super* q *m. ut uid. 2 add.* a) *P* ipso, *m. 1 corr.* ipsos *F* 13 sunt *in fine u. om., m. 2 add.* *P*¹ 14 imperio, *m. ut uid. 1 corr.* imperiū *P* 15 tam, *m. 2* tantum *P*¹ fucus (c *in ras. 1 l. m. 2*) *P* 16 uestisque *postr. l. in ras. 2 l.* (ae ?) *m. 2* *P* 17 execranda (c *in ras. 1 l. m. 2*) *P* ligaturum, *m. 2* ligaturarum *P* *in *F* 18 in *om.* *A* 20 adhibentur (n *eras.*) *P* adhibetur *edd. praeter a* posset *P*¹ nefandarum *M*

superstitionum prohibitiones in scripturis inuenire, cum generaliter apostolus dicat: Nolo uos socios fieri daemoniorum et iterum: Quae enim consonantia Christi ad Belial? nisi forte, quia Belial nominauit et generalem societatem daemoniorum prohibuit, licet Christianis sacrificare Neptuno, quia nihil proprie de Neptuno uetitum legimus. moneantur interim miseri, ut, si obtemperare nolunt praeceptis salubrioribus, saltem sacrilegia sua non defendant, ne maiore se scelere implicent. quid autem cum eis agendum sit, si soluere inaures timent et corpus Christi cum signo diaboli accipere non timent?

De ordinando autem, qui in parte Donati baptizatus est, auctor tibi esse non possum; aliud est enim facere, si cogaris, aliud consulere, ut facias.

## CCXLVI.

### LAMPADIO AUGUSTINUS.

1 De quaestione fati ac fortunae, qua tuum animum non leuiter moueri et, cum praesens essem, aduerti et nunc tuis

2 I Cor. 10, 20 3 II Cor. 6, 15

1 probationes *R* 2 scios, *m. 2* socios *P*[1] 4 belial *postr. l. ex corr. m. 2 P* beliar *A* nisi] ne *F* belial *postr. l. ex corr. m. 2 P* beliar *A* 5 christianos *M* 6 proprie (e *in ras. 2 l. m. 2*) *P* 8 maiori *FAR edd.* maiorib; *M* 9 scelere se *P* implent *F* 13 enim est *M* 14 faciat *M*

*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1672 s. IX.*
*V* = *cod. Vaticanus 495 s. XV.*
*U* = *cod. Vaticanus 499 s. XV.*

*Louanienses hanc epistulam ex codice manu scripto, qui erat Louanii in collegio theologorum, primi ediderunt. eadem est in subditicio libro XXI sententiarum c. 3 (Migne patrol. lat. XL p. 726), cuius libri Louanienses item unum tantum habuerunt manu scriptum exemplar in Michaelino coenobio repertum. Maurini in mss. se eam repperisse negant excepto uno Vaticano.*

16 Augustinus Lampadio *edd.* 17 qua tuum] quantum *P* quia tuum *r*

litteris gratius certiusque cognoui, rescriptum tibi non parui uoluminis debeo, quod dominus praestabit ut ita explicem, quem ad modum nouit tibi congruere ac saluti fidei tuae. non enim paruum malum est peruersis opinionibus non solum ad committendum blandimento uoluptatis adduci sed etiam ad defendendum peccatum a medicamento confessionis auerti.

2 Illud sane quanto citius ac breuiter noueris, omnes leges atque instituta omnia disciplinae, laudes, uituperationes, exhortationes, terrores, praemia, supplicia ceteraque omnia, quibus humanum genus administratur et regitur, penitus labefactari atque subuerti nihilque in eis omnino iustitiae remanere, nisi uoluntas sit causa peccandi. quanto ergo licentius et aequius mathematicorum inprobamus errores, quam diuinas leges uel etiam domorum nostrarum curam damnare atque abicere cogimur, quod nec ipsi mathematici faciunt! nam cum aliquis eorum hominibus nummatis fatua fata uendiderit, mox, ut oculum a tabellis eburneis ad domus suae moderamen ac sollicitudinem reuocauerit, non solum uocibus sed etiam plagis emendat uxorem, non dico si petulantius iocantem sed si inmoderatius per fenestram aspicientem animaduerterit. quae tamen si ei dicat: 'Quid me caedis? Venerem caede, si potes, a qua cogor hoc facere', tunc uero ille non curat, quam uana uerba componat fallendis extraneis, sed quam iusta uerbera inponat corrigendis suis.

3 Quando ergo quisque, cum reprehendi coeperit, causam conuertit in fatum et ideo se culpari non uult, quia fato se dicit coactum fecisse id, quod arguitur, redeat ad se ipsum, seruet hoc in suis, non castiget seruum furem, non de contumelioso filio

3 congruere ad salutem *VUm* 5 abduci *VU* 7 quantotius *VU* quantocyus *m* 8 omnia instituta *edd.* 12 causa (caus *corr. m. 1*) *P* 13 quoniam *lsr* (*in marg. add.* Al. qui) 16 uendi///derint (*sic! pr.* i *ras. ex* e *et deinceps ras. 1—2 l.*) *P* 17 a tabulis *lsr* ad domus suae moderamen ac sollicitudine *P* ad domus sue moderamine (*ras. et corr. m. 2* moderamen) ac sollicitudinem *U* ad domum suo moderamine ac solicitudine *V* 18 reuocauerint (n *m. 1 exp.*) *P* 22 haec *VU* tum *VUrm* cum *ls*; *cf. p. 166, 21*

conqueratur, uicino inprobo non minetur. quid enim horum faciens iuste facit, si omnes, a quibus iniurias patitur, non culpa sua sed fato inpelluntur, ut faciant? si autem iure proprio et patris familias diligentia, quoscumque homines pro tempore in potestate habet, hortatur ad bonum, deterret a malo, imperat, suae uoluntati ut obtemperent, honorat eos, qui sibi ad nutum oboediunt, uindicat in eos, qui se contemnunt, rependit gratiam beneficis, odit ingratos, egone expectabo, ut contra fatum disputet, cum tanta eum non uerbis sed factis eloqui deprehendam, ut prope manibus suis omnes mathematicorum lapillos supra capita eorum frangere uideatur? his itaque paucis si auiditas tua contenta non est et librum aliquem de hac re, quem diutius legas, desideras, patienter tibi sunt expectandae uacationes nostrae et rogandus deus, qui et otium et facultatem satiando de hac re animo tuo tribuere dignetur. ero tamen alacrior, si et saepe commemorare me litteris tuam non piguerit caritatem et, quid de hac epistula sentias, rescribendo edocueris.

## CCXLVII.

### DOMINO DILECTISSIMO FILIO ROMULO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Veritas et dulcis est et amara. quando dulcis est, parcit et, quando amara, curat. si non recusas bibere, quod in hac

3 in re propria *l s r* (*in marg.* Al. iure proprio patrisfamilias) 4 homines in tempore pro tempore in potestate *P* 5 deterret *| malo (a *eras. uid., quod a. m. add. est in initio insequentis u.*) *P* 6 obtemperet *P* sibi *om. VU* 7 beneficiis *PV* 8 fata *edd.* disputem *codd. edd.; emendaui* disputet 9 fatis (*m. 1 corr.* factis) eloquii *P* 10 capillos *edd.* super *edd.* 13 legat desiderat *edd.* uacuationes *P* 14 qui et otium facultatem *P* 17 docueris *VUm*

*T = cod. Trecensis 40 s. XIII.*
*H = cod. Mus. Brit. Harl. 3107 s. XIII.*
*R = cod. Vaticanus 494 s. XIII ex.*
*V = cod. Vaticanus 495 s. XV.*
*U = cod. Vaticanus 499 s. XV.*

19 Romulo filio *edd.*

epistula offero, probabis, quod dixi. utinam, sicut mihi non obest, sic nec tibi obesset, quicquid contumeliarum mihi inrogas, et utinam uel tantum tibi obesset iniquitas, quam miseris et pauperibus facis, quantum obest ipsis, quibus eam facis! illi enim ad tempus laborant, tu autem uide, quid tibi thesaurizes in die irae et reuelationis iusti iudicii dei, qui reddet unicuique secundum opera sua. cuius misericordiam deprecor, ut hic te corrigat, quo modo ipse nouit, potius, quam reseruet in illum diem, quando iam nullus erit correctionis locus, ut, qui tibi dedit timorem suum, propter quem de te non despero, aperiat tibi sensum et uideas, quae facis, et exhorreas et emendes. parua enim et quasi nulla tibi uidentur, quae tam magna mala sunt, ut, quando te domita cupiditas ea considerare permiserit, riges lacrimis terram, ut deus misereatur tui. aut si ego iniquus sum, qui hoc tecum ago, ne miseri et egeni homines bis reddant, quod debent, cum coloni actori suo dederint subdito praeposito et iubenti seruientes nec ille se accepisse negare potuerit, si ergo ego iniquus sum, quia mihi uidetur iniustum, ut bis exigantur, qui semel reddere uix sufficiunt, fac, quod uis; si autem tu uides, quia iniustum est, fac, quod decet, fac, quod deus iubet et ego rogo.

2 Non pro illis magis — nouit ille, quem timeo — sed pro te ipso te ipsum rogo, ut, quo modo scriptum est, miserea 
ris animae tuae placens deo. et modo quidem non rogandus sed obiurgandus es; nam et hoc scriptum est: Ego

5 Rom. 2, 5—6  10 Hier. 32, 40; Bar. 3, 7; Mal. 2, 5; Eccli. 36, 2  24 Eccli. 30, 24  26 Apoc. 3, 19

2 sic**| nec *T*  4 quibus] qđ *VU*  5 enim *in fine u. om. T*  9 nullus iam *edd.*  11 sensum ut uideas *V edd.*  13 magna *om. T*  16 bis] bis c (c *exp.*) *U*  redant, *m. 1 corr.* reddant *U*  17 debent *om., in marg. m. 1 add. U*  cum *om. U*  auctori *TRVU*  subditi *f l s r*  18 iste *VU*  20 uix semel reddere *T edd.*  21 tu *om. VU*  quod deus] quod iustum est fac quod deus *V* quod iustum est q fac quod deus (q *exp.*) *U*  23 non] nam *T*  24 te ipso te ipsa te ipsum (te ipsa *del.*) *R*

quem amo, redarguo et castigo. ego tamen, si pro me rogandus esses, forte non te rogarem; quia uero pro te rogandus es, rogo te iratum, ut parcas tibi, ut placeris tibi, ut tibi placetur ille, quem rogas. misi ad te die sabbati, cum adhuc pranderes, ut non proficiscereris, nisi me uidisses. renuntiasti ita te esse facturum. surrexisti die dominico et, ut audiui, uenisti in ecclesiam et orasti et profectus es et me uidere noluisti. deus tibi ignoscat. quid enim aliud tibi dicam, nisi, quod ipse nouit, quia cupio? sed scio, quia, nisi te correxeris, ille iustus est. cum autem tibi parcis, et mihi parcis; neque enim tam miser sum et alienus a uisceribus Christi, ut non grauissimo uulnere feriatur cor meum, quando sic agunt, quos in eius euangelio genui.

3 Iterum dicturus es: 'Non eis iussi, ut darent Ponticano'. respondetur tibi: Sed iussisti, ut seruirent Ponticano; nec possent distinguere, quousque seruirent et quousque non seruirent, maxime cum ea peteret, quae se debere sciebant. tuas autem litteras habere debuerunt, quas proferrent actori, si te nolente exigebat, et relegerent ei non se debere dare, nisi cum tuas litteras accepissent. nam si uerbo aliquando iussisti, ne actori aliquid darent, multum est, ut meminerint, multum est, ut tu ipse memineris, an uere iusseris an ipsis iusseris an aliis an omnibus, maxime quia etiam nunc alteri actori audisti datum et saluam esse ipsam pecuniam et non tibi displicuit, quia dederunt. sed cum ego dixissem: 'Quid, si et iste interuertisset, ab ipsis iterum exigendum erat?' rursus tibi

12 I Cor. 4, 15

3 ut placeris tibi *om. f l s r*  5 proficiscereris (ciscereris *in ras. m. 1*) *R* uideres *U*  6 in ecclesia *H* ad ecclesiam *U*  8 agnoscat, *m. 1 corr.* ignoscat *R*  nisi *om. U*  11 et] ut *V* (*m. 2* aut) *U*  15 ne *VU* 16 et—seruirent *om. VU*  17 scribant, *m. 1 corr.* sciebant *U*  18 exactori *T f l s r*  19 exigebant *R* (n *exp.*) *U*  relegeret *U*  dare *om. U*  21 exactori *T f l s r*  22 uero *U*  23 an aliis] alii aliis *VU* an *ante* omnibus *in fine pag. om. H*  24 datam *edd.*  25 displicuit (pl *in ras. m. 1*) *V*

coepit displicere, quia dederunt, et, cum mihi saepe dixisses numquam te iniunxisse uices tuas uel Valerio uel Aginesi, subito, cum de uino ageretur, quia debuerunt ostendere, si acescere coeperat, et diceretur tibi, quod absens erat, credo, excidit tibi, quid mihi totiens dixeras, et dixisti, quia habuerunt Aginesi ostendere et ex ipsius agere arbitrio. ibi ego cum dixissem: 'Certe uices tuas istis non soles iniungere', respondisti: 'Sed litteras meas habebat Aginesis', quasi semper illi, quibus aliquid iniungis, litteras tuas recitent rusticanis hominibus, ut credant, quia tu iussisti. sed quia eos uident tibi sic iniungi, non utique credunt temere illos aliquid audere praesumere nisi a te data potestate. ideoque inter ista incerta non apparet, quid iubeas, nec possunt firmum aliquid retinere, nisi litteras tuas habuerint, quas omnibus proferant et non nisi tuis litteris prolatis obtemperent, quando eis aliquid dandum est.

4 Sed quid opus est tam diu tecum disputare et onerare uerbis occupationes tuas, ut forte, cum irasceris uerbis meis, uelis saeuire in homines miseros? illis inputabitur ad meritum bonum, quia pro salute tua, propter quam tibi tanta loquor, te patiuntur iratum; tibi autem nolo aliquid grauius dicere, ne putes me non timendo sed male optando tale aliquid loqui. time deum, si non uis decipi; ipsum testem inuoco super animam meam plus me tibi timere, cum haec dico, quam illis, pro quibus apud te intercedere uideor. si credis, deo gratias; si autem non credis, consolatur me, quod dominus ait: Dicite: 'Pax huic domui'; et, si est ibi filius pacis, requiescet super eam pax uestra. si quo

23 II Cor. 1, 23 27 Matth. 10, 12—13

2 agin̄esi *U* ag mesi *T* agmesi *R* 4 acessere *H* accessere *TR* (*priore* c *exp.*) *VU* quod] quod sit *VU* 5 quid] qui *T*; *cf. ep. CLXXXIII p. 727, 8* 6 aginensi *U* agmesi *R* 7 tuas *om. U* 8 aginensis *U* agmesis *T* (*aut* aginesis) *R* 11 iungi *VU edd.* itaque *VU* 15 probatis *TRVU* 21 tibi] te *U* grauius (i *ex* e *m. 1*) *R* 22 tale] tibi *VU* 23 uis deci (deci *del.*) | decipi *U* 28 eum *U edd.*

minus, ad uos reuertetur. dei misericordia te tueatur, domine dilectissime fili.

## CCXLVIII.

DOMINO SANCTO ET DESIDERABILI ET IN CHRISTI HONORE SUAVISSIMO FRATRI SEBASTIANO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Quamuis ab animo nostro nullo modo te separatum esse permittat dulce uinculum caritatis et indesinenter tuos sanctos mores atque conloquia recolamus, tamen bene fecisti et gratias agimus, quod nobis etiam corporalis salutis tuae nuntios apices mittendo nos plurimum exhilarasti. sensi autem in epistula tua, quod taedium te detinuerit a peccatoribus relinquentibus legem dei; illo enim spiritu uiuis, quo dictum est: Vidi insensatos et tabescebam. pia est ista tristitia et, si dici potest, beata miseria uitiis alienis tribulari non implicari, maerere non haerere, dolore contrahi non amore adtrahi. haec est persecutio, quam patiuntur omnes, qui

12 Ps. 118, 53 14 Ps. 118, 158 17 II Tim. 3, 12

1 tu, *m. 1 corr.* te *R*

*P* = *cod. Parisinus 12193 s. IX.*
$P^1$ = *cod. Parisinus 12226 s. IX.*
*S* = *cod. Sangallensis 174 s. IX.*
$P^2$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
$P^3$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
$P^4$ = *cod. Parisinus 1958 s. XI.*
$P^5$ = *cod. Parisinus 2715 s. XII.*

*Inscriptio deest in* $PP^4$ 4 et *post* sancto *om.* $MFAP^3P^5$ *edd.* christo $P^2MA$ 5 sebastino, *m. 2* sebasteno $P^3$ 7 te *om.* $PP^4$ 12 habuerit *M* 13 uiuimus $PP^4$ quod $P^1$ (d *exp.*) *S* (d *del.*) *F* 15 miseria (a *ras. et corr. m. 2*) $P^3$ 16 habere *P* dolore, *post.* o *ex corr. m. 2 P* dolere, *m. 1 corr.* dolore $P^1$

uolunt in Christo pie uiuere secundum apostolicam mordacem ueracemque sententiam: quid enim sic persequitur uitam bonorum, quam uita iniquorum, non cum cogit imitari. quod displicet, sed cum cogit dolere, quod uidet, quoniam coram pio uiuens impie, etsi non obligat consentientem, cruciat sentientem? nam saepe et diu impiorum corporibus a saecularibus potestatibus et quorumlibet uexationibus parcitur, piorum autem cordibus a malis hominum moribus numquam usque ad huius saeculi finem. sic ergo potius impletur, quod commemoraui dixisse apostolum, quia omnes, qui uolunt pie in Christo uiuere, persecutionem patiuntur et tanto amarius quanto interius, donec diluuium transeat, ubi arca continet coruum et columbam.

2 Sed inhaere, frater, illi, a quo audisti: Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit; coniungere domino, ut crescat in nouissimis tua uita. scio enim non deesse recreationem cordis de fratribus bonis. huc adiunge promissiones dei fideles, magnas, certas, sempiternas ipsiusque

10 II Tim. 3, 12  12 Gen. 8, 6—12  14 Matth. 10, 22; 24, 13; Marc. 13, 13  15 Eccli. 2, 3

2 ueramque $P^2MFAP^3P^5$ *edd. praeter m*  qui, *m. 1 corr.* quid $P^5$  sic] hic $P^2MF$ (*m. 1 add.* magis) *A* hic magis *a e m*  4 dolore, *post.* o *m. 2, unde eadem m. factum est* e *P* dolere *ex corr. m. 2, fuisse uid.* delore (*sic!*) $P^5$ dolore, *m. 2* dolere *FA*  5 pio uię sunt impię *P* pio ui*e sunt impie $P^4$  etsi] et *A*  *ante* cruciat *ras. 1—2 l.* $P^5$  6 nam] non *F* (*m. ut uid. 1 corr.* nam) *A*  impiorum (im *in ras. m. 1; fortasse fuit* in) $P^2$ inīpiorum (in *eras.*) $P^5$ piorum $PP^1SP^4$ corporum *M*  9 ad] et, *m. 2* ad $P^2$  10 quia] qui *A*  11 in christo pie $P^2FAP^3P^5$ *edd. ut in u. 1* (*sacr. litt.* ζῆν εὐσεβῶς ἐν Χριστῷ, pie uiuere in Christo) in Christo *in fine u. om. M*  paciuntur persecutionem *M*  patientur *edd. sec. sacr. litt.*  12 quanto *corr. m. 2* (*fuitne* quando?) *F*  13 arcam $P^1$ (m *exp.*) *S* (m *m. 2 del.*)  corbum, *m. 2* coruum $P^1$  14 inhere (h *corr. m. 2*) $P^3$ inherere *MA*  16 uita tua $P^3$ *edd. sec. Vulg.* anima (*m. 1 supra* uł uita) tua *M*  17 deesse] decem *P*  recreationem, *postr.* e *in ras. m. 2 P* recreationem, *sed* re *supra u. et prorsus detersum F*  de *om.* $P^2$ (*m. 2 add.* in) $P^5$ (*m. 1 add.*)  bonus, *ras.* bonis $P^2$  huc, *m. 2* huic *S* huic $P^3P^5$  adiungere (re *eras.*) $P^2$  18 repromissiones *M*

tolerantiae inperturbabilem ineffabilemque mercedem et uide, quam uerum domino cantes: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuae iucundauerunt animam meam. mitte fratri Firmo litteras nostras. sanctitatem tuam et familiam dei, quae tuo ministerio gubernatur, fratres et sorores, quae apud nos sunt, nobiscum in domino resalutant.

[Et alia manu:] Incolumes pro nobis oretis, dilectissimi et sancti fratres.

Ego Alypius inpensissime saluto sinceritatem tuam omnesque tibi in domino coniunctos atque, ut hanc tamquam meam epistulam deputes, peto; etsi enim aliam propriam mittere potuissem, tamen malui huic subscribere, ut unanimitatem nostram una etiam pagina testaretur.

2 Ps. 93, 19

1 inperturbabilemque (*om.* ineffabilem) *A*  uiae $P^2$  2 domino cantas *A* dn̄m inuocantes $P^2$  3 dolorem, *m. ut uid. 2* dolorum $P^2$  eorum, *m. 2* meorum $P^2$  consolationes, *sed* e *ex corr.* (*m. 1 ?*) *F* consolationes *ex* consolationis $P^2$ consolationis, *m. 2* consolationes $P^1$  4 fratri firmo (i fir *in ras. m. fortasse 2*) *F*  5 tuo *om.*, *m. 2 add.* $P^1$  6 uobiscum *P*  7 resalutent $P^2$ te salutant $P^5$ **salutant $P^3$ salutant *P*  8 dilecti *P* (*in fine u.*) $P^4$  et sancti *om.* *M* et sanctissimi $P^1S$  10 impensime, *m. 1 (?) corr.* impensissime *F*  11 conuinctos *F*  12 deputes puto $P^3$ putes peto *M* deputo $PP^4$ (u *ras. et corr. m. 2*)  13 supscribere *M*  un*animitatem (*fuit* i) $P^2$

## CCXLIX.

DOMINO DESIDERANTISSIMO ET HONORIFICA SINCERITATE CARISSIMO FRATRI ET CONDIACONO RESTITUTO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

Aestus indicantes piam flammam cordis tui indicauit mihi fidelissimus, ut scis, particeps eorum, frater Deogratias. lege itaque Tychonium, quem bene nosti, non quidem omnia probaturus; nam quae in illo cauenda sint, bene nosti, hanc tamen quaestionem, quo modo in ecclesia dei, si qua forte peruersa uel etiam scelerata corrigere aut extinguere non ualemus, saluo unitatis uinculo toleranda sint, strenue mihi uidetur tractauisse atque soluisse. quamquam in eius litteris tantum modo intentione correcta ad ipsos diuinarum scripturarum fontes recurrere nos oportet, ut ibi uideamus, quam pauca de hac re testimonia sententiarum uel exempla gestorum posuit et quam nemo possit omnia ponere, nisi qui paene omnes sanctorum librorum paginas in sua scripta transferre uoluerit. ita prope nulla est, quae nos non admoneat intus in ipsa societate sacramentorum, quibus inbuimur ad uitam aeter-

*P* = *cod. Parisinus 12193 s. IX.*
$P^1$ = *cod. Parisinus 12226 s. IX.*
*S* = *cod. Sangallensis 174 s. IX.*
*H* = *cod. Palatinus 209 s. X.*
$P^2$ = *cod. Parisinus 1958 s. XI.*
$P^3$ = *cod. Parisinus 14480 s. XII.*
*T* = *cod. Trecensis 40 s. XIII.*

*Inscriptio deest in* $PP^2$ 3 condiaconi, *m. 1 corr.* condiacono *S* 5 indicantes, *ras.* indicantis $P^2$ indicantis *P* 6 sis $P^1S$ (*m. 2* scis) degratias, *m. 2* dōgratias *P* *post* Deogratias *sequitur* hic laudans commemorat thiconium donatistam, *sed m. 2 del.* $P^1$ 7 chiconium *P* tyconium *T* thiconium *cett. codd.* 8 cauenda* | sint *P* 9 m̊* (*fuit* o) *T* 10 aut] atque $P^3$ 11 ualeamus $P^1S$ (*post.* a *m. 1 del.*) $P^3$ uincula, *m. 2* uinculo $P^1$ uidetur mihi *edd.* 15 de hac *om.* $P^3$ re *om.*, *m. 1 (?) add.* (*m. 2 add.* questione) *S* 16 posuit *om.* $PP^1$ (*m. 2 add.*) *S* (*m. 2 add.* ·s· posuit) $HP^2$ *a e f* 18 noluerit $P^1$ (*m. 1 corr.* uoluerit) *S* (*m. 2 ?* uoluerit) *H* prope] quippe *T*

nam, cum his, qui oderunt pacem, esse debere pacificos, donec ingemescendo nostra longinqua peregrinatio transeat atque in uirtute Hierusalem matris aeternae securissima pace perfruamur et in turribus eius abundantia uerorum fratrum, quorum nunc inter multos falsos gemimus paucitatem. quae est autem uirtus illius ciuitatis nisi deus eius deus noster? uides igitur, in quo solo fiat pax et singulis hominibus, qui secum sine illo bellum gerunt et in nullo extrinsecus oborto scandalo, et omnibus simul, qui quamquam se in hac uita diligant et amicitiae fidae nexibus teneantur, tamen nec praesentia corporis nec consensione animi summe perfecteque copulentur. confortetur cor tuum in domino memor nostri.

## CCL.

DOMINO DILECTISSIMO ET VENERABILI FRATRI ET CONSACERDOTI AUXILIO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Vir spectabilis filius noster comes Classicianus grauiter apud me litteris questus est, quod sit anathematis iniuriam a tua sanctitate perpessus, narrans, quod uenerit ad ecclesiam

1 Ps. 119, 7; 5—6 3 Ps. 121, 6—8

2 ut que $P^1$ utque $SP^3$ 4 habundantiā $P$ habundantiam (m *del.*) $S$ abundantiam $P^1$ abundantiā $H$ (*puncto sub* ā *posito*) $P^2T$ uirorum $PP^2$ (*m. 2* uerorum) quorum *in fine u. om.* $P$ 5 falsas, *m. 2* falsos $H$ 6 eius] que, *m. 2* qui $S$ 7 et in singulis (in *exp.*) $T$ sine ullo $PP^2$ 8 et in illo $P^1SP^3f$ etiam nullo $m$ 9 in hac se *edd.* dilig̅t $P^3$ 10 fide $PP^1HP^2T$ 11 concessione $P$ confessione $P^3$ perfecte (*om.* que) $H$ copulantur $T$ *edd.* corfortetur (*sic!*) $T$ 12 cor *om.*, *m. 2 add.* $P^1$

*V = cod. Veronensis LXII, 60 s. VIII—IX.*
*M = cod. Montipessulanus 233 s. IX.*
*U = cod. Vercellensis 165⁶ s. IX—X.*
*A = cod. Ambrosianus G 58 sup. s. X—XI.*
*P = cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*

15 in domino salutem *om.* $P$ 16 comis $MU$ (*corr.* comes) comes *om.* $P$ *edd.* classianus $MA$ 18 uenerat $A$

apparitione paucorum suae potestati congrua comitatus et egerit tecum, ne contra salutem suam faueris eis, qui per euangelia peierando adiutorium uiolandae fidei in ipsa domo fidei requirebant; quos tamen considerantes, quid mali fecerint, non inde uiolenter abductos sed sponte dicit egressos atque hinc uenerationem tuam ita sibi suscensuisse, ut ecclesiasticorum confectione gestorum cum omni domo sua anathematis sententia feriretur. quibus litteris eius lectis non mediocriter aestuans cogitationibus magna cordis tempestate fluctuantibus apud tuam caritatem tacere non potui, ut, si habes de hac re sententiam certis rationibus uel scripturarum testimoniis exploratam, nos quoque docere digneris, quo modo recte anathemetur pro patris peccato filius aut pro mariti uxor aut pro domini seruus aut quisquam in domo etiam nondum natus, si eodem tempore, quo uniuersa domus est anathemate obligata, nascatur, nec ei possit per lauacrum regenerationis in mortis periculo subueniri. neque enim haec corporalis est poena, qua legimus quosdam contemptores dei cum suis omnibus, qui eiusdem impietatis participes non fuerunt, pariter interfectos. tunc quippe ad terrorem uiuentium mortalia corpora perimebantur quandoque utique moritura; spiritalis autem

1 apparitionem (m *exp.*) *V* potestatis *A* congruā *V* congruam *M* congrua//// (*ras. 1—2 l.*) *U* 2 ne] nec *V* faueris, *m. 2* (*?*) *corr.* faueres *U* faberis *M* faueres *AP edd.* per euangelium *P edd.* 3 fide in *V* fidei domo *P edd.* 5 egressus *MU* (*m. 2* egressos) ingressos *P* 6 succensuisse (*pr.* c *in ras. m. 2 et post.* u *eras.*) *U* successuisse *A* 7 confectionem *V* domu *A* 8 eius *om. P* 9 extuans *MU* 10 apud caritatem tuam *P edd.* si hauis *M* *auis si (*in ras. fuisse uid.* h; *m. 2* be *pro* ui) *U* 13 anathemitur *M* anathematur, *sed* a *post* m *ex corr.* (*m. 1 ?*) *et m. 2 add.* tize *U* anathematizetur *AP edd. praeter m*
filios, *m. 2* filius *V* 14 domu *A* nondum *om. P* non *VA* 15 edem, *m. 1 corr.* eodem *M* 16 oblicata *MU* posset *VMU* (*m. 2 ?* possit) 17 pericula *V* periculi *MU* (*m. 2* periculo) subuenire *VMU* (*m. 2* subueniri) 18 quosdam *om. A* contemptoris *VMU* (*m. 2* contemptores) 19 hominibus *U* participis, *m. 2* participes *U* fuerint *A* 20 quippe] quidem *P edd.* a terrore *M* ab (b *ex corr. m. 2*) errore *U* 21 peribantur, *m. 2* perimebantur *V* pmeuantur, *m. 2* p̄mebantur *U*

poena, qua fit, quod scriptum est: Quae ligaueritis in terra, erunt ligata et in caelo, animas obligat, de quibus dictum est: Anima patris mea est et anima filii mea est: anima, quae peccauerit, ipsa morietur.

2 Audisti fortassis aliquos magni nominis sacerdotes cum domo sua quempiam anathemasse peccantium. sed forte, si essent interrogati, reperirentur idonei reddere inde rationem; ego autem, quoniam, si quis ex me quaerit, utrum recte fiat, quid ei respondeam, non inuenio, numquam hoc facere ausus sum, cum de quorundam facinoribus immaniter aduersus ecclesiam perpetratis grauissime commouerer. sed, si tibi forte, quam iuste fiat, dominus reuelauit, nequaquam in te aetatem tuam et honoris ecclesiastici rudimenta contemno. en adsum senex a iuuene et episcopus tot annorum a collega necdum anniculo paratissimus discere, quo modo possimus uel deo uel hominibus iustam reddere rationem, si animas innocentes pro scelere alieno, ex quo non trahunt sicut ex Adam, in quo omnes peccauerunt, originale peccatum,

1 Matth. 18, 18; 16, 19 3 Ezech. 18, 4 18 Rom. 5, 12

1 legaueritis *MU* (*m. 2* ligaueritis) ligaueris *edd. praeter a sec. Matth. 16, 19* in terram *V* 2 legata *M* oblegat *MU* (*m. 2* obligat) 4 qui, *m. 2* quae *V* peccaberit *U* moriatur *U* 5 audistis *V* (*postr. l. eras.*) *MU* fortasse *P edd.* sacerdotis *MU* (*m. 2* sacerdotes) 6 domu *A* quempia *V* anathemasse, *m. 2* anathematizasse *U* anathematizasse *AP edd. praeter m* sed forte si] si forte si *A* 7 interrogat ne perirentur *MU* (*m. 2* interrogati reperirentur) idoneam *A* inde reddere *P* 8 quaerat *edd. praeter a* 9 numquam— sum *om. A* 10 corundam *U* aduersum *MU* 11 perpetratis (ti *ex corr. m. 2*) *U* perpetrans *M* permouerer *P edd.* ti, *m. 2* tibi *V* 12 forte *om. P* quam] quoniam *MU m* in te] iuuenem *ex ras. et corr. m. 2, fuisse uid.* iuuente *U* iuuenilem *edd.* 13 en adsum senex] ennarum assi senis *M* //// (*ras. 2—3 l.*) enarra* (e *ex corr. m. 2 et eadem m. add.* mihi) sum (*m. 2 add.* enim) senex (ex *ex corr. m. 2*) *U* 14 a* *V* an *M* iuuene] iuuene coep̄o *P* episcopus] ep̄o *VA* episcopū *M* episcop̄ *U* a *om. A* 15 parati sumus *VA* paratissimos annos *M* paratus sum *P edd.* discere quo modo possimus *om. A* quomodo uel deo uel hominibus iustam possumus *edd.* 16 reddere] reppere (*sic!*) *V* 17 sicut *om. U* 18 omnis, *m. 2* omnes *U*

spiritali supplicio puniamus. etenim Classiciani filius etsi traxit ex patre noxam primi hominis sacro fonte baptismate expiandam, tamen quicquid, posteaquam genuit, peccati pater eius admisit, ubi particeps ipse non fuit, ad eum non pertinere quis ambigit? quid dicam de coniuge? quid de tot animabus in uniuersa familia? unde si una anima per istam seueritatem, qua tota domus ista anathemata est, sine baptismate de corpore exeundo perierit, innumerabilium mors corporum, si de ecclesia homines innocentes uiolenter abstrahantur et interficiantur, huic damno non potest comparari. si ergo de hac re potes reddere rationem, utinam et nobis rescribendo praestes, ut possimus et nos; si autem non potes, quid tibi est inconsulta commotione animi facere, unde si fueris interrogatus, responsionem rectam non uales inuenire?

3 Haec autem dixi, etiamsi filius noster Classicianus aliquid admisit, quod tibi anathemate plectendum iustissime uideretur. ceterum si ueras ad me litteras misit, nec solus in domo sua debuit ista correptione coherceri. sed hinc cum tua sanctitate nihil ago, nisi tantum peto, ut ignoscas precanti ueniam, si

1 poniamus (*sic!*), *m. 2* iniuste puniamus *U* classiani *A* 2 noxam primi hominis] primi hominis culpam *P edd.* sacro fontis *M* sacro (*m. 2* sacri) fontis (is *in ras. m. 2*) *U* baptismatis *P edd.* expiandum *A* 3 genuit] genuit eum *m* peccatum, *m. 2* peccati *U* 4 amisit *MA* amisi *V* (*m. 2?* amisit) *U* (*m. 2* admisit) non *ante* pertinere *om.*, *m. 2 add. U* 5 de coniunge *V* de] e *V* 6 una (u *ex corr.*) *V* per ista seueritatem quo (*m. 2* qua) *V* 7 ista *eras. U* anathaemata, *m. 2* anathaematizata *U* anathematizata *AP* est si sine *VMU* (si *eras.*) *A* 8 corporum—innocentes *om. A* 9 hominis innocentis *VU* (*m. 2* homines innocentes) abstrahantur et interficiantur, *m. 2* abstraerentur et interficerentur *U* 10 huic] ut huic *V* 11 ratione *M* prestis, *m. 2* prestes *U* 12 qui, *m. 2* quid *V* est *om. A* inconsulcota (*sic!*) *V* 13 commutione *MU* (*m. 2* commotione) communione *V* 14 rectam responsionem *m* rectam rationem *P cett. edd.* uales, *m. 2* ualeas *U* 15 lasscianus, *corr.* classicianus *V* classianus *A* 17 a, *corr.* ad *V* domu *A* 18 correptione] sententia *P edd.* coercere *MU* (*m. 2* coerceri) sanctitati *A* 19 ut *om. P edd.* petenti *P edd.*

agnouerit culpam; si autem nihil eum peccasse prudenter agnoscis, quoniam ipse in domo fidei iustius flagitabat fidem debere seruari, ne ibi frangeretur, ubi docetur, fac, quod sanctum uirum facere oportet, ut, si tibi contigit tamquam homini, quod utique homo dei dicit in psalmo: Turbatus est prae ira oculus meus, exclames ad dominum: Miserere mei, domine, quoniam infirmus sum, ut porrigat tibi dexteram suam et comprimat iracundiam tuam et tranquillet mentem tuam ad uidendam faciendamque iustitiam. sicut enim scriptum est, iracundia uiri iustitiam dei non operatur. nec arbitreris ideo nobis non posse subrepere iniustam commotionem, quia episcopi sumus, sed potius cogitemus inter laqueos temptationum nos periculosissime uiuere, quia homines sumus. aufer itaque gesta ecclesiastica, quae perturbatior fortasse fecisti, et redeat inter uos caritas, quam cum illo et catechumenus habuisti; aufer litem et reuoca pacem, ne tibi pereat homo amicus et de uobis gaudeat diabolus inimicus. potens est autem misericordia dei nostri, qui et me exaudiat orantem, ne mea tristitia de uobis augeatur, sed potius, quae est exorta, sanetur, et te regat per gratiam suam

5; 6 Ps. 6, 8; 3    10 Iac. 1, 20

1 si, *m. 1 corr.* sin *M*   nil *M*   peccasse *bis A*   2 agnos, *m. 1 corr.* agnoscis *U*   domu *A*   fide, *corr.* fidei *V*   iustus *VA*   3 docitur *MU* (*corr.* docetur)   4 oportet facere *MU* (*ex* oportit)   ////bi (*m. 1 ? super ras. add.* ti) *V*   6 oculos meos, *m. 2* oculus meus *U*   exclamis, *corr.* exclames *U*   ad dm̃ *MUP*   8 tibi *om. P* **tibi (*fuit* de) *U*   conpremat *M* conpmat, *m. 2* conprimat *U*   tranquillit, *corr.* tranquillet *U*   10 sicut et enim *V*   iracundiam *VMU* (m *eras.*)   11 subripere *VMUA*   12 injustam *ras. ex* iniustitiam *U* iustam, *m. 1* (?) *corr.* iniustam *V*   commutionem, *corr.* commotionem *VU* communitionem *A*   qua *A*   13 uiuere *om. A* uibere, *m. 2* uiuere *U*   14 homini, *m. 2* homines *U*   auferat itaque *V*   15 perturbatior, *m. 2* perturbatus *U*   16 hubuisti, *m. 2* habuisti *U*   18 potens autem misericordia dei nostri (*om.* est) *bis A*   potes* (*fuitne* t ?); *ante* s *m. 2* (?) *add.* n *V*   est *om., m. 1 add. P*   dñi *V*   qui] ut *ex corr. m. 2 U* quae *P edd.*   20 exorata *V*   te regat] erigat *P edd.*

et laetificet iuuentutem tuam non contemnentem senectutem meam.

## CCL A.

Ego propter eos, qui pro peccato unius animae totam domum eius, id est plurimas animas anathemate ligant, maxime ne ibi quisquam sine baptismate de corpore abscedat, et utrum non etiam de ecclesia pellendi sunt, qui eo confugiunt, ut fidem fideiussoribus frangant, adiuuante domino et in concilio nostro agere cupio et, si opus fuerit, ad sedem apostolicam scribere, ut, in his causis quid sequi debeamus, concordi omnium auctoritate constituatur atque firmetur. illud plane non temere dixerim, quod, si quisquam fidelium fuerit anathematus iniuste, ei potius oberit, qui faciet, quam ei, qui hanc patietur iniuriam. spiritus enim sanctus habitans in sanctis, per quem quisque ligatur aut soluitur, inmeritam

1 letificit, *m. 2* letificet *U* contempnentes *V* (te *ante* s *exp.*) *M* 2 meam] meam. uale *edd.*

*Codices VMU superioris epistulae.*

*Fragmentum epistulae Augustini ad Classicianum scriptae, quod in codice M repertum Maurini primi ediderunt.*

Item epistola cuius supra ad eundem classicianum qui excommunicatus fuerat excerptum *V* item ex epistula conposita ad eundem classicianum qui excommunicatus fuerat excerptu (*sic!*) *M* item ex epistula cuius supra ad eundem classicianum qui excommunicatus fuerat excerptum (*m. 2 ? del.* excerptum) *U* 5 animas *om. V* anathematigant *ex* anathemaligant, *ut uid.*, (*m. 1 ?*) *V* anathema ligant *MU; cf. p. 594, 15* ne *om.*, *m. 1 add. U* 6 abscidat *MU* (*m. 2* abscedat) 7 sunt, *m. 2 corr. uid.* sint *U* ut] quo *m* 8 frangat, *m. 1 corr.* frangant *U* consilio *M* 9 augere *V* fueri*t (*fuit* n) *U* ad sedem *om.*, *m. 2 add. U* 10 in *om. U* 11 constuatur *M* 12 timere *MU* (*m. 2* temere) 13 anathematus, *m. 2* anathematizatus *U* ob*erit *U* *post* qui *supra u. m. 1* hoc *U* facit *VU* (*m. 2* faciet) 14 sc̄s (*postr. l. in ras. m. 2*) *U* habitans (ns *super ras. m. 2*) *U* habitat *V* 15 inmerita *V*

nulli ingerit poenam; per eum quippe diffunditur caritas in cordibus nostris, quae non agit perperam.

## CCLI.

DOMINO DILECTISSIMO MERITOQUE HONORABILI FILIO PANCARIO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

Cum, antequam ueniret religio tua, presbyter Secundinus Germanicianensibus non displiceret, unde modo factum est, ut eum, sicut scripsisti, etiam de nescio quibus criminibus accusare parati sint, nescio, domine dilectissime meritoque honorabilis fili. uerum tamen nullo modo nos possumus contemnere, quod presbytero uidentur obicere, tantum si catholici sunt, qui obiciunt; nam haereticorum accusationes contra catholicum presbyterum admittere nec possumus nec debemus. proinde hoc primo agat prudentia tua, ut haeretici non sint, ubi ante aduentum tuum non fuerunt, et audiemus causam presbyteri, sicut eam oportet audiri. illud sane moneo, quia dignaris, quoniam et salus et existimatio tua carissima nobis est et ipsi Germanicianenses pertinent ad curam humilitatis nostrae, ut ea, quae a gloriosissimis imperatoribus impetrasti, et ea, quae apud competentes iudices egisti, fidenter allegare digneris, ut appareat omnibus nihil te inordinate agere, ne iterum in causa uestra, qui de possessione contenditis, ipsi miseri fatigentur et grauius afflicti dispereant. simul etiam

1 Rom. 5, 5.

1 poenam ingerit *m* 2 ait *U*

*T* = *cod. Trecensis 40 s. XIII.*
*H* = *cod. Mus. Brit. Harl. 3107 s. XIII.*
*R* = *cod. Vaticanus 494 s. XIII ex.*
*V* = *cod. Vaticanus 495 s. XV.*
*U* = *cod. Vaticanus 499 s. XV.*

9 sunt, *corr.* sint *T* nescio—fili *om. H* 10 uenerabilis *U; cf. p. 601, 24* nos *om. VU* 15 audemus *VU* (e *expuncto m. 1 supra add.* i) 17 carisma (*sic!*) *T* 20 fideliter *H* 22 possexione *V*

commendo, ut eiusdem presbyteri domus non diripiatur neque uastetur; nam de ecclesia sua nuntiatum est nobis, quod eam nescio qui uelint deponere; sed non puto, quod ullo pacto possit hoc a tua religione permitti.

## CCLII.

DOMINO DILECTISSIMO MERITOQUE HONORABILI ET PRAEFERENDO FRATRI FELICI AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

Nouit optime religio tua, quam curam tuendis cum omnibus hominibus tum maxime pupillis ecclesia uel episcopi debeant. unde receptis litteris tuis et exemplo litterarum uiri spectabilis fratris nostri nec potui nec debui passim puellam cuiquam committere, praesertim quia eam ecclesiae commendauit, domine dilectissime meritoque honorabilis et praeferende frater. proinde aduentum eius expecto, ut, si quid fieri oporteat, eius praesentia deliberem et faciam, quod dominus faciendum esse inspirauerit.

## CCLIII.

DOMINO BEATISSIMO ET VENERABILI AC DESIDERABILI FRATRI BENENATO ET QUI TECUM SUNT FRATRIBUS AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

Per quem saluto sanctitatem tuam, de fide eius et bono circa ecclesiam studio gratulamur. uoluit autem *ad tuam* benignitatem cum litteris meis uenire, domine dilectissime et uenerabilis frater. et quoniam audiui, quod de negotio illo

1 deripiatur, *m. 1 corr.* diripiatur *R* 3 illo, *m. 1 corr.* ullo *R*

*Idem codices, qui in ep. CCLI, praeterquam quod T uocabulo* curam *(u. 8) terminatur.*

*Nulla lectionis uarietas.*

*Idem codices, qui in ep. CCLI et CCLII, praeter VU.*

22 ad tuam *om. codd.* 24 ac *edd.* frater] fili *codd.; cf. u. 19; p. 601, 8; 18; 602, 22*

transigere cogitas, si uerum est, quod miror, ·si uerum est, nosti, quem ad modum debeas episcopali paternitate catholicae ecclesiae prouidere, ut non cum quolibet id agas, si tamen, ut dixi, uerum est, quod audiui, sed potius cum domo catholica, cuius non solum nullam aduersitatem uerum etiam fidele adiutorium habere possit ecclesia.

## CCLIV.

DOMINO BEATISSIMO ET VENERABILI AC DESIDERABILI FRATRI ET CONSACERDOTI BENENATO ET QUI TECUM SUNT FRATRIBUS AUGUSTINUS ET QUI MECUM SUNT FRATRES IN DOMINO SALUTEM.

Puella, de qua mihi scripsit sanctitas tua, in ea uoluntate est, ut, si aetas ei iam matura esset, nulli in nuptiis conueniret. in ea uero aetate est, ut, si uoluntatem nubendi haberet, nulli adhuc dari uel promitti deberet. huc accedit, quia eam deus in ecclesia sic tuetur, ut contra inprobos tueatur, non ut, cui uoluero, tradi possit, sed ut, a quo non oportet, rapi non possit, domine Benenate dilectissime et uenerabilis frater. condicio itaque, quam insinuare dignatus es, non mihi displicet, si nuptura est; utrum autem nuptura sit, etsi illud, quod in ore habet, magis optamus, nunc tamen ignoramus, quia in his annis est, ut et, quod se dicit uelle esse sanctimonialem, iocus sit potius garrientis quam sponsio profitentis. deinde habet materteram, cuius uir honorabilis frater noster Felix, dum de hac re contulissem cum illo — neque enim possem aliter uel deberem —, non quidem inuitus accepit, immo etiam gratulatus est; sed iure amicitiae non importune doluit,

5 solam *T*

*Idem codices, qui in ep. CCLI—CCLIII.*

8 ac desiderabili *om.* *TVU* 9 et qui tecum sunt fratribus *om.* *T* 13 iam matura ei *VU* ulli *VU* 18 frater] fili *H* 21 quia inânis is ē ut *T* 22 quod et *T* 24 uenerabilis *U; cf. p. 599, 10* 25 possum, *m. 1 corr.* possem *R* 27 iure] in re *VU*

quod eis nihil inde sit scriptum. fortassis enim, quae nunc non apparet, apparebit et mater, cuius uoluntatem in tradenda filia omnibus, ut arbitror, natura praeponit, nisi eadem puella in ea iam aetate fuerit, ut iure licentiore sibi eligat ipsa, quod uelit. illud quoque cogitet sinceritas tua, quia, si mihi de nuptiis eius potestas summa ac tota tribuatur atque ipsa quoque iam matura et nubere uolens, cui uoluero, se tradendam sub deo iudice mihi committat, sic dico et uerum dico mihi placere istam condicionem, ut propter deum iudicem non possim respuere meliorem. quae utrum aduentura sit, utique incertum est. quapropter uidet caritas tua, quanta consideranda concurrant, ut nunc a me cuiquam promitti omnino non possit.

## CCLV.

DOMINO DILECTISSIMO ET MERITO PRAEDICABILI AC SUSCIPIENDO FRATRI RUSTICO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

Quamuis tibi et uniuersae domui tuae omnia bona optem nec tantum ad felicitatem praesentis saeculi pertinentia uerum etiam ad uitam futuram ac sempiternam, quae tibi nondum credenda persuasa est, tamen, quae me moueant, ut de puella, quam petis, nihil adhuc audeam polliceri, quantum sufficere uisum est, sancto fratri et coepiscopo meo Benenato rescripsi, domine dilectissime et uenerabilis fili. si enim tu, cum certissime noueris, etiamsi nostrae absolutae sit potestatis quamlibet puellam in coniugium tradere, tradi a nobis Christianam nisi Christiano non posse, nihil tamen mihi tale de filio tuo, quem

4 eligat ipsa sibi *U* 5 si *om. VU* 10 possum *U*

*Idem codices, qui in ep. CCLI—CCLIV.*

15 suspiciendo *RVm* 16 filio *edd.; cf. u. 23* 17 et] atq; *RVU* 18 praesentis] huius *VU* 19 atque *edd.* credenda nndum (*sic!*) *signis corr. T* 20 credendo *U* 23 si] sed *VU* 25 puellam *om., in marg. m. 1 add. U*

adhuc paganum audio, promittere uoluisti, quanto magis ego propter illa, quae in epistula memorati fratris mei legere poteris, quicquam de illius puellae conubio spondere non debeo, etiamsi, quod dixi de filio tuo, non tantum promissum tenerem, sed iam etiam factum esse gauderem!

## CCLVI.

DOMINO MERITO PRAEDICANDO SINCERITERQUE CARISSIMO AC DESIDERANTISSIMO FRATRI CHRISTINO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

Epistulam meam desiderare te mihi tua epistula nuntiauit; frater autem Iacobus eius desiderii erga nos tui locupletior testis accessit, quia plura mihi de te suauia atque in se ipso experta locutus est, quam illa parua chartula potuit. unde tuae benignitati congratulor et de tuo pectore Christiano domino deo nostro, cuius haec dona sunt, gratias ago, domine merito praedicande sinceriterque carissime ac desiderantissime frater. quod autem petis, ut litteris te quaeram, ego te affectu quaero, qui omnes litteras superat, et, ubi te quaeram, quod bene intellegas, noui. quantum autem ad me legendum adtinet, magis uereor in manibus uestris loquacitatem meam reprehendi quam eloquium requiri. illud breuiter dixerim, quod diuturna cogitatione si ruminaueris, senties, quid sapiat: cum in itinere dei faciliora et fructuosa ignaua formidine fugiuntur; in itinere saeculari duriora et sterilia aerumnoso labore tolerantur. incolumis in Christo uigeas et proficias, domine merito praedicande sinceriterque carissime ac desiderantissime frater.

3 quiquam *H* conuiuio *VU* 4 quid *VU*

*Idem codices, qui in ep. CCLI—CCLV.*

8 cristino (c *in ras.; fuitne* g *?*) *V* 10 mihi *om. U* in *sed eras. V* 11 eius *eras. V* 13 pua *U* 15 nostro] tuo *T* 21 si diuturna cogitatione *VU* 22 ruminaueris (in *s. u. m. 1*) *V*

## CCLVII.

DOMINO EXIMIO MERITOQUE HONORABILI ET SUSCIPIENDO FILIO ORONTIO AUGUSTINUS.

Ago gratias, quod aduentum eximietatis tuae litteris etiam praeuenire dignatus es et ante contuitum misisti conloquium, ut tuo prius affatu quam aspectu frueremur et diu desideratam notitiam epistulari solacio quodam modo praegustantes expectaremus auidius et ardentius, quod iucundius gratiusque caperemus, domine eximie meritoque honorabilis et suscipiende fili. reddo itaque meritis tuis et praecurrentibus officiis debitum resalutationis obsequium incolumitatem tuam gaudens nuntiatam optansque continuam. et quod rescripta exiguitatis meae iure praerogatae beniuolentiae reposcendo addidisti dicens: 'Si tamen id de tanta sanctitate possumus promereri', nullo modo audeo desperare sanctitatis eiusdem, cuius haustu pro nostro modulo aliquid sumus, ipsum fontem non solum laudandum uerum etiam nobiscum participandum tuae prudentiae placiturum, ut deus incomparabiliter atque incommutabiliter bonus per suam potentiam tam bonae tuae mentis institutor sit etiam per gratiam restitutor. incolumem te deus omnipotens felicioremque tueatur, domine eximie meritoque honorabilis ac suscipiende fili.

*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*C* = *cod. Casinensis* $16^{19}$ *s. XI.*
$P^1$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

2 suspiciendo *M* (*m. 1 corr.* suscipiendo) *A m* 4 ago dō gratias *M* 6 affatu] affectu *P* 7 quodadmodo, *m. 1 corr.* quodammodo *MF* 9 meriteque *M* suspiciende *M* (*m. 1 corr.* suscipiende) *A m* 14 tante, *m. 1 corr.* tanta *M* 16 suximus *A* 17 tuae] et tuae $P^1$ *edd.* 18 incorporabiliter *M* per] qui per $P^1$ *edd.* 19 bonus *MA* instituor *A* est institutor $P^1$ *edd.* 20 restituor *A* incolom̃ *M* incolum̃ *C* 21 tuatur, *m. 1 corr.* tueatur *M* m̃teque *M* suspiciende *R*

## CCLVIII.

DOMINO MERITO SUSCIPIENDO ET IN CHRISTO DILECTISSIMO AC DESIDERANTISSIMO FRATRI MARCIANO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Abripui uel potius subripui et quodam modo furatus sum memet ipsum multis occupationibus meis, ut tibi scriberem antiquissimo amico, quem tamen non habebam, quam diu in Christo non tenebam. nosti quippe, ut definierit amicitiam 'Romani', ut ait quidam, 'maximus auctor Tullius eloquii'. dixit enim et uerissime dixit: 'Amicitia est rerum humanarum et diuinarum cum beniuolentia et caritate consensio'. tu autem, mi carissime, aliquando mihi consentiebas in rebus humanis,

9 Lucan. Phars. VII 62—63 10 Cic. Lael. 6, 20

*P* = *cod. Parisinus 12193 s. IX.*
$P^{1}$ = *cod. Parisinus 12226 s. IX.*
$P^{2}$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1672 s. IX.*
*S* = *cod. Sangallensis 174 s. IX.*
$P^{3}$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
$P^{4}$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
$P^{5}$ = *cod. Parisinus 1958 s. XI.*
*B* = *cod. Bononiensis 47 s. XII.*

*Inscriptionem om.* $PP^{5}$ 2 suscipiendo, *m. 2* suspiciendo $P^{3}$ suspiciendo $P^{1}S$ (*m. 2* suscipiendo) $P^{4}$ dilect $P^{1}$ dilecto *S* 3 ac desi|desiderantissimo *F* fratre *A* marcelliano *MF* (*sed in indice et in clausula* incipit, explicit epistula sancti agustini ad marcianum) *A* 5 abripui, *m. 2* arripui *P* arripui $P^{3}$ (*m. 1 corr.* abripui) $P^{4}$ subripui] obripui *codd. praeter* $P^{2}$ *edd.* quodam||admodo (ad *del.*) *M* sum *om.* $P^{2}$ 7 habeam $PP^{3}$ (*m. 1 corr.* habebam) 8 ut definierint *A* unde finierint $PP^{1}$ (*postr.* n *expuncto m. 2* ut de *pro* unde) $P^{5}$ unde (*ex ras.*) finierint (*m. 1 ? s. u. add.* de; *post.* n *exp.*) *S* unde definierint *B* 9 ut ait quidam *m. 2 del. S* quida, *m. 2* quidā *P* auctor (ct *corr. m. 2; ex* t c *?*) $P^{3}$ aut|tor *A* eloqui, *m. 1 corr.* eloquii $P^{1}$ 10 dixit *corr. m. 2* $P^{5}$ *om. B* est enim rerum *M* 11 et diuinarum *om. A* consentio $P^{3}$ (*m. 2* consensio) *M* 12 carissime mi *B* mi *om.* $P^{2}$

cum eis more uulgi frui cuperem, et mihi ad ea capessenda, quorum me paenitet, fauendo uelificabas, immo uero uela cupiditatum mearum cum ceteris tunc dilectoribus meis inter praecipuos aura laudis inflabas. porro in rebus diuinis, quarum mihi illo tempore nulla eluxerat ueritas, utique in maiore illius definitionis parte nostra amicitia claudicabat; erat enim rerum tantum modo 'humanarum' non etiam 'diuinarum' quamuis 'cum beniuolentia et caritate consensio'.

2 Et posteaquam illa cupere destiti, tu quidem perseuerante beniuolentia saluum me esse cupiebas salute mortali et ea rerum prosperitate felicem, quam mundus optare consueuit. et iam sic itaque aliquantum tibi erat mecum rerum humanarum beniuola et cara consensio. nunc ergo quantum de te gaudeo, quibus explicem uerbis, quando eum, quem quoquo modo habui diu amicum, habeo iam uerum amicum? accessit enim rerum etiam consensio diuinarum, quoniam, qui mecum temporalem uitam quondam iucundissima benignitate duxisti, nunc in spe uitae aeternae mecum esse coepisti. modo uero

1 more] in ore *B* capissenda $P^2$ capsenda *M* 2 fauendo] et fauendo $P^1$ (et *del.*) *S* (et *m. 2 del.*) bellificabas $P^2$ uero *om.* $P^4$ uela /// (*ras. 1—2 l.*) $P^4$ uel a $P^2P^3$ (*m. 2 corr.*) $MP^5B$ 4 inflauas $P^2$ 5 mihi] nihil *MFA* (*m. 1 corr.* mihi) $P^4$ (*m. 1 ? corr.* mihi) nulla* (*fuit* e) luxerat $P^5$ nulle luxerat $P^2$ nulla luxerat *MFA* (*m. 2* lux erat) $P^4$ nulla lux erat *P* maiore illius] ma|lo nullius (*m. 2 in sup. marg.* maiori illi') $P^4$ 9 postquam *A* destiti//// (*fuisse uid.* destitui) $P^1$ destitui *S* (*m. 2* destiti) $P^5$ (u *eras.*) *B* tu *om. codd. praeter* $P^2P^3$ quidem perseuerante $P^4$ 10 beniuolentia* (*fuit* e) $P^3$ et ea rerum *sed* ea re *in ras. 2 fere l.* (*m. 1 ?*) $P^1$ et uerum (*m. 2* rerum) *S* et||earum *P* et earum $P^5B$ 11 qua $PP^5$ (~ *super* a *eras. uid.*) 12 etiam scita quę liquantum *A* mecum *om. S* mecum (*pr.* m *in ras.; c ex ras. et corr.*) $P^1$ humanarum rerum *B* 13 beniuolentia et cara $PAP^5$ beniuolentia et caritate $P^1S$ (cum *m. 2 praepositum*) *B* ergo] uero *flrm* 14 eum, *m. 2* ad eum *S* quo modo *S* (*m. 2* cum mundo) $P^3$ (*m. 2* quoquo modo) *M* 15 habeo—amicum *om.* $PP^1$ (*m. 2 s. u. add.*) $SP^5B$ 16 enim *m. 2* (*?*) *del. S* etiam rerum *edd.* consensio *om. B* consentio, *m. 2* consensio $P^3$ 17 quandam (n *eras.*) $P^4$ eduxisti $P^3$ (e *eras.*) *FA* 18 in *om.* $P^3MFAP^4$ *edd.* coepisse, *m. 1* (*?*) *corr.* coepisti *S* uero *om. B* uere $P^2P^3MFA$

etiam de rebus humanis inter nos nulla dissensio est, qui eas rerum diuinarum cognitione pensamus, ne plus eis tribuamus, quam modus earum iustissime postulat, nec eas iniquo contemptu abiciendo creatori earum domino rerum caelestium atque terrestrium faciamus iniuriam. ita fit, ut, inter quos amicos non est rerum consensio diuinarum, nec humanarum esse plena possit ac uera. necesse est enim, ut aliter, quam oportet, humana aestimet, qui diuina contemnit, nec hominem recte diligere nouerit, quisquis eum non diligit, qui hominem fecit. proinde non dico: 'Nunc mihi plenius amicus es, qui eras ex parte', sed, quantum ratio indicat, nec ex parte eras, quando nec in rebus humanis mecum amicitiam ueram tenebas. rerum quippe diuinarum, ex quibus recte humana pensantur, socius mihi nondum eras, siue quando nec ipse in eis eram siue posteaquam ego eas utcumque sapere coepi, a quibus tu longe abhorrebas.

3 Nolo autem suscenseas nec tibi uideatur absurdum, quod illo tempore, cum in uana mundi huius aestuarem, quamuis me multum amare uidereris, nondum eras amicus meus, quando nec ipse mihi amicus eram sed potius inimicus. diligebam quippe iniquitatem et uera, quia diuina, sententia est, qua

1 quia $PP^1$ (a *m. 2 del.*) $SP^5B$ 3 postularet $P^4$ eas] eius *B* iniquo] in aliquo $MFAP^4$ *edd.* 4 contentu *P* 6 nec humanarum *om. A* 7 possit esse plena *B* plena esse possit *edd.* esse *om. M* 8 aestimet] existimet et $PP^1$ (et *m. 2 del.*) *S* (et *del.*) $P^5B$ 9 diligcre, *corr.* diligi *A* nouerit (e *ex corr. m. 1*) $P^3$ quisquā *P* non *om., m. 2 add.* $P^1$ 10 non, *m. 2* nam *S* plenus $P^2F$ es] sis *M* 11 ne ex, *m. 2* nec ex $P^3$ 12 mecum *om. B* uram, *m. 2* ueram $P^1$ 13 humanę $P^4$ 15 ego ** ea su*t (*fuit* n) cumque, *m. 2 uirgulis corr.* $P^1$ ego ut ea sunt cumque *S* coepi* (t *eras.*) $P^1$ 16 aborrebas, *m. 2* aberrabas $P^1$ aberrabas *B* 18 temp' *M* cum] quo $P^2$ huius mundi *edd.* 19 multum me *B* uiderem *S* uideris *F* earas (*pr.* a *m. 2 exp.*) $P^1$ 20 eram *ras. et corr. m. 2 ex* earum $P^3$ 21 et uere quia $P^3$ et uera quidem $PP^1$ (*m. 2* et re uera quidem) $SP^5B$ *m* et re uera quia $P^2MFAP^4$ *cett. edd.; scripsi* et uera quia qua] quia $PP^3MFAP^4$ (i *exp.*) $P^5B$ *edd. praeter m*

scriptum est in sanctis libris: Qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam. cum ergo odissem animam meam, uerum amicum quo modo habere poteram ea mihi optantem, in quibus ipse me ipsum patiebar inimicum? cum uero benignitas et gratia saluatoris nostri inluxit mihi non secundum merita mea sed secundum ipsius misericordiam, tu ab hac alienus quo modo esse poteras amicus meus, qui, unde beatus esse possem, penitus ignorabas et non in hoc me amabas, in quo mihi ipse iam fueram utcumque amicus effectus?

4 Gratias itaque domino, quod te mihi amicum facere tandem aliquando dignatur. nunc enim nobis est 'rerum humanarum et diuinarum cum beniuolentia et caritate consensio' in Christo Iesu domino nostro uerissima pace nostra. qui duobus praeceptis cuncta praeconia diuina conclusit dicens: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua et: Diliges proximum tuum tamquam te ipsum; in his duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae. in illo primo

1 Ps. 10, 6 4 Tit. 3, 4—5 12 Cic. Lael. 6, 20 15 Matth. 22, 37; 39—40; Marc. 12, 30—31; Luc. 10, 27; Deut. 6, 5; Leu. 19, 18

1 iniquitatem diligit *P* 2 ergo] aut̄ *P* 4 optarem *B* ipsemetipsum *B* patieba*r (m *eras.*) $P^3$ 5 uero] ergo $P^2$ 7 ipsius misericordiam] merita ipsius, *m. 1 corr.* misericordia (*sic!*) ipsius $P^2$ ab haec *P* (e *eras.*) $P^5B$ alienis, *m. 2* alienus $P^1$ poteras esse *B* esse posses $FP^4$ esse possis $P^3MA$ posses esse $P^2$ 8 esse possim $P^1$ (*m. 2* esse possem) *S* essem (*om.* possem) $P^2$ 9 n̄ /// (in *eras. uid.*) hoc in me *P* non in hoc in me $P^1$ (*post.* in *m. 2 del.*) *S* (*post.* in *m. 1 del.*) $P^5B$ non hoc in me $P^2P^3$ (o *in* hoc *corr. m. 1 ex* i) me* $P^4$ 10 fuerat *M* (*m. 1 ? corr.* fuerā) *FA* 11 deo *edd.* 12 humarum, *m. 2* humanarum $P^5$ 13 et *om.*, *m. 1 add. F* 14 domino * (*fuit* d) $P^3$ uerissime *MFA* qui* (*fuit* d) duobus $P^3$ quid uobis, *m. 2* qui duobus $P^1$ 15 diuina praeconia *M* 17 et ex tota mente tua *in fine u. om. M* diligis, *m. 1 (?) corr.* diliges $P^3$ 18 in is, *m. 1 (?) corr.* in his $P^1$ in iis *f l r m* duobus *om. M* mandatis *M sec. Vulg.* 19 pendet (*super post.* c *m. 1 add.* i) *M*

rerum diuinarum, in hoc secundo rerum humanarum est cum beniuolentia et caritate consensio. haec duo si mecum firmissime teneas, amicitia nostra uera ac sempiterna erit et non solum inuicem nos sed etiam ipsi domino sociabit.

5 Quod ut fiat, exhortor grauitatem et prudentiam tuam, ut iam etiam fidelium sacramenta percipias; decet enim aetatem et congruit, quantum credo, moribus tuis. memento, quid mihi dixeris profecturo comicum quidem de Terentio recolens uersum sed tamen aptissimum et utilissimum:

Nunc hic dies aliam uitam adfert, alios mores postulat.

quod si ueraciter dixisti, sicut de te dubitare non debeo, iam profecto sic uiuis, ut sis dignus baptismo salutari remissionem praeteritorum accipere peccatorum. nam omnino non est, cui alteri praeter dominum Christum dicat genus humanum:

Te duce, si qua manent sceleris uestigia nostri,
inrita perpetua soluent formidine terras.

quod ex Cymaeo, id est ex Sibyllino carmine se fassus est

10 Ter. Andr. 189 15 Verg. Buc. IV 13—14

1 diuinarum rerum *M* secundo (ecundo *in ras. m. 2*) $P^1$ est *om.*, *m. 1 add. P* cum *om.*, *m. 2 add.* $P^5$ 2 duos i*me confirmissem & imas (*incertum*), *m. 2 corr.* duo si mecum firmissim (*cetera codicis recisione perierunt*) $P^4$ firmissimor (*sic!*), *m. 2* firmissimo amore *S* 3 teneamus *MFA* 4 nos inuicem *f l r m* sed *om.* $P^2$ etiam ipso *B* ipsi etiam *f l r m* sociauit, *m. 2* sociabit $P^1P^5$ sociauit $P^2$ 5 et prudentiam *om. B* ut iam etiam *spatio 10—12 l. relicto, in quo m. 2* sine mora gratanter *scripsit, om. B* 6 perspicias $P^2$ decet *ras. ex* debet *B* aetatem, *m. 2* aetatem tuam *S* 7 et *om.* $P^2$ 8 perfecturo *MFA* comitum, *m. 1 corr.* comicum *M* quidem *om.* $P^2$ recoles *MA* recolis $FP^4$ *l* si recoles, *m. 2* si recolis $P^1P^5$ si recoles *S* (*m. 2 ?* si recolis) *B* si recolis *P m* 9 utilissimum, *ras. et corr. m. 2* utillimum $P^3$ 10 uitam aliam *edd. praeter a* afferet $PP^1$ (*m. 1 ? corr.* affert) *S* (*m. 2* affert) $P^5B$ defert *e sec. Ter.* 12 si (*m. 1 corr.* sic) uiuis $P^5$ sic uis, *m. 2* sic uiuis $P^4$ si sic uiuimus *B* 13 cu, *m. 2* cui *P* 15 duce/////si (*ras. 2—3 l.*) $P^3$ sele///ris (*ras. 1—2 l.; m. 2* scele///ris) $P^3$ 17 cymio *MFA* ex *om. B* se *om.* $PP^1P^2SP^5$ passus $P^2P^3$ fusus, *m. 2* fassus $P^1$ falsus *B*

transtulisse Vergilius, quoniam fortassis etiam illa uates aliquid de unico saluatore in spiritu audierat, quod necesse habuit confiteri. haec tibi, domine merito suscipiende et in Christo dilectissime ac desiderantissime frater, siue pauca siue forsitan multa sint, utcumque occupatissimus scripsi. tua sumere rescripta desidero et te nomen uel dedisse inter competentes uel daturum esse iam iamque cognoscere. dominus deus, in quem credidisti, et hic et in futuro saeculo te conseruet, domine merito suscipiende et in Christo dilectissime ac desiderantissime frater.

1 uergilius *P* (*m. 2* uirgilius) *F* (*m. 1 corr.* uirgilius) uirgilius $P^1MAP^4B$ *edd.* *post* uirgilius $P^1$ *rubro colore scriptum habet* HIC DICIT QUOD SIBILLA UATES QUIDQUID DE X̄P̄O AUDIERIT (*m. 1 corr.* AUDIERAT) FUISSE CONFESSAM illu* (*sic!* d *eras.*) *M* uatis $MFP^4$ (*m. 2* ł uates) aliquid *om. A* 2 saluatore, *m. 2* saluatoris aduentu $P^1$ saluatoris $P^4$ habuerit *A* 3 suspiciende $P^1P^3FP^4$ (*m. 2* suscipiende) $P^5$ (*m. 1 ? corr.* suscipiende) 4 pauca] peccaui *B* 5 multę, *m. 2* multa $P^1$ occupatissime *codd. praeter* $P^2$ tu|asumere $P^2$ sumere] mereri $P^3MF$ *edd. praeter m* merereris *A* mereris (s *eras.*) $P^4$ 6 scripta $P^2P^3MFAP^4$ *edd. praeter m* uel *om.* $MFAP^4$ *edd.* 7 iamque (e *in ras. m. 2; fuisse uid.* ae) $P^3$ domine *PM* deus, *m. 2* deus noster $P^1$ deus noster $MFAP^4$ *edd.* 8 et *ante* hic *om.* $PP^1SP^5B$ 9 suspiciende $P^1P^3FP^4$ (*corr.* susciciende *sic!*) $P^5$ (*m. 1 ? corr.* suscipiende) dilecte $P^2$ 10 frater amen $P^2$

## CCLIX.

### DOMINO DILECTISSIMO ET HONORABILI FRATRI CORNELIO AUGUSTINUS.

1 Scripsisti mihi, ut ad te aliquam prolixam consolatoriam epistulam darem, quod grauiter optimae uxoris morte mouereris, sicut sanctum Paulinum ad Macarium fecisse meministi. et illa quidem anima in societatem recepta fidelium atque castarum laudes nec curat nec quaerit humanas, sed quia propter eos fiunt ista, qui uiuunt, prius est, ut tu, qui consolari eius laude desideras, ita uiuas, ut illic, ubi ipsa est, esse merearis. neque enim dubito, quod eam non credas ibi esse, ubi illae sunt, quae uel adulteriis lectulum coniugalem polluerunt uel nullo coniugio deligatae fornicatione fluxerunt. quare de illius laude uiro longe dissimili quasi fugare uelle maestitiam adulatio est non consolatio. nam si eam diligeres, sicut te ipsa dilexit, seruasses ei, quod tibi ipsa seruauit; et

*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*C* = *cod. Casinensis* $16^{19}$ *s. XI.*
$P^1$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

2 fratri** *F* 4 consolatricem epistolam *R* epistolam consolatoriam *edd.* 5 optima *P* et optime (et *exp.*) $P^1$ mortem uereris *A* mortem uereres *MF* mortem ueraris, *in marg. m. 2* r. morte uexaris $P^1$ morte meraeris *P* mortem mereres *C* morte uerereris *R* mortem uerearis *a e* morte mouearis *f l r* 7 quidā̄ *M* quidam *F* animā (~ *del.*) *C* societatē (~ *m. ut uid. 2*) $P^1$ 8 castium *ex* castaum *ut uid. F* 9 que, *m. 2* qui $P^1$ uiunt *MA* consulari, *m. 3* consolari *F* 10 eos, *m. 1 corr.* eius *P* laude* (s *eras.*) $P^1$ illic, *m. 2* illuc *C* 11 esse *om. A* 12 adulteris *A* 13 delicatae *M*$P^1$ (*m. 2* deligatae) delegatae *R* fornicationi *M* fornicationis *A* (s *eras.*) $P^1$ (*m. 2* fornicatione) 14 uero *F* uera (a *ex corr.*) *M* te, *m. 2* uiro $P^1$ dissimilis (*postr. l. m. 2 del.*) $P^1$ uelis, *m. 2* uelle $P^1$ 15 me///stitiam (*ras. 1—2 l.*) *P* 16 ipsa te *edd.* seruassis, *m. 3* seruasses *F* et *m. 2 del.* $P^1$

cum illa, si prior obisses, nullo modo credenda sit cuiquam fuisse nuptura, nonne, si uere obitum eius laudibus eius consolandus doleres, ne unam quidem ac licitam post illam coniugem quaereres?

2 Hic tu dicturus es: 'Quid mecum aspere agis? quid dure obiurgas?' nonne inter haec uerba ecce senuimus, dum uita ducitur prius finienda quam corrigenda? uis, ut ignoscam exitiabili securitati tuae; quanto satius tu ignoscis si non amabili certe miserabili sollicitudini meae! inimico quidem animo Tullius inuehebatur et longe aliter erat terrenam rem publicam gubernantis intentio et tamen ait: 'Cupio, patres conscripti, me esse clementem, cupio in tantis rei publicae periculis non dissolutum uideri.' quanto iustius ego dico, cum ipse noueris, quam tibi amicum animum geram, in aeternae ciuitatis seruitio constitutus minister uerbi sacramentique diuini: Cupio, frater Corneli, me esse clementem, cupio in tantis tuis meisque periculis non dissolutum uideri!

3 Plebs mulierum excubat lateribus tuis; crescit in dies pellicum numerus; eiusdem autem numeri dominum, immo uero seruum insatiabili per tot scorta libidine diffluentem et laudes

11 Cic. in Cat. I 2, 4

1 prius *A* obisset, *m. ut uid. 1 corr.* obisses $P^1$ obiisses *edd.* 2 uero, *m. 2* uere $P^1$ eius *ante* laudibus *om. R, post* laudibus *F* consulandus, *m. 3* consolandus *F* 3 doleris *M* (*corr.* doleres) *F* (*m. 3* doleres) dolores *A* una *C* umquam, *m. 2* unam $P^1$ licitā* (*fuit* t) *A* post illam *om. M* 5 tu *om. R* 6 ecce inter haec uerba *M* 7 corriganda (*m. 1 ? corr.* corrigenda) est uis *M* corrigenda est uis *A* 8 exitiabile *C* saciabili, *m. 2* exiciabili $P^1$ securitate, *m. 1 corr.* securitati *C* tui cognoscis, *m. 2* tu ignoscis *M* 9 tuae *A* 10 uehebatur *M* alia *f l r m* erat *om. C* 12 conscripti (ti *ex corr. m. ut uid. 1*) $P^1$ publicae/// (*ras. 1—2 l.*) *M* 14 geras, *m. 1 corr.* geram *C* 15 que *om. R* quae (a *exp.*) *F* 18 lateribus] in lateribus *M* dies pellicumlum (lum *del.*) *C* dies pelicum (es pelicum *in ras. m. ut uid. 1*) $P^1$ die speculum *M* (*m. 1 ? corr.* dies periculi) *FA* 20 saciabili, *m. 1 corr.* insaciabili *M* insatiabilem, *m. 2 (?)* insatiabili $P^1$ libidine* (m *eras.*) *P* libidinis, *m. 2* libidine $P^1$ defluentem *A*

defunctae castae coniugis a nobis uelut ad mitigandam maestitiam suam iure amicitiae flagitantem episcopi patienter audimus? cum esses non dicam catechumenus sed in errore nobiscum perniciosissimo constitutus iuuenis iunioribus nobis, ab hoc te uitio temperantissima uoluntate correxeras, quo non post longum tempus sordidius reuolutus deinde in extremo uitae periculo baptizatus non dicam te fide*li sed* etiam nobis ecce iam senibus et insuper episcopis nondum emendaris. uis de bonae uxoris morte per nos consolari; nos de hac tua ueriore morte quis consolatur? an, quia non possumus obliuisci tanta erga nos merita tua, ideo cruciandi adhuc sumus moribus tuis, ideo contemnendi et pro nihilo habendi, quando gemimus ad te de te? sed fatemur nos non esse aliquid ad te corrigendum ac sanandum; deus adtendatur, Christus cogitetur, apostolus audiatur dicens: T o l l e n s e r g o m e m b r a C h r i s t i f a c i a m m e m b r a m e r e t r i c i s? si qualiscumque episcopi amici tui uerba spernis in corde tuo, corpus domini tui cogita in corpore tuo. postremo quonam de die in diem differendo peccas, cum extremum diem tuum nescias?

15 I Cor. 6, 15

1 ad mitigandum *A* 2 amicitiã, *corr.* amicitiae *P*[1] 3 audiuimus (ui *m. 2 del.*) *P*[1] cum] quod cum *P*[1] (quod *m. 2 del.*) *a e* qui cum *cett. edd.* catecuminis *M* (*m. 1 corr.* catecuminus) *F* in *om.*, *m. 1* (?) *add. F* 5 ab] ob *R* te *om. M* temperantissima, *m. 2* ꝗ temperatissima *P*[1] temperantissimo, *m. 1 corr.* temperantissima *M* qui *P*[1] 6 sordidi' (di' *in ras. m. 2*) *P*[1] sordib; *M* in *om.*, *m. 2 add. P*[1] 7 te fide etiam *codd. a* d̃e fide etiam *e* te sene (*om.* etiam) *f l r* te sene scd etiam *m*; *emendabam* tc fideli sed etiam; *cf. u. 3* 8 ccce] certe *f l r m* ep̄s *A* 9 bono, *m. 1 corr.* bona *M* bona *A* bonis, *m. 3* bonc *C* uxoris] non uxoris (non *del.*) *M* nos de] aut nos de (aut *m. 2 del.*) *P*[1] ueriorae (a *exp.*) *M* ueriora, *m. 2* ueriore *P*[1] 13 geminus ad te de te *F* gcmini ad te de te, *m. 2* gemimus te quod non attendis *C* 15 apostolos, *m. 3* apostolus *F* auditur *FA* 16 faciam (ia *in ras.*) *F* faciem (em *deleto alia ut uid. m.* ā *super* e, *alia* s *super* m *add.*) *M* faciens *A* 18 postremo *ras. ex* postrema *P*[1] qm̃ *PMAP*[1]*R* qn̄m *F* quoniam *C a* quomodo *cett. edd.*; *emendabam* quonam 19 diem tuum *in fine u. om. A*

4 Nunc probabo, quantum ab ore nostro laudes Cyprianae desideres. certe, si adhuc in schola rhetoris uerba discipulis uenderem, prius ab eis mercedem sumerem. uendere tibi uolo laudem pudicissimae uxoris tuae; prius mihi mercedem da pudicitiam tuam; da, inquam, et accipe. h u m a n u m d i c o p r o p t e r i n f i r m i t a t e m tuam; puto, quod non sit a te digna Cypriana, cuius laudibus anteponas amorem concubinarum tuarum, quod utique facies, si permanere in illo amore quam ad istas laudes peruenire malueris. quid mihi uis extorquere poscendo, cum pro te uideas esse, quod posco? quid precaris subiectus, quod potes iubere correctus? mittamus munera spiritui coniugis tuae, tu imitationem, ego laudem. quamquam, sicut supra dixi, laudem ab hominibus iam illa non quaerat, imitationem uero tuam tantum quaerit etiam defuncta, quantum te dilexit etiam dissimilem uiua. faciam de illa, quod uis, cum tu feceris, quod et ego uolo et illa.

5 Si enim diues ille superbus atque impius, sicut in euangelio dominus loquitur, qui induebatur purpura et bysso et epulabatur cotidie splendide, cum malorum meritorum poenas apud inferos lueret neque de digito contempti ante ianuam suam pauperis aquae stillam impetrare ualuisset, recordatus est quinque fratres suos et rogauit ad eos eundem pauperem mitti, cuius requiem in sinu Abrahae longe prospiciebat, ne et ipsi

5 Rom. 6, 19 17 Luc. 16, 19—28

1 probato, *m. 2* probabo $P^1$ quantum] quas tu *edd. praeter a* *ere (h *eras.*) *M* 2 rhetorum *edd.* 4 coniugis *f l r m* 5 pudicitię tuę $P^1$ 6 digna a te *C* apud te digna *edd.* 7 cyprianę *M* anteponis $P^1$ *edd.* amorem *in fine u. om., m. 2 add.* $P^1$ 8 faciens *M* si *om. M* (*m. 1 ? add.*) $FACP^1$ (*m. 2 add.*) 9 malueritis *F* uis mihi *A* 11 subiectos, *m. 1 corr.* subiectus *M* correctos, *m. 1 corr.* correctus *M* correptus, *m. 2* correctus $P^1$ 12 spiritalia coniugi $P^1$ *edd.; cf. ep. XXII p. 59, 2* tu] tui *M* ergo, *sed* r *postea m. 1 add. uid. M* quamquam] quantam *R* 13 sicut *om. C* 14 |itationem, *m. 2* im|itationem *A* uero *om. M* quantum dilexi (*m. 2* dilexit) te etiam uiua (*om.* dissimilem) *C* 15 quid *M* (*m. 2* quod) *F* 16 quod ego (*om.* et) *R* 19 pencs, *m. 1 corr.* penas *M* 20 de *in fine u. om. M* 21 imperare, *m. 3* impetrare *C* 22 mitti* (*fuit* t) *P* 23 longe *om. C*

uenirent in illum tormentorum locum, quanto magis tua coniux te recordatur! quanto magis te casta non uult ad poenas uenire moechorum, si fratres suos nec superbus ad poenas uenire uoluit superborum! et cum frater nollet fratribus in malis se esse coniunctum, quanto minus uult in bonis constituta coniux uirum in malis habere separatum! lege ipsum locum in euangelio;

Christi est uox pia; crede deo.

doles uidelicet coniugem mortuam et putas, si eam laudauero, quod meis affatibus consolaberis. disce, quod doleas, si cum illa non eris. an magis tibi dolendum est, quod a me nondum laudatur, quam mihi, quod a te non amatur? nam utique, si amares, cum illa esse post mortem desiderares, quo profecto non eris, si, qualis es, talis eris. ama ergo, cuius exigis laudem, ne, quod mendaciter exigis, iuste negem.

[Et alia manu:] Dominus nobis praestet de tua salute gaudere, domine dilectissime et honorabilis frater.

8 = ep. XXXII p. 14, carm. Paul. u. 28

1 locum tormentorum *edd. sec. sacr. litt.* tua coniux tua te *P* coniux *M* (*m. 1 corr.* coniunx) $P^1$ (*m. 2* coniunx) 2 caste *M* adponas *M* 3 nec superbos *F* (*m. 1 corr.* nec superbus) *A* 4 frat*er (*fuit* r) *P* 5 se *om. M* coniunctos, *m. 1 corr.* coniunctus (*sic!*) *M* 6 coniux *om. M* coniux, *m. 2* coniunx $P^1$ uirum] uirum suum|uirum *M* separatim *A* 8 uox est *M* credo, *m. 2* crede $P^1$ 10 affectibus *P* consolaueris *M* (*m. ut uid. 1 corr.* consolaberis) *F* (*m. 1 ? corr.* consolaberis) *A* 12 si amares, *m. 3* si uere amares illam *C* 13 quod *PMFACP*$^1$ *edd. praeter m* 14 es talis, *sed* es t *ex corr.* (*m. 1 ?*) *F* 15 iusti negem *F* iuste te negem *C* iuste denegem *flrm* 16 et alia* manu *F* et alia manū (*sic!*) *m. 3 del. et s. u. add.* eam amare *C* et alia manu* (s *fuisse uid.*) $P^1$ 17 dñi, *m. 2* dñs $P^1$ et *om. P*

# CCLX.

DOMINO VERE PRAEDICABILI AC NIMIUM SUSPICIENDO OMNIQUE LAUDUM GENERE PROSEQUENDO PATRI AUGUSTINO AUDAX IN DOMINO SALUTEM.

Habeo gratiam beatitudini tuae, quod libenter mei sumpseris temptamenta sermonis; tunc enim bonae fidei filiis datur audacia, cum paterni fontis imbribus fuerit inrorata. prouocaui itaque, dulcis antistes, non ut praelargi pectoris pusillum libamen acciperem, sed ut ingens diuitis ubertim flumen haurirem. thesaurum sapientiae desideraui, sed minus accepi, quam uolui, licet minus non debet dici sed munus, quod oraculum legis contulerit Augustinus, sacrator iustitiae, instaurator spiritalis gloriae, dispensator salutis aeternae. tam tibi mundanus orbis notus est quam notatus, tam tu ei cognitus quam probatus. opto itaque sapientiae floribus pasci et uiui fontis haustibus inrigari. praesta cupienti, quod utrique prosit. potest enim seminudi roboris uelamen genitale uiridari, si meruerit tuis

10 cf. p. 618, 6—7 11—13 cf. p. 618, 10; 14; 15—16; 19—20 15—16 cf. p. 619, 12—13

*P* = *cod. Parisinus 11641 s. VI.*
*E* = *cod. Cheltenhamensis 2173 s. X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P¹* = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

2 uero *MFA* uenerabili *PE* praedicabili—patri *om. PE* 3 lau***dum (dan *eras.*) *P¹* 4 in domino salutem *om. PE* 5 habeo] ago *F* beatitudine *P* (*corr.* beatitudini) *E* (*m. 1 corr.* beatitudini) beatitudinis *A* 6 testamenta *E* 7 fontes *P* (*corr.* fontis) *E* ymbrius *E* prouocauit *PEP¹* 8 itaque] atque *P¹* itaque te *f l r m* dulces *M* antestis *PEF* antites *M* pauxillum *PE; cf. p. 619, 23* libamem *E* 9 diuites *PE* 10 quam] etiam *E* 11 duci *PE* munus] minus *FA* legits (t *m. 1 del.*) *P¹* 12 contulit *M* spiritalis *om. M* 14 est notus *R* totus (*m. 2* notus) est *P¹* tam tu ei] tantu ei (*sic!*) *PE* tantum est *R* 15 pasci] paschę *PE* 16 utique *a e* 17 roboris, *m. 2* ruboris *M* uiridare *P* (*corr.* uiridari) *E*

sensim fluentis augeri. itaque humilitatis meae praesentiam spondeo non tam stilo quam uoto, si uenerabilitatis tuae scripta pro uisu relegero. diuina te clementia tueatur annis innumeris, domine uenerabilis.

Cur mihi fons orbis paruo sermone meauit?
an minus apta suis sperauit corda fluentis?
cum pateat mens omnis aquis spectetque loquacem
religionis opem, gratos dat sensibus imbres,
expectat quos plena fides Christi de stipite pendens.

## CCLXI.

DOMINO DILECTISSIMO ET IN CHRISTO PRAEDICANDO NIMIUMQUE DESIDERABILI FRATRI AUDACI AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Breuem epistulam tuam sed plane uehementem flagitatricem prolixae epistulae meae non inuitus immo etiam laetus accepi, non quod facile sufficerem auiditati, sed quod gratularer caritati tuae, quia, etsi non de idoneo expetis, bonum est tamen, quod expetis. et ad longam quidem epistulam conscribendam magis mihi otium quam facultas defit occupatissimo scilicet ecclesiasticis curis, a quibus pauculae temporum stillae uix

1 utilitatis *R* 2 siue narrabilitatis *PE* 3 pro uisu religero *PE* puisurelegero *MFP*¹ (*m. 2* puisu:relegero) diuina te] diuinitate *PE* clementia te *M* 4 uenerabilis VERSVS *M* uenerabilis uersus incipiunt *FP*¹ (uersus incipiunt *m. 2 del.*) 6 a (*m. 2* an) minus *P*¹ animus *E* sui, *m. 2* suis *P*¹ 7 expectetque *PE* laquacem *A* 8 da *edd. praeter a* 9 *cf. p. 620, 1—2* expectat, *m. 1 corr.* expectæt *P*¹ fide *E*

*Idem codices, qui in ep. CCLX; in P deest finis a p. 620, 4* studiosi.

11 nimium (*om.* que) *PE* omni|umque *P*¹ 14 uehementer *PE* flagitracem *A* 16 facile *om. PE* auiditate *PE* 17 dei doneo expetis *A* de idoneo expotis *PE* 18 et ad longam quidem epistolam ad conscribendam (*sic!*) *E* 19 desit *A* defecit *P*¹ 20 stellae *PE* uix *om. M*

recreant uel cogitantem aliquid uel ea, quae magis urgent et mihi uidentur pluribus profutura, dictantem uel reficientem corporis uires nostrae necessarias seruituti. nam uerba non desunt, quibus possit multa charta compleri; sed quod a nobis in eadem sermonis prolixitate desideras, ad hoc me idoneum non esse respondeo. thesaurum enim sapientiae te desiderasse dixisti, sed minus accepisse quam uoluisti, cum ego ex illo thesauro mendicabunda prece cotidianam stipem rogem uixque impetrem.

2 Oraculum autem legis quo modo sum, de cuius latis atque abditis penetralibus nescio longe plura, quam scio, eiusque multiplices sinus opacosque secessus adire ac penetrare non ualeo, sicut uolo, et me non aliud quam minus dignum esse cognosco? porro sacrator iustitiae quis ego, cui me sacratum esse permagnum est? iam uero quod instauratorem spiritalis gloriae me appellas, — da ueniam — multum, cui loquaris, ignoras; ipse quippe adhuc in hac gloria sic instauror, ut de die in diem, non solum quantum accedam, sed utrum omnino aliquid accedam, latere me fatear. dispensator plane salutis aeternae cum ceteris innumerabilibus conseruis meis sum. quod si uolens facio, mercedem habeo, si autem inuitus, tantum dispensatio mihi credita est; neque enim esse salutis illius dispensatorem per uerbum et sacramentum iam hoc est etiam esse participem. nam si per bonos

6—7 cf. p. 616, 10  10; 14; 15—16; 19—20 cf. p. 616, 11—13  21 I Cor. 9, 17

1 urguentur *F* urguenter *A*  3 nostrae uecessaria *E* nostrae necessariae *M* nostra necessaria *F*  seruitute *PE*  nam, *m. 1 supra* ł utinam *R*  4 desunt, *m. 1 supra* ł desint *R*  magna (*m. 1 supra* ł multa) carta possit *R*  5 idoneum me *R*  6 enim *om. R*  8 medicabunda, *m. 2* medicabundus (*sic!*) *M*  prece *om. M*  cotidiana, *m. 2* cotidianā *M*  10 autem *om. E*  11 penetrabilibus *PE*  12 opagosque *E*  ac] et *M*  13 non aliud me *M*  aliud] aliquid *A*  indignum *R*  14 cui] cum $P^1$  sacramentum *PE*  16 da] de (*sic!*) *E*  17 adhuc *om. M*  si *E*  19 accedat *E*  20 sunt *P* (*corr.* sum) *E*  21 abeo *E*  22 mihi dispensatio *M*  23 esse enim *M*  illius (ll *supra ras. 2 l. m. fortasse 1*) $P^1$  ac *edd.*

non dispensaretur, non recte apostolus diceret: Imitatores mei estote sicut et ego Christi. rursus si per malos non dispensaretur, non de quibusdam dominus diceret: Quae dicunt, facite, quae autem faciunt, facere nolite; dicunt enim et non faciunt. multi ergo dispensatores sunt, per quorum ministerium peruenitur ad aeternam salutem; sed quaeritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur, et inter ipsos fideles, in quorum me numero ille, qui non fallitur, computet, alius est sic alius autem sic, sicut unicuique deus partitus est mensuram fidei.

3 Itaque te, frater carissime atque dulcissime, pascat potius dominus sapientiae floribus et uiui fontis haustibus inriget. si quid autem per operulam meam religiosissimo studio tuo conferri posse arbitraris, quia et capacem te esse intellego et auidum sentio, magis in alia nostra opuscula, quae multis uoluminibus comprehenduntur, tibi animus intendendus est, quam per epistulas aliquid sperandum, quod tuum desiderium possit explere. aut certe in praesentia sume, quod potero, quam te puto tuam nobis ideo non exhibere, quia non uis; quid enim magnum est adiuuante domino, ut homo liber a cuiusquam loci munere uenias ad nos siue nobiscum diu futurus siue peracto saltem pauxillo temporis rediturus?

4 Ecce paene factum est, quod in quinque uersuum tuorum tertio posuisti, ut magis loquacem quam eloquentem haberes

1 I Cor. 11, 1; 4, 16 3 Matth. 23, 3 7 I Cor. 4, 2 9 I Cor. 7, 7 10 Rom. 12, 3 12—13 cf. p. 616, 15—16

3 qui *E* 4 facete, *corr.* facite *P* 5 enim *om. A* 7 queretur *A* 8 fidelis, *m. 1 corr.* fideles $P^1$ me *om. F* 9 computat *M* 12 te *om. EP¹ edd.* pascat, *m. 2* pascat te $P^1$ pascat te *edd.* dominus potius *M edd.* potius *om. R* 14 autem//////////////lam *E* reli|gissimo *M* 15 quia *om.* $P^1$ 16 opuscula nostra *R* 17 ītuendus *M* 18 per *om. E* 20 quan te *E* idoneo *MF* exhiberi $P^1$ nouis, *m. 2* nō|uis $P^1$ 21 liber a] libera, *m. 2* liber|a $P^1$ liberam *P* (m *del.*) *E* 22 futura, *m. 2* futur' $P^1$ 23 saltim peracta (*m. 1 corr.* peracto) *M* redditurus *MF* (*alterum* d *exp.*)

epistulam meam. quod autem in quinto atque ultimo uersu septem pedes sunt, utrum numerus tuum fefellit auditum, an experiri uoluisti, utrum ego adhuc ista diiudicare meminerim, quae forte iam obliti sunt, qui talium aliquando studiosi postea plurimum in ecclesiasticis litteris profecerunt?

Psalterium a sancto Hieronymo translatum ex Hebraeo non habeo. nos autem non interpretati sumus, sed codicum Latinorum nonnullas mendositates ex Graecis exemplaribus emendauimus. unde fortassis fecerimus aliquid commodius, quam erat, non tamen tale, quale esse debebat. nam etiam nunc, quae forte nos tunc praeterierunt, si legentes mouerint, conlatis codicibus emendamus. ita illud, quod perfectum est, tecum nos quoque requirimus.

1 atque in ultimo *R* uersus (*postr. l. m. 2 del.*) $P^1$ 2 utrum] miror utrum *a e* nescio utrum *cett. edd.* tuus, *m. 2* tuum $P^1$ 3 experire *PE* ego adhuc ego (*post.* ego *m. 1 exp.*) *M* ista adhuc *R* 4 studiosi—13 requirimus *deest in P* 5 proficerunt *MF* 7 non *in fine u. om.* $P^1$ qodicum, *m. ut uid. 1 corr.* codicum *E* 8 nonnulla mendositatis *M* ex exemplaribus grecis *M* gregis *E* 10 debeat *A* nuncq; , *m. 2* nunc ,q̃ $P^1$ 12 emendauimus (ui *m. 1 exp.*) *M* 13 quoque nos *M* requiremus *E*

## CCLXII.

DOMINAE RELIGIOSISSIMAE FILIAE ECDICIAE AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Lectis litteris reuerentiae tuae et earum perlatore interrogato, quae interroganda restabant, uehementer dolui sic te uoluisse agere cum marito, ut aedificium continentiae, quod in eo iam construi coeperat, amissa perseuerantia in adulterii ruinam miserabiliter laberetur. cum enim lugendus esset, si post continentiam uotam deo iamque actu ipso moribusque susceptam reuerteretur ad coniugis carnem, quanto magis nunc demersus in interitum profundiorem lugendus est, qui tam abrupta dissolutione moechatur iratus tibi perniciosus sibi, tamquam in te acerbius saeuiat, si ipse pereat! hoc autem tantum mali accidit, dum tu eius animum non, qua debuisti, moderatione tractasti, quia, etsi carnali consortio iam ex consensu uobis non miscebamini, in ceteris tamen rebus coniugali obsequio uiro tuo mulier seruire debuisti, praesertim cum ambo essetis membra corporis Christi. et utique, si maritum

18 Eph. 5, 30; I Cor. 6, 15 I Cor. 7, 13

*P* = cod. *Parisinus 12193 s. IX.*
$P^1$ { $P^a$ = cod. *Parisinus 12226 s. IX.*
$P^b$ = cod. *Parisinus 12226* (*iterum*) *s. IX.*
*S* = cod. *Sangallensis 174 s. IX.*
*F* = cod. *Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = cod. *Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*X* = cod. *Cheltenhamensis 12268 s. XI.*
$P^2$ = cod. *Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
$P^3$ = cod. *Parisinus 1958 s. XI.*
*R* = cod. *Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

2 *ecdiciae (h *eras.?*) $P^2$ *** (*fuitne* hec?) ecdiciae *F* ecditiae *AR* egdiciae *X* egdigiae $PP^1SP^3$ in|in (*bis*) *P* 3 salute $P^3$ 7 coeperas, *m. 2* coeperat $P^aS$ coeperas $P^b$ acceperat *A* sui iam $P^b$ (*corr.* ruinam) *S* (*m. 2?* ruinam) 9 deuotam *X* susceptum *P* 11 dimersus *A* in *in fine u. om. A* in interitu profundiore $PP^1$ (*m. 2* in interitū profundiorē) $SXP^3$ 12 abruta $P^2$ definitione *X* 13 seruiat (r *exp.*) $P^b$ 14 malum $PP^3$ (*m. 1 corr.* mali) accedit *F* qui $P^b$ 18 abeo, *m. 2* ābo $P^a$

infidelem fidelis habuisses, agere te conuersatione subdita oportuit, ut eum domino lucrareris, sicut apostoli monuerunt.

2 Omitto enim, quod ipsam continentiam illo nondum uolente non secundum sanam doctrinam te suscepisse cognoui. neque enim corporis tui debito fraudandus fuit, priusquam ad illud bonum, quod superat pudicitiam coniugalem, tuae uoluntati uoluntas quoque eius accederet, nisi forte non legeras nec audieras uel non adtenderas apostolum dicentem: Bonum est homini mulierem non tangere; propter fornicationes autem unusquisque suam uxorem habeat et unaquaeque suum uirum habeat. uxori uir debitum reddat, similiter autem et uxor uiro. uxor non habet potestatem corporis sui sed uir; similiter autem et uir non habet potestatem corporis sui sed mulier. nolite fraudare inuicem nisi ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi, et iterum ad id ipsum estote, ne uos temptet Satanas propter incontinentiam uestram. secundum haec uerba apostolica, etiam si se ipse continere uoluisset et tu noluisses, debitum tibi reddere cogeretur et illi deus inputaret continentiam, si non suae sed tuae cedens infirmitati, ne in adul-

8 I Cor. 7, 1—5

1 fidelis *om.* $PP^a$ (*m. 2 add.*) $P^bP^3$ habuisset, *m. 1 corr.* habuisses *S* conuersationem $P^a$ 3 dum, *m. 1 corr.* nondum $P^b$ uolinte, *m. 2 (?)* uolente *F* uolente* (m *eras.*) $P^3$ 4 suscipisse *F* 6 su///perat *X* 7 legares, *m. 2* legeras $P^a$ 8 dicentem apostolum $FAXP^2R$ 9 pro-p*ter $P^a$ 10 unusq; *A* uxorem suam habeat $FXP^2R$ *edd.* uxorem habeat suam *A* et *om., m. 1 add.* $P^aS$ et *om., m. 2 add.* $P^b$ 11 unaquaeque mulier suum (mulier *exp.*) $P^1$ uirum suum $FAXP^2R$ 13 habeat *A* corpori, *m. 1 corr.* corporis $P^a$ similiter—mulier *om.* *F* similiter autem et *om.* $P^2$ 14 autem *om.* *A* habeat *A* potestatem corporis sui *om.* *A* corpori, *m. 1 (?) corr.* corporis $P^a$ 15 mulier (l *in ras. m. 2*) $P^a$ fraudare, *m. 2 supra* fraudari $P^a$ 16 uaceris $P^a$ (*m. 2* uacetis) $P^b$ 17 id *om.* $P^1S$ (*m. 2 add.*) $P^2$ (*m. 1 add.*) *R* 18 intemperantiam *FAX* (*in marg. m. 2* ł incontinentiam) $P^2R$ *edd.* 19 se *om.* $PP^1$ (*m. 2 add.*) $SXP^2P^3$ noluisses] noluisset, *m. 1 corr.* noluisses $P^b$ 21 nec *FA* adulteri, *m. 1 corr.* adulterii *F*

terii damnabile flagitium caderes, maritalem tibi concubitum non negaret; quanto magis te, quam magis subiectam esse decuerat, ne ipse quoque in adulterium diabolica temptatione traheretur, in reddendo huius modi debito uoluntati eius obtemperare conuenerat, cum tibi uoluntatem continendi acceptaret deus, quia propterea non faceres, ne periret maritus!

3 Sed hoc, ut dixi, omitto, quoniam postea tibi nolenti sibi ad reddenda coniugalia debita consentire ad eadem continentiae pacta ipse consensit et tecum continentissime diu uixit suoque consensu a peccato illo, quo ei debitum carnis negabas, ipse te absoluit. non ergo iam in tua causa ista uertitur quaestio, utrum redire debeas ad concubitum uiri. quod enim deo pari consensu ambo uoueratis, perseueranter usque in finem reddere ambo debuistis, a quo proposito si lapsus est ille, tu saltem constantissime perseuera. quod te non exhortarer, nisi quia tibi ad hoc ipse consenserat. nam si numquam tenuisses eius adsensum, numerus te nullus defendisset annorum, sed post quantum libet tempus me consuluisses, nihil tibi aliud responderem, nisi quod ait apostolus: Uxor non habet potestatem

19 I Cor. 7, 4

1 cederes *A* maritale $PP^bP^3$ miritale (*sic!*), *m. 2* maritalē $P^a$ 3 decuerat *ras. ex* detuerat *P* temitatione (*pr.* i *exp.*) $P^b$ 4 modi *om., m. 1 add. X* 5 continenda, *m. 2* continendi $P^a$ acceperat, *m. 2* acceptaret $P^a$ 6 dō *X* *pro* non *ras. 2—3 l. P* non *om.* $P^2$ faceres (s *in ras. m. 3*) *X* ne] neque *P* (que *eras.*) $P^a$ (que *m. 1 exp.*) $P^bS$ (*m. 2* ne qua) $P^3$ periret (et *in ras. m. 3*) *X* 7 tibi, *m. 2* te $P^b$ tibi *m. 2 et deinceps uacuum spatium X* nolenti, *m. 2* nolente $P^b$ nolenti* *F* 8 consentere, *m. 1 corr.* consentire $P^a$ 9 di, *m. 1 corr.* diu $P^a$ 11 iam *om.* $PP^aP^b$ (*m. 2 add.*) $SP^3$ uertur, *m. 2* uertitur $P^a$ 12 redere, *corr.* redire $P^2$ uiri, *m. 2* uiri tui *X* patri $P^a$ (t *ras. uid.*) $P^b$ 13 uouer*atis (h *eras.?*) $P^a$ uoueratis *sed* is *in ras.* (*m. 1 ?*) $P^b$ reddere *om., s. u. post* ambo *m. 2 add. X* 14 debuis, *m. 2* debuistis $P^b$ preposito, *m. 2* proposito $P^a$ 15 quod] quo $P^aP^b$ (*m. 2* quod) *S* quia///tibi (*ras. 1—2 l.*) $P^2$ 17 sed, *m. 2* sed etsi $P^3$ sed etsi *P* post *om., m. 1 add.* $P^a$ 18 consiluisses *A* responderem (rem *ex corr. m. 2*) $P^b$

corporis sui sed uir. de qua potestate sic tibi iam permiserat continentiam, ut eam tecum et ipse susciperet.

4 Sed illud est, quod minus te obseruasse contristor, quia tanto humilius et oboedientius ei obsequi in domestica conuersatione debuisti, quanto ille religiosius tibi rem tam magnam etiam imitando concesserat. non enim, quia pariter temperabatis a commixtione carnali, ideo tuus maritus esse destiterat; immo uero tanto sanctius inter uos coniuges manebatis, quanto sanctiora concorditer placita seruabatis. nihil ergo de tua ueste, nihil de auro uel argento uel quacumque pecunia, rebus ullis terrenis tuis sine arbitrio eius facere debuisti, ne scandalizares hominem, qui deo tecum maiora uouerat et ab eo, quod de tua carne licita potestate posset exigere, se continenter abstinuerat.

5 Denique factum est, ut uinculum continentiae, quo se dilectus innexuerat, contemptus abrumperet et iratus tibi non parceret sibi. sicut enim mihi rettulit perlator epistulae tuae, cum cognouisset, quod omnia uel paene omnia, quae habebas, nescio quibus duobus transeuntibus monachis tamquam pauperi-

1 promiserat $PP^3$ 2 eum $F$ et *om.* $PP^1$ (*m. 2 add.*) $SXP^3$ 3 te minus $P^2$ con*tristor $P^a$ 4 ei] et $FA$ 5 debuisti* $P^a$ illo $FA$ religiosus, *m. 1 corr.* religiosius $P^b$ tam *om.* $PP^a$ (*m. 2 add.*) $P^bSXP^2P^3$ 6 mittendo $A$ conceserat, *m. 1 corr.* concesserat $P^b$ consenserat $P$ qui, *m. 1 corr.* quia $F$ 7 tutus $P$ 8 im, *m. 1 corr.* immo $P^b$ tanto *om.* $PP^1$ (*m. 2 add.*) $S$ (*m. 1 ? add.*) $P^3$ 9 placita *om.*, *m. 2 add.* $X$ 10 de tuo auro *edd.* quamcumque pecuniam $PP^a$ (*utrumque* m *eras.*) $P^b$ (*utrumque* m *m. 2 del.*) $S$ (*m. 2* quacumque pecunia in) $P^3$ 11 rebus] aut rebus *edd.* illis, *m. 2* ullis $P^1X$ illis $PSP^3$ tuis *om.* $PP^aP^b$ (*m. 2 add.*) $SP^3$ 12 homines (s *eraso m. 2* hominẽ) $P^a$ 13 carne tua *signis m. 1 corr.* $P^2$ carnc] carnali nc $F$ carnale ne $A$ exire, *m. 1 corr.* exigcre $P^b$ se continenter abstulerat $PP^1XP^3$ continenter abstulerat (se *om.*) $FAR$ *a* continentur (*corr.* continenter) abstulerat $S$ continebat $P^2$ continenter abstinuerat *celt. edd.* 15 dilectus] dilectus ille *f l r m* 16 contempus $P^a$ (*m. 1 corr.* contemptus) $P^b$ abrumpere $F$ parcebat $X$ 17 mihi *om.* $PP^a$ (*m. 2 add.*) $P^bSP^3$ 18 omnia uel *om.* $P^aP^b$ (*m. 2 add.*) $S$ uel *om.* $PP^3$ omnia *eras.* $P$

bus eroganda donaueris, tunc ille detestans eos tecum et non dei seruos sed domus alienae penetratores et tuos captiuatores et depraedatores putans tam sanctam sarcinam, quam tecum subierat, indignatus abiecit. infirmus enim erat et ideo tibi, quae in communi proposito fortior uidebaris, non erat praesumptione turbandus sed dilectione portandus, quia, etiamsi ad ipsas elemosynas largius faciendas forte pigrius mouebatur, posset et ista condiscere, si tuis inopinatis non feriretur expensis, sed expectatis inuitaretur obsequiis, ut etiam hoc, quod temere sola fecisti, multo consultius dilectione concordi multoque ordinatius et honestius ambo faceretis nec blasphemarentur serui dei, si tamen hoc fuerunt, qui marito absente atque nesciente ab ignota muliere et aliena uxore tanta sumpserunt, et laudaretur deus in operibus uestris, quorum esset tam fida societas, ut a uobis communiter teneretur non solum summa castitas uerum etiam gloriosa paupertas.

6 Nunc autem inconsiderata festinatione adtende quid feceris. ut enim de illis monachis, a quibus te ipse non aedificatam sed spoliatam esse conqueritur, ego bene sentiam nec homini prae ira turbatum oculum habenti contra dei fortasse famulos

1 erogando *F* 2 seruos (o *ex corr. m. 1; fuitne* u *?*) *X* domos $PP^3$ penetrantes, *m. 2* penetratores *X* tuo, *m. 2* tui *P* 4 subiecerat (ec *m. 2 exp.*) $P^b$ infirmior *X* 5 in *om.*, *m. 1 add.* $P^b$ proposito *om. R* 6 sed dilectione portandus *om.* $FAP^2R$ delectione, *m. 1 corr.* dilectione *X* si etiam *R* 8 condiscere *ras.* (*ex* condisceret *?*) *S* sit uis, *corr.* si tuis $P^b$ 9 expecta*tis (n *eras.*) *X* ut] et $PP^3$ (e *ex corr. m. 1*) a&i, *m. 2* etiam $P^a$ hoc] id $P^2$ quo, *m. 2* quod $P^a$ 10 dilectioni tuae concordi $PP^3$ 11 honestius et ordinatius $P^2$ ordinatus, *m. 1 corr.* ordinatius $P^a$ faceritis (*sic!*) *A* ne $P^1SP^2P^3$ (*m. 1 ? corr.* nec) blasphemaretur, *m. 2* blasphemarentur $P^a$ 13 nesciente et ab ignota *FA* aliena, *m. 2* ab aliena $P^a$ ab aliena *f l r m* 14 laudatur *FA* tam] tanta $PP^aP^b$ (*m. 2* tam) *S* (*m. 1 ? corr.* tantum) $P^3$ fida** (& *aut* ei *fuisse uid.*) $P^b$ fidei $P^a$ 16 caritas $PP^3$ 17 quod $P^a$ (*m. 1 ? corr.* quid) $P^b$ (*m. 2* quid) *S* (*m. 1 corr.* quid) 18 te] a te *P* aedificatum, *m. 2* aedificatam $P^a$ 19 sed spoliatam *om. A* conqueritur esse *X* conqueretur *F* bene *om.*, *m. 1 add.* $P^a$ sen***tiam $P^a$

facile consentiam, numquid tantum bonum est, quod pauperum carnem largioribus elemosynis refecisti, quantum malum est, quod uiri tui mentem a tam bono proposito subruisti? an cuiusquam tibi temporalis salus carior esse debuerat quam huius aeterna? nonne, si ampliorem misericordiam cogitans ideo pauperibus res tuas erogare differres, ne scandalizatus maritus tuus deo periret, uberiores tibi deus elemosynas inputaret? proinde, si recolis, quid adquisiueras, quando lucrata fueras uirum tuum, ut tecum Christo sanctiore castitate seruiret, intellege, per illas elemosynas tuas, quibus cor eius euersum est, quanto grauiore damno percussa fueris, quam sunt illa lucra, quae caelestia cogitabas. si enim habet ibi magnum locum panis fractus esurienti, quantum locum ibi credenda est habere misericordia, qua homo eripitur diabolo tamquam leoni rugienti et, quem deuoret, inquirenti!

7 Neque hoc ita dicimus, ut, si quisquam scandalizatus fuerit de bonis operibus nostris, ab eis desistendum putemus; sed alia causa est alienarum alia necessariarum in societate aliqua personarum, alia fidelis alia infidelis, alia parentum erga filios alia filiorum erga parentes, alia postremo ea, quae in his rebus uel maxime intuenda est, uiri et uxoris, ubi mulierem coniugatam non licet dicere: 'Facio, quod uolo, de meo', cum et

13 Es. 58, 7 14 I Petr. 5, 8

1 consententiam (ten *m. 2 del.*) $P^a$ 2 largioribus epulis ł elemosinis *X* 3 subripuisti $PP^1SP^3$ 4 cariores se *m. 2 corr. A* 5 non///ne *F* 6 differes, *m. 2* differres $P^a$ 7 pariret, *m. 2* pæriret $P^a$ deus tibi $PP^1SP^3$ elemosina, *m. 2* elemosinas *X* conputaret *P* computaret $P^aP^b$ (*m. 2* imputaret) $SXP^3$ 8 si *om. X* adquisieras $P^1SXP^3$ 9 sanctiore, *m. 2* sanctiori *P* 10 intelleges, *m. 3* intellegis *X* illam, *m. 1 corr.* illas $P^b$ 11 grauiore, *m. 2* grauiori *P* grauiori *F* 12 ibi habet *R* 13 ibi] mihi $PP^a$ (*corr.* ibi) $P^b$ (*m. 2* ibi) *S* (*m. 1 ? corr.* inibi) $P^3$ 14 *ante* diabolo *s. u. m. 1 (?) add.* a $P^3$ a diabolo *PFX* 15 leone rugiente *F* deuoret] deuoret et *A* inquirente *F* 17 ab eis *om. R* 18 alienorum $P^a$ (*corr.* alienarum) $P^b$ (*m. 2* alienarum) $SP^3$ necessarium $P^a$ (*m. 1 corr.* necessariarum) $P^b$ 20 in *om. X* 21 uxores, *m. 1 (?) corr.* uxoris $P^a$ mulierem (em *ex corr. m. 1; fuitne* is *??*) *F* 22 facio] facere *P* de meo *om., m. 1 (?) add.* $P^b$

ipsa non sit sua sed capitis sui, hoc est uiri sui. nam sic quaedam, ut commemorat apostolus Petrus, mulieres sanctae, quae in deum sperabant, ornabant se subiectae suis uiris, sicut Sarra obsequebatur Abrahae dominum eum uocans, cuius, inquit, factae estis filiae, cum ad Christianas, non ad Iudaeas feminas loqueretur.

8 Quid autem mirum, si pater communem filium nolebat huius uitae sustentaculis a matre nudari ignorans, quid sectaturus esset, cum in aetate grandiuscula esse coepisset, utrum monachi professionem an ecclesiasticum ministerium an coniugalis necessitudinis uinculum? quamuis enim ad meliora excitandi et erudiendi sint filii sanctorum, unusquisque tamen proprium donum habet a deo alius sic alius autem sic, nisi forte talia prospiciens et praecauens reprehendendus est pater, cum beatus apostolus dicat: Quisquis autem suis et maxime domesticis non prouidet, fidem denegat et est infideli deterior. cum uero de faciendis ipsis elemosynis loqueretur, ait: Non ut aliis refectio, uobis autem angustia. pariter ergo consilium de omnibus haberetis, pariter moderaremini, quid thesaurizandum esset in caelo, quid ad uitae

1 Eph. 5, 23  I Petr. 3, 5—6  4 Gen. 18, 12  12 I Cor. 7, 7  15 I Tim. 5, 8  18 II Cor. 8, 13

1 sic] sic *ras. et corr. ex* sit $P$  2 ut *m. 2 exp.* $P^a$  petrum, *m. 1 corr.* petrus $P$.  3 honorabant, *ras. et corr. m. 2* ornabant $P$ honorabant, *sed* nora *in ras.* (*m. 1 ?*) $P^3$  4 uiris suis $PP^aSXP^2P^3$ uiri (*m. 1 corr.* uiris) suis $P^b$  saraa $X$  5 inquit] uos $PP^a$ (*m. 2 s. u. add.* inquit) $P^bSP^3$  6 feminas *om.* $R$  7 patrem $A$  eius $PP^1S$ (*m. 2* huius) $P^3$  8 a mare $P^a$ (*m. 1 corr.* a matre) $P^3$ a mare, *m. 2* a matre $P^bS$  9 esse, *m. 2* esset $P$  in *om., m. 1 add.* $P^a$  10 ministrū, *m. 2* ministeriū $X$  an] a $F$  necessi**tudinis (ta· *eras. ?*) $P^a$  11 excitadi, *m. 2* excitandi $P$ exci*tandi (*fuit* d) $P^a$  et erudiendi sunt (*m. 1 corr.* sint) $A$ et erudienda (*m. 1 corr.* erudiendi) sint $R$ sunt et erudiendi $PP^a$ (*m. 2 ?* sint *pro* sunt) $P^bSP^3$  12 tamen *om.* $PP^a$ (*m. 2 add.*) $P^bSP^3$  13 autem] uero $PP^1SP^3$ *sec. Vulg.*  nisi* $P^a$  14 talia] et talia $X$ alia $F$ (*m. 1 corr.* talia) $A$  16 negat $PP^1SXP^3$ *sec. Vulg.*  18 refectio, *m. 3* sit refectio $X$ sit refectio $PP^1SP^3$ *sec. Vulg.* refectio sit *edd.*  angustia* (e *eras. ?*) $P$  19 de omnibus consilium $PP^1SP^3$  modera////mini (re *eras. uid.*) quid $P^a$ moderamini quid $A$ moderamen iniquid $F$  20 esset] uobis esset $P^2$

huius sufficientiam uobis et uestris uestroque filio relinquendum, ne aliis esset refectio, uobis autem angustia. et in his disponendis atque faciendis si quid tibi forte melius uideretur, suggereres uiro reuerenter eiusdemque auctoritatem tamquam tui capitis sequereris oboedienter, ut omnes, qui sanum sapiunt, ad quos posset hoc bonum uestrum fama perferre, de domus uestrae fructu ac pace gauderent et aduersarius reuereretur nihil habens de uobis dicere praui.

9 Porro si de faciendis elemosynis et in pauperes inpendendis rebus tuis, de quo bono opere et magno tam euidentia praecepta sunt domini, cum uiro tuo fideli et tecum sancta continentiae pacta seruante consilium communicare deberes eiusdemque non spernere uoluntatem, quanto magis de habitu atque uestitu nihil tibi praeter eius arbitrium mutandum uel usurpandum fuit, unde nihil diuinitus legimus imperatum! scriptum est quidem mulieres esse debere in habitu ordinato aurique circumpositio et intortio crinium et cetera huius modi, quae uel ad inanem pompam uel ad inlecebram formae adhiberi solent, merito reprehensa sunt. sed est quidam pro modulo personae habitus matronalis a uiduali ueste distinctus, qui potest fidelibus coniugatis salua religionis obseruantia conuenire. hunc

2 II Cor. 8, 13  15 I Tim. 2, 9; I Petr. 3, 3

2 ne] in *F*  refectio esset *A*  autem *om.* *FAXP²R*  4 sugere///res (*ras. 1—2 l.*) *Pᵃ* suggeres, *m. 1 corr.* suggereres *S* suggerere, *m. 3* suggerere deberes *X*  eius hoc bonum (*om.* demque—posset) *A*  6 capiunt *PᵃPᵇ* (*m. 2* sapiunt)  uestram famam perferre *Pᵃ* (*utrumque* m *eras.*) *Pᵇ* (*m. 2* uestrum fama perferre) *SP³* (*m. 2* uestrae famae perferri) uestrae famae perferri *P*  8 reuerteretur *PᵇA*  parui, *m. 2* praui *Pᵃ*  9 in pauperes] pauperis (*om.* in) *F* pauperibus *AP²*  inpendis//// (*fuitne* se?) *A*  10 rebus tuis *om.* *Pᵃ* (*m. 2 add.*) *Pᵇ*  11 sanctę *P²*  12 eiusdemque—uoluntatem *om.* *P²*  16 debere, *m. 2* non debere *P¹*  ornato *FA edd. sec. Vulg.; Gr.* κοσμίῳ  circumpositio et intortio, *m. 2* circumpositione et intortione *P¹*  circumposito *A*  17 crinum, *m. 2* crinium *PPᵃ* crinum *PᵇP³*  uel *om.* *P²*  18 ad *om.* *P*  ad *om.* *P*  |haberi *P²*  19 ///est (*ras. 1—2 l.*) *P*  20 a* (c *eras.*) uiduali *R* uiduali a uiduali *F*  potest] p̊ *R*  21 regionis, *m. 1 corr.* religionis *Pᵇ*  conuenire potest hunc *R*

te maritus si deponere noluit, ne te uelut uiduam illo uiuente iactares, puto, quia non fuerat in hac re usque ad dissensionis scandalum perducendus magis inoboedientiae malo quam ullius abstinentiae bono. quid est enim absurdius quam mulierem de humili ueste uiro superbire, cui te potius expediret obtemperare candidis moribus quam nigellis uestibus repugnare, quia, etsi te indumentum monachae delectabat, etiam hoc gratius posset marito obseruato exoratoque sumi quam illo inconsulto contemptoque praesumi? quod si omnino non sineret, quid tuo proposito deperiret? absit, ut hinc displiceres deo, quod coniuge tuo nondum defuncto non indueреris sicut Anna sed sicut Susanna.

10 Neque enim et ille, qui tecum iam coeperat custodire tam magnum continentiae bonum, etiamsi coniugale non uiduale uoluisset ut acciperes indumentum, ad indecentem quoque te compulisset ornatum, quo etsi aliqua dura condicione cogereris, posses habere in superbo cultu cor humile. nempe apud patres Esther illa regina deum timens, deum colens, deo subdita marito regi alienigenae non eundem secum colenti deum tamen subiecta seruiebat. quae cum extremo periculo non suo tantum sed etiam gentis suae, qui tunc erat populus dei, domino prosterneretur orando, in ipsa oratione sua dixit ita

22 Esth. 14, 16

1 ne* (c *eras. uid.*) *X* uelut *om.* $PP^3$ 2 re usque] reus qui *F* discensionis *X* 4 illius $P^1SXP^3$ enim est $FAXP^2R$ *edd.* quem, *m. 2* quam *P* 5 ueste (*postr. l. in ras. m. 2*) $P^b$ uiro, *ras.* uiri $P^3$ uiri *P* expedire, *m. 2* expediret $PP^1S$ expedire $P^3$ 7 monachi *F* 8 posset gratius $PP^1SP^2P^3$ exorato quae, *m. 2* exoratoq. $P^a$ exuratoque *F* sumi—contemptoque *om.* $PP^aP^b$ (*m. 2 add.*) $SP^3$ 10 suo, *m. 1 corr.* tuo *R* deperet *F* deberet *A* displiceris *F* 11 *tuo (d *eras.*) $P^a$ indueris *X* indueres *FA* induereres *R* id uere|ris *P* 12 sed *om., s. u. m. 2 add. X* 14 bonum|iugale (*om.* etiamsi con), *m. 2* bonum|si iugale *X* cutiugale, *m. 2* coniugale $P^b$ 16 quod etsi *R* quod et, *m. 1 corr.* quod etsi *A* quod si et *X* congereris (n *eras.*) *P* 17 superbi $P^b$ subi, *m. 2* supbo $P^a$ superbiae *S* 18 deum *ante* timens *exp. F* dnm (n *exp.*) colens $P^b$ dnm colens $P^a$ deo *om. A* deum *F* 20 cum in extremo *m* 21 qui, *m. 2* quę *P* 22 sua *om.* $PP^a$ (*m. 2 add.*) $P^bSXP^3$

sibi esse ornatum regium sicut pannum menstrualem; et ita orantem confestim exaudiuit, qui c o r d i s i n s p e c t o r eam uerum dicere sciuit. et utique maritum habebat multarum mulierum uirum et deorum alienorum falsorumque cultorem. tu autem, si et ille in proposito, quod tecum susceperat, perduraret nec a te offensus in flagitium corruisset, maritum habebas non solum fidelem et uerum deum tecum colentem sed etiam continentem, qui procul dubio propositi uestri non inmemor, etsi te ad coniugalia cogeret indumenta, ad superba tamen ornamenta non cogeret.

11 Haec tibi scripsi, quoniam me consulendum putasti, non ut tuum rectum institutum sermone meo frangerem, sed quod te inordinate et incaute agente uiri tui factum dolerem. de cuius reparatione debes uehementissime cogitare, si uere ad Christum uis pertinere. indue itaque humilitatem mentis et, ut te deus conseruet perseuerantem, noli maritum contemnere pereuntem. funde pro illo pias et assiduas orationes, sacrifica lacrimas tamquam uulnerati sanguinem cordis et scribe ad eum satisfactionem petens ueniam, quia in eum peccasti, quod praeter eius consilium et uoluntatem de rebus tuis fecisti, quod faciendum putasti, non ut te paeniteat tribuisse pauperibus sed eum boni tui operis participem et moderatorem habere noluisse.

2 Prou. 24, 12

1 pannem $P^a$ (*m. 2* pannum) $P^bS$ (*m. 1 corr.* pannum) 2 orante *X* 3 uerom, *m. 1 corr.* uerum $P^a$ 4 mulierum] gentium *R* 5 si et] et si *A* in *ras. ex* im *P* im $P^bSP^3$ 6 perduraret, *m. 2* perdurasset $P^3$ perdurasset *P* fragitium, *m. 2* flagitium $P^a$ 8 proposito, *m. 2* propositi $P^a$ proposi, *m. 2* propositi $P^b$ 9 ad coniugalia te *edd.* cogerat, *m. 2* cogeret *P* indumenta—cogeret *om., in inf. marg. m. 2 add.* $P^a$ 12 meo sermone *R* 13 fractum (r *eras.*) *X* dolorem $P^1$ (*m. 2* dolerem) *S* (*m. 1 corr.* dolerem) *F* 14 reperatione, *m. 2* reparatione *P* uehentissimc *P* 15 ius *A* peruenire $PP^1SP^3$ deus te $PP^1SP^3$ 16 perseuerentem, *m. 1 corr.* perseuerantem *P* 18 lamas, *m. 2* lambas *P* uulnera*ti *P* uulneranti $P^a$ (*post.* n *m. 1 exp.*) $P^bS$ (*post.* n *del.*) $P^3$ 20 ac $P^2$ 21 tribuisse (*pr.* s *m. 1 in ras., ubi fuit* sti) $P^a$ *pro* cum *ras. 1—2 l. P* 22 tui boni *f l r m* operis tui $P^2$

promitte de cetero in adiutorio domini, si et illum suae turpitudinis paenituerit et continentiam, quam deseruit, repetiuerit, te illi, sicut decet, in omnibus seruituram, *n e f o r t e*, ut ait apostolus, *d e t i l l i d e u s p a e n i t e n t i a m e t r e s i p i s c a t d e d i a b o l i l a q u e i s, a q u o c a p t i u u s t e n e t u r s e c u n d u m i p s i u s u o l u n t a t e m*. filium autem uestrum, quoniam de legitimis eum et honestis nuptiis suscepisti, magis in patris quam in tua esse potestate quis nesciat? et ideo ei negari non potest, ubicumque illum esse cognouerit et iure poposcerit; ac per hoc, ut secundum tuam uoluntatem in dei possit nutriri et erudiri sapientia, necessaria illi est etiam uestra concordia.

## CCLXIII.

### DOMINAE RELIGIOSISSIMAE ET SANCTAE FILIAE SAPIDAE AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Accepi, quod de iustis et piis laboribus manuum tuarum me accipere uoluisti, ne te grauius contristarem, quam potius consolandam uiderem, praesertim quia hoc ipsum tuum non

3 II Tim. 2, 25—26

1 promit///te (*ras. 1—2 l.*) $P^a$ 2 repeti*erit (u *eras.*) $P^3$ repetierit *P* 3 te] et|, *quo eraso m. 3 add.* te *X* decet et in $P^1S$ (*m. 1?* et *del*) seruiturum *FA* 4 illis *sec. sacr. litt.* $P^1$ (s *exp.*) *S* (s *m. 1 del.*) $P^3$ (s *eras.*) et] ut $PP^3$ resipiscant *sec. sacr. litt.* $P^a$ (n *exp.*) $P^b$ (u *m. 2 del.*) *S* (n *m. 1 del.*) $P^3$ (*m. 2?* resipiscat) de] a $PP^1SP^3$ *sec. Vulg.* 6 diligimus, *m. 2* de legitimis $P^a$ 7 cum $P^b$ suscepistis $P^b$ (*postr. l. exp.*) $P^2$ *m* 8 uoluntate $P^2$ ei *om.* $PP^1$ (*m. 2 add.*) $SP^3$ negare *F* 9 cognouerit—uoluntatem *in uertendo u. om. P* et iure poposcerit, *m. 2* ex iure reposcit *S* 10 ut *om.*, *m. 3 post* uoluntatem *add. X* tuam *om.* $P^a$ (*m. 2 add.*) $P^bSP^3$ in *om.* $P^a$ (*m. 2 add.*) $P^bS$ 11 est* illi $P^2$ *edd.* uestra* concordia* *P*

*V = cod. Vaticanus. 495 s. XV.*
*U = cod. Vaticanus 499 s. XV.*

*Louanienses hanc epistulam in Vaticanis exemplaribus repertam primi ediderunt.*

17 non] nō non *U*

paruum deputasti esse solacium, si eam, quam germano tuo sancto dei ministro feceras tunicam, ego indueret, cum iam a terra morientium recedens nullis rebus corruptibilibus indigeret. feci ergo, quod desiderasti, et, qualecumque hoc existimaueris uel quantulumcumque solacium, tuo erga fratrem pectori non negaui. missam abs te tunicam accepi et, quando haec ad te scripsi, ea me uestire iam coeperam. bono animo esto; sed multo melioribus multoque maioribus consolationibus utere, ut nubilum tui cordis humana infirmitate contractum serenetur auctoritate diuina, et perseueranter ita uiue, ut cum fratre uiuas, quoniam sic mortuus est tuus frater, ut uiuat.

2 Est quidem materies lacrimarum, quod germanum dilectorem tuum teque plurimum pro tua uita et sacrae uirginitatis professione reuerentem diaconum Carthaginensis ecclesiae non uides, sicut solebas, intrantem et exeuntem et in sui ecclesiastici officii strenuitate uersantem et honorifica illa ab eo uerba non audis, quae tuae germanitatis sanctitati morigero, pio et officioso inpendebat affectu. haec cum cogitantur et consuetudinis uiolentia requiritur, cor pungitur et tamquam sanguis cordis fletus exoritur. sed sursum sit cor et sicci erunt oculi. neque enim, quia ista, quae tibi maeres esse subtracta, suo temporali cursu praeterierunt, ideo periit illa caritas, qua Timotheus Sapidam dilexit et diligit; manet illa seruata in thesauro suo et abscondita est cum Christo in domino. qui diligunt aurum, numquid perdunt, quando recondunt? nonne tunc de illo, quantum fieri potest, securiores fiunt, cum remotum a suis oculis loculis tutioribus seruant? itane uero terrena cupiditas munitius se habere putat, si non uideat id, quod amat, et caelestis caritas dolet, tamquam amiserit, quod in horrea superna praemiserit? Sapida quod uocaris, adtende et, quae sursum sunt, sape, ubi Christus est ad dexteram

24; 30 Col. 3, 3; 2; 1

7 ea me] eam me *VU* 21 meres *VU* 27 loculis *om. U* (*in marg. add.*) *V* (*in marg. m. 2* locis) locis *edd.* 28 munitius] minus tute, *m. 2* non minus tute *V*

dei sedens, qui pro nobis dignatus est mori, ut uiueremus et mortui et ne mors ipsa ab homine tamquam consumptura hominem timeretur nec mortuorum quisquam, pro quibus uita mortua est, tamquam uitam perdiderit, doleretur. haec atque huius modi tua sint diuina solacia, quibus erubescat et cedat humana tristitia.

3 Non quidem suscensendum est de caris mortuis dolori mortalium, sed diuturnus dolor non debet esse fidelium. si ergo contristata es, iam sit satis nec sic contristeris quem ad modum gentes, quae spem non habent. non enim contristari prohibuit apostolus, cum hoc diceret, sed sic contristari quem ad modum gentes, quae spem non habent. nam et Martha et Maria, piae sorores et fideles, resurrecturum suum fratrem Lazarum flebant, quamuis eum tunc ad hanc uitam rediturum esse nescirent; et ipse dominus eundem, quem fuerat resuscitaturus, Lazarum fleuit; nimirum, ut fleamus etiam nos eos mortuos, quos ad ueram uitam resurrecturos credimus, etsi non iussit praecepto, concessit exemplo. nec frustra scriptura dicit in libro ecclesiastico: In mortuo produc lacrimas et quasi dira perpessus incipe lamentationem; sed paulo post ait: Et consolare propter tristitiam; a tristitia enim procedit mors et tristitia cordis flectet fortitudinem.

4 Frater tuus, filia, mente uiuit, carne dormit. numquid, qui dormit, non adiciet, ut resurgat? deus, qui spiritum eius iam suscepit, restituet ei corpus suum, quod non perdendum abstulit, sed reddendum distulit. nulla est igitur causa tristitiae diuturnae, quia potior est causa laetitiae sempiternae, quando quidem germani tui nec pars ipsa mortalis, quae in

9; 12 I Thess. 4, 12 13 Ioh. 11, 19; 33 15 Ioh. 11, 35 19 Eccli. 38, 16 21 Eccli. 38, 17; 19 24 Ps. 40, 9

1 dei *om., in marg. m. 2 add. V* 2 et (*ante* mortui), *m. 2* etiam *V* etiam *edd.* 10 non enim—non habent *om. VU* (*in marg. add.*) *lsr* 11 apostolus] Paulus apostolus *m* 17 nos *om. V*

terra sepulta est, tibi peribit, in qua tibi praesentabatur, per quam te adloquebatur tecumque conloquebatur, ex qua promebat uocem sic tuis auribus notam, quem ad modum faciem tuis oculis offerebat, ita ut, ubicumque sonuisset, etiam non uisus soleret agnosci. haec enim uiuorum sensibus subtrahuntur, ut dolorem faciat absentia mortuorum. sed quando nec ipsa in aeternum peribunt, ubi capillus capitis non peribit, et ad tempus deposita sic recipientur, ut numquam ulterius deponantur, sed in melius demutata firmentur, profecto maior est causa gratulationis in spe inaestimabilis aeternitatis quam causa maeroris in re breuissimi temporis. hanc spem non habent gentes nescientes scripturas neque uirtutem dei, qui potest perdita reparare et uiuificare mortua et redintegrare corrupta et separata iterum iungere et corrupta atque finita deinceps sine fine seruare. haec facturum se esse promisit, qui ex his fidem fecit, quae iam promissa perfecit; haec tecum sermocinetur fides tua, quoniam non fraudabitur spes tua, etsi nunc differatur caritas tua; haec meditare, his uberius et uerius consolare. si enim, quia uestior, quoniam ille non potuit, ea ueste, quam fratri texueras, te aliquid consolatur, quanto debes amplius et certius consolari, quia, cui fuerat praeparata, incorruptibili indumento nulla egens corruptione atque inmortalitate uestitur!

7 Luc. 21, 18 12 Matth. 22, 29; Marc. 12, 24

1 presentabatur (*post.* a *in ras. m. 2*) *V* presentabitur *U* 7 *ante* peribunt *in marg. m. 2 add.* corpora *V* corpora peribunt *edd.* ubi] ut *r* uti *m* capillus capitis non] nec capillus capitis *Um* 10 inextimabilis *VU* 13 *post* perdita *parua ras. U* 22 incorruptibili] tunc incorruptibili *m* nullo *m* incorruptione *m* 23 uestietur *Um*

## CCLXIV.

HONORABILI ET EXIMIAE ATQUE IN MEMBRIS CHRISTI LAUDABILI FAMULAE DEI MAXIMAE AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Quantum nos tuum studium sanctum laetificat, tantum rursus contristat, quod per errores noxios et perniciosissimos prouinciam uestram nimium periclitari significas. sed quia ista futura praedicta sunt, mirandum non est, quod exsurgant, sed uigilandum, ne noceant. haec autem deus liberator noster exsurgere non permitteret, nisi sanctis eius etiam per huius modi temptationes erudiri expediret. comparant sibi quidem illi sua uoluntate peruersa et praesentis meritum caecitatis et futuri aeterni supplicii, si per contumaciam indociles fuerint seque, cum in hac uita sunt, corrigere atque emendare neglexerint. uerum tamen, sicut ipsi male utuntur bonis dei, qui facit solem suum oriri super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos, qui eos per patientiam suam ad paenitentiam uocat, cum thesaurizant sibi iram in die irae et reuelationis iusti iudicii dei, sicut ergo ipsi benignitate et patientia, id est bonis dei male utuntur, dum non corriguntur, sic contra deus etiam malis eorum bene utitur non solum ad iustitiam suam, quae his digna in fine retribuet, sed etiam ad exercitationem et prouectum sanctorum suorum, ut ex ipsa

15 Matth. 5, 45 17 Rom. 2, 4—5

*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P*[1] = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

2 adque *P* 5 studium sanctum tuum *R* rursus tantum *M* 6 et] sed *A* prouinciarum uestrarum *M* 7 periclitare *M* praedicta sunt ista futura *R* 9 ne *om., m. 2 add. P* 11 illa *MFA* 15 dei *om. A* qui *om., m. 1 add. P* 22 qua/// (*parua ras.*) eis *P* qua eis *flrm* retribuet in fine *M* 23 profectum *M*

etiam malorum peruersitate boni proficiant et probentur et manifestentur, sicut apostolus ait: Oportet et haereses esse, ut probati manifesti fiant inter uos.

2 Nam si nullus etiam malorum bonus usus esset deo ad utilitatem electorum suorum, qui etiam de malo Iudae tantum bonum nobis praestitit, ut Christi sanguine redimeremur, poterat eos aut nasci non permittere, quos malos futuros esse praesciebat, aut in ipso eorum initio malignitatis extinguere. sed tantum eos esse permittit, quantum nouit expedire atque sufficere admonendae atque exercendae sanctae domui suae. ideo nostram de illis tristitiam consolatur, quia et ipsa tristitia, quam pro illis habemus, nos releuat, illos autem in sua peruersitate perseuerantes grauat. gaudium uero, quod percipimus, quando aliqui ex eis correcti in melius commutantur et sanctorum societati copulantur, nulli gaudio in hac uita comparari potest. propterea scriptum est: Fili, si sapiens fueris, tibi sapiens eris et proximis tuis; si autem malus euaseris, solus hauries mala, quia, cum gaudemus de fidelibus et iustis, et illis et nobis prodest bonum eorum, cum autem contristamur de infidelibus et iniquis, illis solis nocet et eorum malitia et nostra tristitia; nos autem etiam hoc plurimum adiuuat apud deum, quod pro eis misericorditer contristamur et pro ipsa tristitia congemescimus et oramus. unde, honorabilis et in Christo laudabilis famula dei, et maestitiam tuam de talibus et uigilantiam atque cautelam contra tales, quam tuis litteris expressisti, multum adprobo et laudo

2 I Cor. 11, 19 16 Prou. 9, 12 sec. Septuag.

1 peruersitate malorum *M* proficeant, *corr.* proficiant *M* 2 ait] dicit *MFAP*$^1$*R* et *om. MFAP*$^1$*R edd.* 4 ad | ulitatem *M* 5 electorum] sanctorum *R* 8 eorum, *m. 2* eos *P* 9 esse *om. R* permittit esse *edd.* sufficere atque expedire *R* 11 ideo] ideo de (de *exp.*) *M* de* *P*$^1$ 12 in sua *in fine u. om. A* 15 gaudia, *m. 1 corr.* gaudio *M* 17 eris *om., m. 2 add. P*$^1$ et proximis tuis *om. P* 18 mala hauries *R* auries, *m. 2* hauries *P*$^1$ 21 hoc *om. M* 24 honorabili, *m. 2* honorabilis *P*$^1$ 25 e, *m. 1 corr.* et *P* adque *P* contra] circa *M* 26 et laudo *om. P*

atque, in hac uia perseueranter ambules, pro meis uiribus, quia hoc exigis, et exhortor et moneo, ut miserearis eorum tamquam simplex ut columba, caueas autem illos tamquam astuta sicut serpens desque operam, quantum potes, ut, qui tibi adhaerent, tecum in recta fide permaneant aut ad fidem rectam, si forte in aliquo aliqui deprauati sunt, corrigantur.

3 De homine autem, quem suscepit uerbum dei, cum caro factum est et habitauit in nobis, emendarem aliquid, si in eo, quod credis, falsum aut peruersum inuenirem. hoc ergo crede, quod credis, quia in illo homine totam naturam nostram suscepit filius dei, id est et animam rationalem et carnem mortalem sine peccato. infirmitatis enim nostrae particeps factus est non iniquitatis, ut per infirmitatem communem solueret iniquitatem nostram et adduceret nos ad iustitiam suam bibens mortem de nostro et propinans uitam de suo. sed si habes aliquam scripturam eorum, in qua adserunt, quod huic fidei sit contrarium, dignare eam mittere, ut non solum fidem nostram dicamus, sed eorum quoque perfidiam, quantum possumus, refellamus. sine dubio enim hoc ipsum, quod peruerse et impie sentiunt, aliquibus testimoniis diuinarum scripturarum conantur adstruere, in quibus eis ostendendum est, quam non recte intellegant litteras sacras con-

3 Matth. 10, 16 7 Ioh. 1, 14

1 adque *P* in] ut in *M edd.* uita $P^1$ 2 exigitis et *P* exigisset·et *M* exigis sed et *FA* hortor *MFAR edd.* 3 simplix *M* ut *in fine u. om.* $P^1$ 4 astutia *A* quantam *P* 5 in fide recta *R* aut *om. M* ad *om. A* 6 *ad* aliquo *postea* d *add. sed detersum P* aliqui] aliquid *MFA*$P^1$ (d *eras.*) depriuati *M* 7 que, *m. 2* quē $P^1$ 8 habitabit, *m. 2* habitauit *P* 9 si *om. M* quo, *m. 1 corr.* quod *P* credis] credis aut *M* 10 qui, *m. 1 corr.* quia *M* 11 dei ñ contra eutycen id est *MF*$P^1$ (ñ contra eutycen *m. 2 del.*) dei non contra euticen id est *A* dei contra euticén id est *R* est et] est (*om.* et) *R* 12 enim *om. M* 15 et *om. R* 16 sed *om. A* habens *M* (n *m. 1 exp.*) $P^1$ (n *m. 2 del.*) 17 eam ammittere (am *m. 1 exp.*) *M* 18 non fidem solum *M* perfidiam quoque *R* 20 aliquibus ut testimoniis (ut *m. 2 del.*) $P^1$ 21 conatur, *m. 2* conantur $P^1$ ostendendum est eis *R* eos, *m. 1 corr.* eis *P* 22 est *om.* $P^1$ intellegunt *M*

scriptas ad fidelium salutem, tamquam si quisquam se medicinalibus ferramentis grauiter uexet, quae utique non ad uulnerandum sed ad sanandum sunt instituta. multum autem laborauimus et laboramus, quantum dominus donat, contra diuersos errores arguendos. sed laborum nostrorum opuscula si forte habere desideras, mitte, qui tibi describant; uoluit enim deus, ut hoc facillime possis, qui tibi dedit, unde possis.

## CCLXV.

RELIGIOSAE ET IN CHRISTI DILECTIONE HONORANDAE FAMULAE DEI SELEUCIANAE AUGUSTINUS EPISCOPUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Lectis litteris tuis de salute uestra laetatus ad ea, quae scripsisti, respondere non distuli. et primum miratus sum, quo modo dicat Nouatianus iste Petrum baptizatum non fuisse,

1 se] si *R* 3 sed ad sanandum *om. A* 5 nostrorum laborum *M* librorum, *m. 1 supra* ł laborum *R* opuscula (a *ras. et corr. ex* ū *factum uid.*) *P* 6 habere *om. MR* desideres $P^1$ describat *A*

*P = cod. Parisinus 12193 s. IX.*
$P^1$ { $P^a$ = *cod. Parisinus 12226 s. IX.*
$P^b$ = *cod. Parisinus 12226 (iterum) s. IX.*
$P^2$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1672 s. IX; deest p. 643, 16* lotus—*646, 1* de hoc.
*S = cod. Sangallensis 174 s. IX.*
*V = cod. Vaticanus 3834 s. IX—X.*
$P^3$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*M = cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F = cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A = cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
$P^4$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
$P^5$ = *cod. Parisinus 1958 s. XI.*

*Eugippi excerpta (ed. P. Knoell):*
*p. 709, 7—712, 7 = p. 639, 6* (nescio)—*644, 2*

9 religiosissimae $P^3MFAP^4$ *edd.* 10 episcopus *om.* $PP^a$ (*m. 2 add.*) $P^bSVF$ (*in marg. m. 1 add.*) $P^5$ 12 uestra] tua *P* adeque, *m. 2* adeaquę *M* 13 distuli///// (*ras. 2—3 l.*) *M* distulisti *F* 14 nobatianus $P^2$

cum paulo superius scripseris eum dixisse, quod apostoli fuerint baptizati. unde illi uideatur, quod inter apostolos baptizatos Petrus non fuerit baptizatus, ignoro et ideo exemplum epistulae tuae, ne forsitan tu non habeas, misi tibi, in quo diligentius consideres ad ea me respondere, quae inueni in litteris tuis; si enim notarius non mendose excepit aut scripsit, nescio, quale cor habeat, qui, cum apostolos baptizatos dicat, Petrum baptizatum negat.

2 Quod autem dicitur Petrus egisse paenitentiam, cauendum est, ne ita putetur egisse, quo modo agunt in ecclesia, qui proprie paenitentes uocantur. et quis hoc ferat, ut primum apostolorum inter tales paenitentes numerandum putemus? paenituit enim eum negasse Christum, quod eius indicant lacrimae; sic enim scriptum est, quia f l e u i t a m a r e. nondum enim fuerant resurrectione domini confirmati et illo aduentu spiritus sancti, qui apparuit die pentecostes, uel illa inspiratione, quam demonstrauit dominus, posteaquam resurrexit a

14 Matth. 26, 75; Luc. 22, 62

1 fuerunt *$P^3$MFA$P^4$* 2 unde, *m. 2* unde autem *S* uidea*tur *$P^3$* uiatur, *m. 1 corr.* uideatur *M* deatur, *m. 2* uideatur *$P^a$* baptizatos *om. $P^aP^b$* (*m. 2 add.*) *SV* baptizatus *$P^4$* 3 baptizatus *om. $P^4$* exemplum, *m. 3* exemplar *V* exemplo *$P^3$* 4 fortesitan (te *eras.*) *$P^a$* 5 considere**s *$P^4$* me *om. P$P^5$* q/// (*parua ras. et supra m. 1* uae) *M* 6 excepit au (*m. 1 corr.* aut) *M* excepta ut *F* exceptauit *A* 7 baptizatos apostolos *P$P^b$$P^2$V$P^5$* baptizatus apostolos *$P^a$* (*m. 2* baptizatos apostolos) *S* (*corr.* baptizatos apostolos) apostolos (os *ex corr. m. 3; fuitne* us *?*) *F* dicat et petrum *$P^4$* 8 negat, *m. 2* neget *P* 9 Petrus dicitur *m* dicitur Petrum *superiores edd.* tacendum *$P^2$* cauendus *Eugippi cod. Vat.* 10 putaret *$P^2$* in *in ras.* (*m. 1 ?*) *F* 11 fecerat, *m. 2* ferat *$P^b$S* fe**rit, *m. 1 corr.* fe**rat (ce *eras.*) *$P^a$* 15 enim ***** | (resur *in fine pag. eras.*) *$P^a$* fuerunt *MFA$P^4$* fuerint *V* resurrectionē (~ *eras.*) *M$P^4$* * confirmati *$P^3$* confortati *Eugippi cod. Vat.* et in illo *$P^3$MFA$P^4$* (in *m. 2 del.*) ex illo *Eugippi cod. Vat.* aduentus *A$P^4$* (*m. 2* aduentu) 16 pentecosten *$P^4$* 17 postea (quam *om.*) *P* postquam *Eugippi codd. nonnulli* r////////rexit *P* resurrexit (it *in ras. m. 3*) *F* surrexit *V* resurrexisset *M*

mortuis, cum sufflauit in eorum faciem dicens: Accipite spiritum sanctum.

3 Unde recte dici potest, quia, cum Petrus negauit dominum, nondum fuerant apostoli baptizati non tamen aqua sed spiritu sancto. hoc enim eis dixit, posteaquam resurrexit et conuersatus est cum eis: Iohannes quidem baptizauit aqua, uos autem spiritu sancto baptizabimini, quem et accepturi estis non post multos dies hos usque ad pentecosten. aliqui autem codices habent: Vos autem spiritu sancto incipietis baptizari; sed siue dicatur 'baptizabimini' siue dicatur 'incipietis baptizari', ad rem nihil interest. nam in quibuscumque codicibus inueniuntur 'baptizabitis' aut 'incipietis baptizare', mendosi sunt, qui ex Graecis facillime conuincuntur. si autem dicimus aqua non fuisse baptizatos, metuendum est, ne grauiter in eis erremus, ne demus hominibus auctoritatem contemnendi baptismum, quem usque adeo non contemnendum ipsa apostolica disciplina commendat, ut Cornelius centurio et hi, qui cum illo erant, etiam iam accepto spiritu sancto fuerint baptizati.

1 Ioh. 20, 22 6 Act. 1, 5 17 Act. 10, 47—48

1 insufflauit *M edd. sec. Vulg.* (*Gr.* ἐνεφύσησεν); *Eugippi codd. aut* exsufflauit *aut* insufflauit faciem eorum $P^1P^2SV$ facie eorum $PP^5$ 3 di///ci (*fuitne* duci?) $P^b$ 5 hac, *m. 2* hoc $P^4$ enim *om. Eugippi cod. Vat.* eis *om., m. 1 add.* $P^3$ ei*s *F* postquam *edd.* surrexit $VP^4$ et *om.* $P^3$ conueruersatus (*alterum* uer *exp.*) $P^b$ 6 aqua* (n *eras.*) $P^3$ 7 baptizabimini spiritu sancto *Eug. sec. Vulg.* (*Gr.* ἐν πνεύματι βαπτισθήσεσθε ἁγίῳ) et *om.* $P^4$ *Eug.* (*Knoelli quidem codd.*) 8 hos dies $P^2$ *edd. Eug. sec. sacr. litt.* os, *m. 1* (?) *corr.* hos *F* usque ad pentecosten *m. 2 del. S, om. edd. sec. sacr. litt.* pentecostes, *m. 2* pentecosten $P^4$ 9 alii *Eug.* (*Knoelli quidem codd.*) autem in spiritu *V* 10 incipie*tis (*fuit* n) $P^3$ baptizare, *m. 1 corr.* baptizari *V* 11 inpietatis, *m. 1* (?) *corr.* incipietatis (*sic!*) *F* baptizare *M* 12 inuenitur $VP^3MP^4$ *edd.* 13 baptizari $MFAP^4$ (*m. 2* baptizare) *af* mendosi s̃ *m. 2 ex* mendosis $P^4$ qui, *m. 1 corr.* quia $P^5$ quia $PP^4$ (a *m. 2 exp.*) 14 enim $PP^1P^2SVP^5$ dicamus *P* aquā $P^2$ baptizatus, *m. 2* baptizatos $P^a$ 18 hi *om.* $PP^a$ (*m. 2 add.*) $P^bP^2SVP^5$ illi $P^4$ ii *flrm* eo, *a. m. corr.* illo $P^2$ erant *om.* $P^4$ *pro* iam *ras. 1—2 l. M* 19 fuerint, *m. 2 supra* fuerant $P^4$ ñ fuerint *M* baptizato, *m. 2* baptizati $P^a$

4 Sicut antiqui iusti si non circumciderentur, non erat eis peccatum, postea uero quam iussit deus, ut circumcideretur Abraham eiusque posteritas, iam si non fieret, graue peccatum fuit, sic etiam, antequam dominus Christus in ecclesia sua sacramentum noui testamenti . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

pro circumcisione carnis sanctum baptismum dedit et apertissime dixit: S i q u i s n o n r e n a t u s f u e r i t e x a q u a e t s p i r i t u s a n c t o, n o n i n t r a b i t i n r e g n u m c a e l o r u m, iam non debemus quaerere, quando quisque fuerit baptizatus, sed, quoscumque legimus in corpore Christi, q u o d e s t e c c l e s i a, pertinere ad regnum caelorum, nonnisi baptizatos intellegere debemus, nisi forte quos angustia passionis inuenit et nolentes negare Christum, antequam baptizarentur, occisi sunt, quibus ipsa passio pro baptismo deputata est. sed numquid hoc possumus de apostolis dicere, qui usque adeo largum tempus habuerunt, quo baptizarentur, ut alios etiam baptizauerint? sed non omnia, quae facta sunt, etiam scripta inueniuntur; ue-

2 Gen. 17, 10—14  8 Ioh. 3, 5  11 Col. 1, 24

2 quamuis sit, *m. 2 corr. uid.* quam iussit *A*  3 eius, *m. 1 corr.* eiusq. $P^a$  non si *M*  4 postquam *edd.*  dominus iesus christus $PP^1P^2SVP^3P^5$  5 sacramenta $P^4$  *post* testamenti *m. 1 add.* et *V; lacunam hoc loco ipsis Eugippi excerptis antiquiorem statuendam censui. quod autem Louanienses in quibusdam mss. legi dicunt:* Sic etiam antequam dominus Christus in ecclesia sua sacramentum noui testamenti institueret, non erat peccatum non baptizari, id est non tenebatur reus, si quis baptismo non lauaretur, quod uel prodesse uel obesse illo adhuc tempore ignorabatur. at postquam pro circumcisione *etc. interpolationem redolet*  7 circumcisionẽ (~ *eras.*) *M*  8 fuerit renatus $PP^aP^2SVP^5$ fuerit renatos (*m. 1 corr.* renatus) $P^b$  9 in regnum caelorum non intrabit *M*  intrauit, *m. 1 corr.* intrabit $P^a$ intrauit, *m. 2* intrabit $P^bP^3$  10 de, *m. 2* debemus $P^a$  12 non si**, *m. 2* non nisi** *P*  baptizatus, *m. 2* baptizatos $P^a$  14 necare $P^a$  a///tequam (*ras. 1—2 l. et supra m. fortasse 1* n) *M*  15 baptissimo *M*  17 quod $P^a$ (d *eras.*) $P^2M$  alius, *m. 2* alios *A* alios eos (eos *del.*) *M*  baptizauerunt $P^a$ (*ras.* baptizauerint) $P^b$ (*m. 1 corr.* baptizauerint) *S* (*m. 2* baptizauerint)  18 q// (*parua ras. et supra m. fortasse 1* uae) *M*  /// uerum (*ras. 1—2 l.*) *V*

rum tamen facta esse ex ceteris documentis probantur. scriptum est, quando baptizatus sit apostolus Paulus, et scriptum non est, quando baptizati sint alii apostoli; uerum tamen etiam ipsos baptizatos intellegere debemus, quem ad modum scriptum est, quando baptizatae sint plebes ecclesiarum in Hierusalem et in Samaria, quando autem baptizatae sint aliae plebes gentium, quibus apostoli epistulas miserunt, non est utique scriptum et tamen etiam ipsas baptizatas utique minime dubitamus propter illam domini sententiam: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, non intrabit in regnum caelorum.*

5 Utrumque autem de domino scriptum est, et quia baptizabat plus quam Iohannes et quia ipse non baptizabat sed discipuli eius, ut intellegeremus et ipsum quidem baptizasse praesentia maiestatis, non tamen ipsum baptizasse manibus suis. ipsius enim erat baptismi sacramentum, ad discipulos autem baptizandi ministerium pertinebat. tunc ergo, quando dicit Iohannes euangelista in euangelio suo: *Post haec exiit Iesus et discipuli eius in Iudaeam terram et illic morabatur*

2 Act. 9, 18 5 Act. 2, 41; 8, 12 9 Ioh. 3, 5 12 Ioh. 4, 1—2 18 Ioh. 3, 22

1 facta *om. M* probatur $PP^1$ (*m. 2* probantur) $P^2SP^3P^5$ *Eugippi codd. nonnulli* scriptum sit $P^2$ 2 baptizatū sit $P^2$ baptizatus est *Eug.* (*Knoelli quidem codd.*) 3 non *om. P* sunt $PP^1VA$ *Eugippi codd. praeter Vercell.* apostoli alii *Eugippi cod. Vat.* alii *om.* $P^a$ (*m. 2 add.*) $P^bP^2SVP^5$ 4 etiam *om.* $P^2$ baptizatos *om. A* baptizatus, *m. 2* baptizatos $P^a$ 5 * quando *V* baptizati *A* sunt $P^a$ (*ras.* sint) $P^2FA$ *Eugippi codd. praeter Ambros.* plebs aecclesia*rum *A* plebes ęcclesię $P^4$ 6 et in samariā $P^2$ et Samaria *edd.* sunt $P^2AP^4$ 8 baptizatas *om. Eugippi cod. Vat.* utique *om. Eug.* (*Knoelli quidem codd.*) 9 dubitabimus $P^2$ 10 sancto *om.* $PP^2P^3P^5$ intrauit, *m. 1 corr.* intrabit $P^a$ intrauit, *m. 2* intrabit $P^bP^3$ 12 baptzat $P^2$ 13 plures *eflr m; cf. p. 643, 4* et] *ut $P^2$ 14 ut] ut et $P^3$ praesentia* *F* 15 suis *om. Eugippi cod. Vat.* 16 a *V* discipulus, *m. 2* discipulos $P^a$ ministerium .baptizandi *signis corr.* $P^4$ baptizati, *m. 2* baptizandi $P^1S$ 17 adiecit $P^4$ iohannis, *corr.* iohannes $P^3$ 18 suo] sič $P^4$

cum eis et baptizabat, tunc paulo post de illo loquens ait: Ut ergo cognouit Iesus, quia audierunt Pharisaei, quod Iesus plures discipulos haberet et baptizaret plures quam Iohannes, quamquam Iesus ipse non baptizaret sed discipuli eius, reliquit Iudaeam terram et abiit iterum in Galilaeam, tunc ergo, quando ab Hierosolymis exiit cum discipulis suis in Iudaeam terram et illic morabatur cum eis, baptizabat non per se ipsum sed per discipulos suos, quos intellegimus iam fuisse baptizatos siue baptismo Iohannis, sicut nonnulli arbitrantur, siue, quod magis credibile est, baptismo Christi. neque enim ministerium baptizandi defugeret, ut haberet baptizatos seruos, per quos ceteros baptizaret, qui non defugit memorabilis illius humilitatis ministerium, quando eis lauit pedes et petenti Petro, ut non tantum pedes uerum etiam manus et caput ei lauaret, respondit: Qui lotus est, non indiget, nisi ut

2 Ioh. 4, 1—3 14 Ioh. 13, 5—10

3 discipulos iesus plures $P^3MFAP^4$ discpł, *m. 2* discpłos $P^a$ haberet *ex corr. m. 1* (*fortasse fuit* faceret) $P^2$ faceret *edd. sec. sacr. litt.* 5 ipse *om.* $MFAP^4$ sed *om., m. 2 add.* $A$ discipuli* (*fuit* s) $A$ reliquid $V$ (*corr.* reliquit) $P^3$ (*m. 2* reliquit) $M$ (*m. 1 corr.* reliquit) $F$ reli*quit $P^5$ relinquit $P^2S$ (n *del.*) relinquet, *m. 1* (?) *corr.* reliquit $P^a$ relinquid (n *exp.*) $P^b$ 6 terram *om. edd. sec. sacr, litt.* habiit $P^2VA$ 8 terram *om. Eug.* (*Knoelli quidem codd.*) 10 baptismo *ras. et corr. ex* baptismum $P^3$ baptismo (o *ex corr. m. 2*) $M$ iohannes, *m. 1 corr.* iohannis $S$ sič (~ *m. 1 ?*) $P^b$ sic, *m. 1* (?) *add.* ut $V$ 11 quod maius est credibile $P^3$ 12 ministerio *edd. praeter m* defugeret $P$ (*m. 2* diffugeret) $V$ (*m. 1 corr.* diffugeret) defu*erat $M$ defuit $P^4$ *edd. praeter m* 13 qui] quia $M$ defugit, *m. 2* difugit $P^5$ defugit, *m. 1 corr.* diffugit $V$ defugiit $P^a$ (*alterum* i *eras.*) $P^2$ diffugit (*pr.* f *m. ut uid. 2*) $P$ defuit $P^bMFAP^4$ *edd. praeter m* 14 ministerium, *m. 2* ministerio $P^b$ ministerio $FAP^4$ *edd. praeter m* lauat $FA$; *V habet haec:* lauet (*m. 1 corr.* lauit) ñ intellegentib; des (*m. 1 ? corr.* pedes); ⁜ intellegi///r'////////tam̄ quē admodū om̄a q̃ s̄ sine quadā specie ñ intellegunt̃ et incognoscibilia s̄////////// et petendi (*m. 1 corr.* petenti) petro ut *etc.* 15 non solum pedes sed etiam $PP^1P^2SVP^5$ caput ei] caput dī (*m. 2* ei) $P^4$ capite $P^2$ 16 lauet $P$ qui] qui semel $PP^1SVP^5$ lotus—*p. 646, 1* de hoc *om.* $P^2$ lotus (s *in ras.*) $V$ lo**tus (cu *eras.?*) $P$ lo///tus (*ras. 1—2 l.*) $P^b$

pedes lauet, sed est mundus totus, ubi intellegitur, quod iam Petrus fuerat baptizatus.

6 Quo modo autem iste dicat, quod in epistula tua posuisti, quod apostoli dederint paenitentiam pro baptismo, non euidenter expressum est. si enim 'pro baptismo' ideo dicit, quia per paenitentiam remittuntur peccata, habet aliquid rationis, quod dicit. sed talis paenitentia post baptismum potest utilis esse, si quis peccauerit. iste autem quoniam negat post baptismum dari paenitentiae locum, cum dicit, sicut scripsisti, paenitentiam solam ante baptismum esse, datur intellegi sic eum dixisse, quod apostoli dederant paenitentiam pro baptismo, ut ante baptismum eam dederint atque hi, quibus data sit, postea non fuerint baptizati, quia eis illa pro baptismo fuit, quod Nouatianos dicere numquam audiui. unde quaere diligenter, ne forte alicuius alterius erroris sit et Nouatianum se esse confingat uel putet. aut, si et hoc Nouatiani dicunt, nescio; illud tamen scio, quoniam, quisquis hoc dicit, a regula fidei catholicae et doctrina Christi et apostolorum prorsus alienus est.

2 baptizatus fuerat *edd.* 3 epis, *m. 2* epistola $P^a$ 4 dederint (i *ex corr. m. ut uid. 1*) *F* dederunt $P^1S$ (*m. 2* dederint) batissimo (si *eraso m. 2* baptis**mo) $P^a$ 7 pę///nitentia (*ras. 1—2 l.*) $P^a$ baptis*mum $P^a$ 8 *si *V* peccauerit, *m. 1 supra* ł rint *A* peccauerint (n *m. 2 exp.*) *M* quoniam *om., m. 1 add.* $P^4$ quod *A* 9 cum *om.* $PP^a$ (*m. 2 ? add.* et) $P^bS$ (*m. 2 add.* sed) $VP^5$ sicut (cut *ex ras. et corr.*) *V* 10 solamente $PP^a$ (*m. 2* solam ante) sola mente $SVP^5$ solaeute, *m. 2* solā ante $P^b$ esse—baptismum *om., in inf. marg. m. 2 add.* $P^b$ eum] enim, *m. 1 corr.* eum *M* 11 dederant, *m. 1 corr.* dederint $P^5$ dederunt $P^a$ (*m. 2* dederant) $P^bSP^3$ dederint *PV edd.* 12 baptismum] baptismo, *a. m. corr.* baptismū $P^b$ (*m. 2*) dederint (i *ras. ex* u) $P^a$ dederit, *m. 1 corr.* dederint *V* his $PP^1S$ (s *exp., tum denuo restitutum*) $VP^5$ ii *flrm* quibus, *m. 2* a quibus *S* 13 baptizat, *m. 2* baptizati *P* illa eis *A* eis* (*fuit* i) $P^1$ pro *om. A* fuit *om.* $PP^5$ 15 Nouatianum—et hoc *om., in inf. marg. m. 2 add.* $P^b$ confingant (*postr.* n *exp.*) $P^a$ 16 et *om., m. 2 add.* $P^a$ ne*scio $P^a$ illud tamen scio *om.* $P^4$ 17 quoniam] qđ *M* catholicae fidei $PP^1SVP^5$ 18 doctrina, *m. 2* a doctrina $P^a$ doctrinae $PP^5$ a doctrina $P^3F$ *edd.* ad doctrina| (*sic!*) *M* prossus *A*

7 Agunt enim homines ante baptismum paenitentiam de suis prioribus peccatis ita tamen, ut etiam baptizentur, sicut scriptum est in actibus apostolorum loquente Petro ad Iudaeos et dicente: Agite paenitentiam et baptizetur unusquisque uestrum in nomine domini Iesu Christi; et dimittentur uobis peccata uestra. agunt etiam homines paenitentiam, si post baptismum ita peccauerint, ut excommunicari et postea reconciliari mereantur, sicut agunt in omnibus ecclesiis illi, qui proprie paenitentes appellantur. de tali enim paenitentia locutus est apostolus Paulus, ubi ait: Ne, iterum cum uenero, humiliet me deus ad uos et lugeam multos ex his, qui ante peccauerunt et non egerunt paenitentiam super inmunditia et luxuria et fornicatione, quam egerunt; neque enim scribebat ista nisi eis, qui iam fuerant baptizati. habemus etiam in actibus apostolorum Simonem iam baptizatum, cum pecunia uellet emere, ut per inpositionem manus eius daretur spiritus

4 Act. 2, 38 10 II Cor. 12, 21 15 Act. 8, 18—23

2 priori*bus $P^a$ ita ut *A* ut tamen $P^1$ (*m. 2* ita tamen ut) *SV* at tamen $PP^5$ etam, *m. 2* etiam $P^b$ baptizentur, *corr.* baptizantur $P^5$ baptizantur *P* baptizarentur, *m. 2* baptizentur $SP^4$ 3 et dicente ad iudaeos $PP^1SVP^5$ 4 baptizentur (n *exp.*) $P^a$ 5 domini nostri iesu $PP^1SVP^5$ dñi nñi/////ihū (*fuisse uid.* hi) *M* 6 demittentur, *m. 1 corr.* dimittentur $P^a$ dimittetur, *m. 1 corr.* dimittentur *F* 7 baptis, *m. 2* baptisma $P^4$ 8 post $P^3$ sic, *m. 1 corr.* sicut *V* agunt *om. m* agunt in *in ras. m. ut uid. 1* $P^a$ 9 pro proprie *F* appellentur, *m. 1 corr.* appellantur $P^3$ 10 enim] *etiam (*fuit* a) $P^4$ loc*utus *V* paulos, *m. 2* paulus $P^b$ 11 cum uenero *om.* $P^aP^b$ (*m. 2 add.*) *SV* ad uos humilet (*sic!*) me deus *M* humilet, *m. 1 corr.* humiliet $P^5$ ad, *m. 1 (?) corr.* apud *V* apud *edd. sec. Vulg.* ut $P^1$ 12 lugiam *A* luge//// (*ras. 2 fere l.*) *P* iis *f l r m* 13 inmunditiam et luxuriam et fornicationem, *ras.* inmunditia et luxuria et fornicatione $P P^b V$ inmunditiam et luxuriam et fornicationem $P^a$ (m .... m .... m *m. 2 exp.*) $SP^5$ 14 et *om., m. 2 add. M* 15 qui iam fuerant] simonē iā, *m. 1 corr.* qui iā fuerant *M* baptizati fuerant *edd.* abemus, *m. 2* habemus *M* 16 pecunia* (m *eras.*) $P^3$ 17 ut////per (*ras. 1—2 l.*) *F* ut ei per *edd. praeter m* inpositionē (~ *m. ut uid. 2*) $P^a$ ei** (us *eras.*) $MP^5$ ei *PA* eius *om. c f l r* daretur *om., m. 2 add.* $P^4$

sanctus, admonitum a Petro, ut de hoc graui peccato ageret paenitentiam.

8 Est etiam paenitentia bonorum et humilium fidelium paene cotidiana, in qua pectora tundimus dicentes: Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. neque enim ea nobis dimitti nolumus, quae dimissa non dubitamus in baptismo, sed illa utique, quae humanae fragilitati quamuis parua tamen crebra subrepunt, quae si collecta contra nos fuerint, ita nos grauabunt et oppriment sicut unum aliquod grande peccatum. quid enim interest ad naufragium, utrum uno grandi fluctu nauis operiatur et obruatur, an paulatim subrepens aqua in sentinam et per neglegentiam derelicta atque contempta impleat nauem atque submergat? propter hoc ieiunia et elemosynae et orationes inuigilant. in quibus cum dicimus: Dimitte nobis, sicut et nos dimittimus, manifestamus habere nos, quod nobis dimittatur, atque in his uerbis humiliantes animas nostras cotidianam quodam modo agere paenitentiam non cessamus. ad ea, quae scripsisti, puto me breuiter sed sufficienter respondisse; superest, ut ille non sit contentiosus, propter quem lucrandum ad me tales litteras dandas putasti.

4; 15 Matth. 6, 12; Luc. 11, 4

3 enim̄ $P^2$ *a e* paenitentia *cum ras. super postr. l.* *VM* paenitentia* (*fuit* m) $P^a$ pęna $P^3$ 4 pectora] peccata *A* 6 demissa, *m. 2* dimissa $P^a$ 7 humana fragilitate *M* 8 fragili, *m. 2* fragilitati $P^4$ cre*bra $P^3$ creba $P^a$ 11 nubis $P^2$ 12 an (n *in ras. 1—2 l.*) $P^3$ paululum $PP^a$ (*m. 2* paulatim) $P^bP^2SVP^5$ sentina $P^2VP^4$ 13 deretecta, *ras. et corr. m. 1* derelicta *M* nauem, *corr.* nauim *P* nubem, *a. m. corr.* nauem $P^2$ aque, *m. 1 corr.* atque $P^a$ 14 haec *edd.* 15 nobis debita nostra sicut *flrm* 16 nos habere $PP^1P^2SVP^5$ 17 iis *flrm* quodammodo *ex corr. m. 2; fuisse uid.* quodadmodū *M* 18 non cessamus ad ea quae scripsisti *om.* $P^a$ (*m. 2 add.*) $P^b$ (*m. 2 add.* non cessamus) *SV* 19 utille *altero* l *eraso* *V* utile, *m. 1 corr.* ut ille *M* 21 destinandas *flrm* .

## CCLXVI.

DOMINAE EXIMIAE MERITOQUE HONORABILI IN CHRISTO AC SUSCIPIENDAE FILIAE FLORENTINAE AUGUSTINUS EPISCOPUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Sanctum propositum tuum et inuisceratus cordi tuo t i m o r d o m i n i c a s t u s p e r m a n e n s i n s a e c u l u m s a e c u l i curam pro te nostram non solum in precibus apud deum uerum etiam in admonitionibus ad te ipsam non mediocriter suscitat. quod quidem in epistulis meis, quas ad matrem reuerentiae tuae debito mihi cum honore nominandam dedi, non semel feci. sed quia hoc mihi rescribere dignata est, prius te uelle accipere litteras meas, tum demum, si quid forte tibi opus esset ex ministerio meo, quod uenerando studio tuo omniumque talium, quantum possum, libera seruitute debere me noui, non te esse tacituram et rescribendo insinuaturam, ecce feci, quod te uoluisse quamuis non per te comperi, ne uiderer tibi ostium fiduciae inhumaniter claudere. superest, ut promas ipsa, si quid ex me quaerendum putas; aut enim scio, quod inquisieris, nec negabo aut ita nescio, ut nullo fidei salutisque

5 Ps. 18, 10    16 Act. 14, 26

*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P*¹ = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

2 merito*que *P*   3 suspiciendae *F*   6 sanctus (*sec. Vulg.; Septuag.* ἁγνός), *m. 1 supra* ł castus *R* castus et (et *m. 1 exp.*) *F*   7 dominum *R*   8 in *om. F*   ad] apud *R*   9 qua, *m. 2* quas *P*¹   11 mihi hoc *R*   dignata est prius te uelle accipere *om., in marg. m. 2* dignata ē. ut ubi intelligerē prius te uelle accipere *P*¹ dignata est. Ut ubi intellegerem | prius te uelle accipere *P*   12 tunc *MFAP*¹*R edd.*   opus esset tibi *edd.*   13 meo *om., m. 2 add. P*¹   tuo *om. A*   15 esse tacituram] esset accituram *M* esset accepturam *A*   18 inquęsieris *P*¹   19 nec] non *MFA* et non *edd.*

detrimento nesciam et de hoc etiam te ipsam, si potuero, faciam reddita ratione securam, aut certe, si et nescio et tamen sciendum est, uel impetrabo a domino, ne tibi desim — nam saepe officium impértiendi meritum est accipiendi —, uel ita tibi respondebo, ut noueris, pro hac ipsa re, quam pariter nescimus, ad quem pulsare debeamus.

2 Haec ideo praelocutus sum, ne te pro certo speres, quicquid a me quaesieris, audituram et, cum hoc non prouenerit, audacter potius quam prudenter me fecisse arbitreris, quod tibi quaerendi, si quid uoles, facultatem dedi. hoc enim feci non doctor perfectus sed cum docendis perficiendus, domina eximia meritoque honorabilis in Christo ac suscipienda filia. equidem etiam in his rebus, quas utcumque scio, magis te cupio esse scientem quam scientiae nostrae indigentem. neque enim, ut, quod scimus, doceamus, aliorum ignorantiam optare debemus; multo quippe melius omnes sumus docibiles deo, quod utique in illa superna patria, cum in nobis completum fuerit, quod promissum est, perficietur, ut non dicat homo proximo suo: 'Cognosce dominum'; omnes enim cognoscent eum, sicut scriptum est, a minore usque ad maiorem eorum. et sollicitissime cauendum est in docendo superbiae uitium, quod in discendo non ita est. unde et sancta scriptura nos admonet dicens: Sit omnis homo uelox ad audien-

6 Matth. 7, 7—8; Luc. 11, 9—10  16 Ioh. 6, 45; Es. 54, 13  18 Hier. 31, 34  23 Iac. 1, 19

1 et de te hoc etiam te ipsam *M* (hoc *postea m. 1 add.*) *FA*$P^1$ (*pr.* te *m. 2 exp.*) *R*  2 ratione] sanitate *A*  4 impertiendi officium est accipiendi meritum *R*  5 |ac *M*  6 debemus *P*  7 quiquic *F*  8 quaesiueris *A*$P^1$ *edd.*  11 perfectus doctor *R*  cum | dedocendis *A*  12 suspicienda *PF*$P^1$  13 et quidem $P^1$  in iis *f l r m*  14 nostrae scientiae *R*  16 melius *om.*, *m. 1 add. M*  dociles *MFA*$P^1$*R edd. praeter m*  17 quo *F*  18 perficie*tur *P* perficitur *A*  *ut (s *eras.*) *M*  19 cognoscunt *R*  20 scriptum *om. A*  a maiore usque ad minorē (∼ *m. ut uid. 2*) *P*  21 eorum] uae **rum.| (a *del.*) *P*  et *in fin. u. om. P*  sollertissime, *m. 1 supra* ł sollicitissime *R*  23 si (*m. 1 corr.* sit) | aut̃ om̃is $P^1$

dum, tardus autem ad loquendum; et ille in psalmo ait: Auditui meo dabis exultationem et laetitiam continuoque subiecit: Et exultabunt ossa humiliata. uidit enim in audiendo facillime seruari humilitatem, quae difficilis est in docendo, quoniam necesse est, ut doctor habeat superiorem locum, ubi laboriosum est obtinere, ne subrepat elatio.

3 Videsne, quem ad modum periclitemur, a quibus hoc expectatur, ut non solum doctores simus, uerum etiam, cum simus homines, diuina doceamus? sed laborum periculorumque nostrorum singulare solacium est, cum ita proficitis, ut illo perueniatis, ubi nullius hominis doctoris egeatis. isto autem periculo non tantum nos — nam ad illum, de quo dicturus sum, quid sumus nos? — non ergo nos tantum isto periculo sed etiam ille doctor gentium periclitatum se esse testatur, cum dicit: Ne in magnitudine reuelationum mearum extollar, datus est mihi stimulus carnis et cetera. unde et ipse dominus, tumoris huius admirabilis medicus: Nolite, inquit, ab hominibus uocari Rabbi; unus est enim magister uester Christus, quod retinens idem ipse doctor gentium dicit: Neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. hoc et ille meminit, qui in natis mulierum, quanto magnus erat, tanto se in omnibus humiliabat indignum se adfirmans, qui Christi calciamenta portaret. quid enim aliud ostendit, ubi ait: Qui habet sponsam, sponsus est; amicus autem sponsi stat et audit eum et gaudio gaudet propter

2; 3 Ps. 50, 10  14; 20 I Tim. 2, 7  15 II Cor. 12, 7  18 Matth. 23, 8; 10  20 I Cor. 3, 7  22 Matth. 11, 11; Luc. 7, 28  Eccli. 3, 20  23 Matth. 3, 11; Marc. 1, 7; Luc. 3, 16; Ioh. 1, 27  25 Ioh. 3, 29

1 ille] ille qui *M* dauid *R*  2 continoque *M*  3 et *om.* *MFA*$P^1$*R* osa, *m. 2* ossa *P*  4 difficile *P*  9 periculorum (que *om.*) *P*  10 est solatium *edd.*  13 tantantum *P*  periculo isto *edd.*  15 in *om.* *m sec. sacr. litt.*  miserationum $P^1$  16 est enim mihi (enim *m. 2 del.*) $P^1$  carnis *om.*, *m. 2 add.* $P^1$  17 et ipse *om.*, *m. 1 add.* et *R* timoris, *m. 1 corr.* tumoris *R*  huius *om.*, *m. 1 ante* tumoris *add.* *M* 19 uester *om.* *P*  24 /////ubi (*ras. 2—3 l.*) *P*

uocem sponsi? hic est ille auditus, de quo paulo ante commemoraui in psalmo positum: Auditui meo dabis exultationem et laetitiam et exultabunt ossa humiliata.

4 Proinde tanto me certius, tanto solidius, tanto sanius gaudere scias de fide et spe et dilectione tua, quanto minus indigueris non tantum a me quicquam discere sed ab ullo prorsus hominum. uerum tamen, quia, cum illic essem, te quidem per aetatem uerecundante boni parentes et amantissimi bonorum studiorum tuorum, quanto pietatis ueraeque sapientiae ardore flagrares, mihi intimare dignati sunt et beniuolentissime petierunt, ne tibi instruendae, in quo opus esset, meam operulam denegarem, admonendam te his litteris credidi secundum supra dictas optiones, ut quaeras, quod uis, ne sim superfluus, si conatus fuero docere, quod scis, dum tamen firmissime teneas, quod, etsi aliquid salubriter per me scire potueris, ille te docebit, qui est interioris hominis magister interior, qui in corde tuo tibi ostendit uerum esse, quod dicitur, quia neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus.

2 Ps. 50, 10 19 I Cor. 3, 7

1 auditor *A* 3 et *ante* exultabunt *om. MP*[1] (*m. 2 add.*) 5 me tanto *R* me *om. M* 6 spe et] spe ac *M* 7 quicquam *om. R* 9 uerecundantē| *P* uerecundantem (m *m. 2 del.*) *P*[1] amatissimi *A* 10 tuorum *om. A* quantę *M* uerequae (a *del.*) *P* uere q̃ *F* 11 ardores *F* fraglares *P* 12 petiuerunt *P*[1] instruendae tibi *R* 13 monendam *P* litteris his *R* 14 optiones, *m. 2* opiniones *P*[1] opiniones *P* 15 docero (*sic!*) *F* 18 uirum, *m. 1 corr.* uerum *P*[1] 19 quia] qui, *m. 2* quia *P*[1]

## CCLXVII.

DOMINAE RELIGIOSISSIMAE ET PRAESTANTISSIMAE ET IN CHRISTI CARITATE LAUDABILI FILIAE FABIOLAE AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

Quamquam rescripta reddideris, sic tamen legi litteras sanctitatis tuae, ut eis respondere debitum duxerim. doluisti enim peregrinationem, qua contingit perpetuo gaudere cum sanctis, et desiderium supernae patriae, ubi iam non terrarum spatio diuidemur, sed semper unius contemplatione laetabimur, merito praetulisti. felix es talia fideliter cogitando, amando felicior et ideo eris etiam felicissima consequendo. sed etiam nunc diligentius intuere, unde magis dicamur absentes, utrum quia nostra inuicem corpora non uidemus, an quia signa non damus et recipimus animorum, quod est conloqui. puto enim, quod licet longinquis regionibus corpore separati, si nostras cogitationes nosse possemus, magis essemus nobiscum, quam si uno in loco alter alterutrum conspicantes taciti sederemus nulla in uocibus signa sensus intimi proferentes, nullis corporum motibus nostros animos indicantes. quocirca intellegis ideo unumquemque sibi esse praesentiorem quam alterum alteri, quod unusquisque sibi magis quam alteri notus est non faciem suam, quae, nisi adsit speculum, gestatur et latet, sed conscientiam contuendo, quam et clausis oculis uidet. quanta est igitur etiam uita, quae pro magno habetur, nostra!

*T* = *cod. Trecensis 40 s. XIII.*
*H* = *cod. Mus. Brit. Harl. 3107 s. XIII.*
*R* = *cod. Vaticanus 494 s. XIII ex.*
*V* = *cod. Vaticanus 495 s. XV.*
*U* = *cod. Vaticanus 499 s. XV.*

2 religiosissimae] gloriosissimae *U* 6 eius, *m. 1 corr.* eis *R* ei *VU* 8 non iam *HRVU* 10 ptulisti *T* fideliter talia *U* 12 dicamur *om. VU* (*in marg. m. 2* simus) 13 inuicem nostra *H* corpora inuicem *VU* 16 uobiscum *VU* (*corr.* nobiscum) 18 in *om. edd.* 22 nisi *in ras. U* mihi *V* lucet *THRflr* 24 uita etiam *signis corr. T*

## CCLXVIII.

DOMINIS DILECTISSIMIS ET DESIDERANTISSIMIS SANCTAE PLEBIS CUI MINISTRO MEMBRIS CHRISTI AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Notissima mihi et probatissima deuotio sanctitatis uestrae in domino nostro Iesu Christo fiduciam dedit, ut etiam absens praesumerem, unde praesens gaudere consueui, qui semper spiritu uobiscum sum, non solum quia gratia domini nostri Iesu Christi tantae suauitatis flagrare non cessat, sed etiam quia me ipsum, qui uobis in euangelio seruio, angustiam pati non permittitis. cum enim frater noster Fascius debito decem et septem solidorum ab opinatoribus urgeretur, ut redderet, quod ad praesens, unde explicaret se, non inueniebat, ne corporalem pateretur iniuriam, ad auxilium sanctae ecclesiae conuolauit. illi etiam exactores, cum proficisci cogerentur et ideo dilationem dare non possent, grauissimis me querelis onerauerunt ita, ut eis illum traderem aut, quod sibi deberi ostendebant, unde acciperent, prouiderem. cumque obtulissem Fascio, ut uestram sanctitatem de necessitatibus eius adloquerer, pudore deterritus, ne facerem, deprecatus est. ita ego maiore necessitate coartatus a fratre nostro Macedonio decem et septem solidos accepi, quos in causam eius continuo dedi promittente illo, quod ad certum diem cum eis reddendis posset occurrere, et consentiente, ut, si non posset occurrere, sermo de illo fieret ad uestram misericordiam, quam fraternam fratribus exhibere consuestis.

2 Nunc ergo, quoniam absens est, restat, ut subueniatis non illi, quem nemo compellat absentem, sed pollicitationi meae,

*Idem codices, qui in ep. CCLXVII.*

2 plebi *edd.* 3 cui] cum *f l s r* 8 uobiscum *ex* nobiscum *U* 11 Fastius *f l s r* 12 oppignoratoribus *f l s r* oppigneratoribus *m* 16 dilectionem, *m. 1 corr.* dilationem *U* 18 acciperē prouiderē *H* Fastio *f l s r* 21 nr̄o oracedonio *T* 22 in causa *HR* 23 illo (i *in ras.;* ll *ex* u) *V* illio (il *m. 1 in ras.; alterum* i *exp.*) *U* 24 ut] qđ *U* 26 consueuistis *T*

cuius existimatio uobis semper est praesens. iam enim dies, ad quem se promiserat occursurum, transactus est et ego ei, qui solidos suos fidei meae commisit, quid respondeam, non inuenio, nisi ut faciam, quod me facturum esse promisi. sed quoniam non sum de hac re commonitus, ut die pentecostes, quando aderat maior uestra frequentia, sermonem inde facerem, peto, ut has litteras pro lingua mea praesente habere dignemini admonente uos et exhortante in cordibus uestris deo et domino nostro, cui credidistis, qui numquam discedit a nobis timentibus et honorantibus nomen suum, in quo uobis et nos semper coniuncti sumus, quamuis corpore a uobis profecti esse uideamur, qui uobis de isto bonorum operum semine messem uitae aeternae promittit dicente apostolo: Bonum autem facientes non deficiamus; tempore enim suo metemus infatigabiles. itaque, dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. quoniam ergo domesticus fidei est, Christianus fidelis, catholicus frater noster, pro cuius supplenda necessitate uos peto, ut faciatis, quod dominus imperat, sine tristitia, sine murmuratione et cum laetitia et hilaritate facite; deo enim creditis non homini, quia ille promittit uos nihil eorum, quae misericorditer facitis, perdituros, sed in illo die cum usuris inmortalibus recepturos. et quoniam ipse apostolus dicit: Hoc autem dico: Qui parce seminat, parce et metet, intellegere debetis tempus esse, ut donum uitae aeternae, cum adhuc in ista uita sumus, festinanter et alacriter comparemus, quia, cum finis saeculi uenerit, non

13 Gal. 6, 9—10   21 Matth. 25, 34—40   24 II Cor. 9, 6

2 quam|| *R*   transacturus *T*   4 ut *in fine u. om. T*   me promisi esse facturum *V* promisi me esse facturum *U*   esse* (t *eras.*) *R*   5 die] die sancto *m*   6 erat, *m. 2* aderat *U*   nostra *V* (*corr.* uestra) *U*   7 presente, *corr.* presentes *V*   9 nobis, *corr.* uobis *V* nobis *edd.*   12 quid (d *exp.*) *T*   de isto *om. T*   14 tp̄r *T*   18 fidelis christianus *H*   22 in *om. H*   25 domum *codd.*

dabitur nisi eis, qui per fidem sibi hoc emerunt, antequam uidere potuissent.

3 Scripsi etiam presbyteris, ut, si quid minus fuerit post conlationem sanctitatis uestrae, compleant ex eo, quod habet ecclesia, dum tamen uos, secundum quod placet, hilariter offeratis, quia, siue de uestro siue de ecclesia· detur, omnia dei sunt et deuotio magis uestra dulcior erit thesauris ecclesiae, sicut apostolus dicit: *Non quia quaero datum, sed requiro fructum.* laetificate ergo cor meum, quia de fructibus uestris gaudere cupio; uos enim estis arbores dei, quas assiduis imbribus etiam per nostrum ministerium rigare dignatur. tueatur uos dominus ab omni malo et hic et in futuro saeculo, domini dilectissimi et desiderantissimi fratres.

## CCLXIX.

BEATISSIMO AC VENERABILI FRATRI ET CONSACERDOTI NOBILIO AUGUSTINUS.

Tanta est sollemnitas, ad quam me affectus tuae fraternitatis inuitat, ut corpusculum meum ad uos traheret uoluntas, nisi teneret infirmitas. possem uenire, si hiems non esset; possem hiemem contemnere, si iuuenis essem; aut enim ferret rigorem temporis feruor aetatis aut temperaret frigus aetatis

8 Phil. 4, 17

1 per fidem] fidem (per *om.*) *T* fide *f l s r* fidē s hoc (s hoc *m. 1 in ras.; fuit* m sibi) *R* hoc sibi *HU* emerunt, *m. 2* emerint *V* emeruit, *m. 1 corr.* emerint *R* meruerunt *f l s r* 6 de ecclesia *bis, alterum del. T* 7 magis *om. T edd.* erit *om. H* 9 cor *om. T*

*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1672 s. IX.*
*V* = *cod. Vaticanus 495 s. XV.*
*U* = *cod. Vaticanus 499 s. XV.*

*Louanienses hanc epistulam in Vaticanis exemplaribus repertam primi ediderunt.*

15 *ac (h *eras.*) *P* 21 feruor ęstatis aut *P*

feruor aestatis. nunc hieme iter tam prolixum non suffero cum annositate algida, quam mecum fero, domine beatissime, sancte ac uenerabilis frater et consacerdos. salutátionem debitam reddo meritis tuis; salutem uero meam commendo precibus tuis poscens et ipse a domino, ut dedicationem tantae fabricae pacis prosperitas prosequatur.

## CCLXX.

Cum in urbem Leges anteriori tempore commeassem, nimium sum contristatus, quod te totum ibidem minime potui reperire. inueni enim te medium et, ut ita dicam, partem animae tuae, Seuerum carissimum, de quo ex parte gauisus sum. perfecte enim gauderem, si te totum inuenirem. unde ex parte, qua te reppereram, gratulabar et propter partem tuam, quam nequaquam cernebam, omnibus modis contristabar. proinde dixi animae meae: 'Quare tristis es et quare conturbas me? spera in deo et faciet praesentem amicum, quem diligis'. unde confido in domino et spero, quod me faciet de tua uisione gratulari. o si oculis cerni dilectio posset! profecto uideres, quanta apud te nostra esset dilectio. aut enim aequiperans dilectioni tuae magnum tibi adferret gaudium aut, si maior esset, magnum tibi adferret imitationis studium. ergo,

9—14 cf. ep. CX p. 640, 9—12   15 Ps. 41, 6

1 hieme iter] hiemaliter *P*   3 *ac *P*   *pro* frater et *ras. V* sancte et *U r* sancte ac *l s* frater ac *m*   5 a Deo Domino *ed. Mign.*

*M = cod. Monacensis 496 s. XV.*

*Hanc epistulam in Hieronymi epistulis olim habitam et numero 40 signatam Maurini cum Hieronymi esse non posse perspexissent, quoniam ad Augustinum datam esse ex u. 9—14 facile apparet, in Augustini epistulas receperunt, Vallarsius in Hieronymi editione (Veronae 1734—42) ut adulterinam in ultimum tomum (XI p. 363) reiecit.*

Epl'a bti hieroni *M*   *Inscriptio deest*   8 in urbe *M*   antiori *M*   17 de s tua (s *del.*) *M*   19 equipans *M* aequiparans *m Vall.*

quia in domino te diligo, dilige diligentem. et ut ceteri tecum diligant, per ecclesiasticam auctoritatem hortare. nam quod petis in litteris tuis, ut ego pro te orem, id recte facerem, si ego ipse a peccatis liber essem, ut pro aliis liceret orare. et ideo te admoneo, ut orationes assiduas animi tui pro me emittas ad dominum et memor professionis illam ante oculos tuos constituas diem, in qua iustus ab auditu malo non timebit et ideo iustus non timebit, quia non audiet: 'Vade in ignem aeternum', sed: 'Veni, benedicte patris mei, percipe regnum'. ad quod nos perducat, qui uiuit et regnat in saecula saeculorum. amen.

7 Ps. 111, 7  8 Matth. 25, 41  9 Matth. 25, 34  10 Tob. 9, 11; Apoc. 1, 18; 11, 15 al.

3 in] me *M* in *om. edd. praeter m et Vall.*  5 pro me] ppt' (= propter) *M*

## Date Due

| | | | |
|---|---|---|---|
| APR 15 1983 | | | |
| APR 22 1983 | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |

bd CAT. NO. 23 233 PRINTED IN U.S.A.

TRENT UNIVERSITY
0 1164 0195632 5

LR
BR60 .C6, v.57,Sect.2,pt.4

Corpus scriptorum ecclestiastic-
corum latinorum.

| DATE | ISSUED TO |
| --- | --- |

37029